CONTENTA TOMI IX.

De caufis pulfuum lib. I. - 1 — 54.

— — — - II. - 55 — 104.

— — — - III. - 105 — 155.

— — — - IV. - 156 — 204.

De praefagitione ex pulfibus lib. I. 205 — 270.

— — — — - II. 271 — 329.

— — — — - III. 330 — 390.

— — — — - IV. 391 — 430.

Synopſis librorum de pulſibus - 431—549.

De criſibus lib. I. - - 550—639.

— — - II. - - 640—701.

— — - III. - - 702—768.

De diebus decretoriis lib. I. - 769—840.

— — — - II. - 841—899.

— — — - III. - 900—941.

PRAEFATIO.

Pauca quaedam huic volumini operum GALENI praefanda eſſe putavi. Etenim cum primum editionis meae prodiret, ſpem emtoribus feci, ut illa reliquis omnibus auctior foret. Quam quidem ſpem haud temere motam fuiſſe, documento erit hoc, quod nunc prodit, volumen. Continet enim illud librorum ſedecim, quos GALENUS de differentiis, dignotione, cauſſis et praeſagiis pulſuum compoſuerat, compendium, graece hucusque nondum editum.

Scriptum autem talem librum a GALENO fuiſſe, patet non ſolum e cap. 5. *de libris propriis* (to. IV. p. 366. ed. Baſ.) *γέγονε δ' οὖν*

μοι καὶ ἄλλο τι βιβλίον ἓν, ἐν ᾧ τὴν σύνοψιν ἐποιησάμην τῶν ἑκκαίδεκα βιβλίων, ſed, ſe in animo habere, ejusmodi librum componere, declaravit quoque idem auctor in *arte* c. 37. (to. I. p. 410. ed. Lipſ.) de indice ſeu titulo libri adhuc anceps dubiusque: *ἐννοῶ δὲ καὶ ἄλλο τι ποιῆσαι βιβλίον ἓν οἷον ἐπιτομὴν ἁπάντων, ὅπερ ἤτοι τέχνην περὶ σφυγμῶν, ἢ σύνοψιν ἐπιγράψω.* Hujus vero libri, qui nunc primum graece prodit, auctorem Galenum vere fuiſſe, facile ex orationis ſimilitudine apparet, de qua quotusquisque ſcripta ſummi hujus medici attente perlegerit, ne minimum quidem poterit dubitare. Dein quoque omnia, quae in hac ſynopſi de pulſuum differentiis, dignotione, cauſſis et praeſagiis GALENUS tradidit, accuratiſſime cum iis conveniunt, quae in reliquis libris de eodem argumento fuſius expoſita erant. Denique cauſſae, quae GALENUM ad hanc ſynopſin edendam adduxerunt, maxime probabiles ſunt et ad perſuadendum aptae.

Partim enim eos, qui ſedecim de pulſibus libros in compendium redigere promiſerant, a tali conatu abſterrere, partim medicinae ſtudioſis offerre librum cupiebat, qui graviſſimum illud de pulſu argumentum ita pertractaret, ut modum inter verboſam prolixitatem librorum XVI. et inter ieiunam quodammodo brevitatem, qua doctrinam hanc in iſagoge expoſuerat, medium quaſi teneret. Poſteriorem cauſſam declarat ipſe GALENUS c. 11. hujus libri: *λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν τὰ κατ' αὐτὸ χάριν τοῦ μηδὲν ἐλλείπειν τῶν ἀναγκαίων τῇ νῦν ἐνεστώσῃ πραγματείᾳ, ἀλλ' ἔχειν τοὺς φιλοπονεῖν βουλομένους ἐν ἐλαχίστῳ τὰ μὲν πρῶτα καὶ ἀναγκαιότατα κατὰ τὴν εἰσαγωγὴν, ἐν διεξόδῳ δὲ τελεωτάτῃ τὰ κατὰ τὴν μεγάλην πραγματείαν, ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν τὰ νῦν λεγόμενα.*

Cujus quidem libri verſio latina tantum, ab AUGUSTINO GADALDINO facta, hactenus innotuit. Mihi autem contigit eſſe tam felici, ut ſumma benivolentia OTTON. DIET. BLOCHII,

qui bibliothecae academicae Hafnienſi praeeſt, apographum libri e codice, qui in illa bibliotheca adſervatur, accuratiſſime factum, nanciſcerer. De quo inſigni favoris erga me documento, cujus memoria nunquam animo excidet meo, viro eruditiſſimo et humaniſſimo publice ſummas iterum gratias agendi, hac libenter utor opportunitate. Codex ille, quem in fine mutilum eſſe, mecum omnes, qui talia curant, dolebunt, ſignatur in Catal. bibl. illius, *No. 14. in Fol. e donatione variorum.* Dabam Lipſ. ipſis Calend. Decembr. A. R. S. CIↃIↃCCCXXIV.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΣΦΥΓΜΟΙΣ ΑΙΤΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. to. VIII. [p. 167.] Ed. Baſ. to. III. (p. 84.)

Κεφ. α'. Τῶν τοὺς σφυγμοὺς τρεπόντων αἰτίων τὰ μὲν τῆς γενέσεως αὐτῶν ἐστιν αἴτια, τὰ δὲ τῆς ἀλλοιώσεως μόνον· τῆς γενέσεως μὲν ἥ τε χρεία δι' ἣν γίνονται καὶ ἡ δύναμις ὑφ' ἧς καὶ τὰ ὄργανα δι' ὧν διατείνονται, τῆς δ' ἀλλοιώσεως τὰ λοιπὰ πάντα τά τε προηγούμενα καλούμενα καὶ τὰ τούτων ἔτι προκατάρχοντα. τριττὸν γὰρ δὴ τὸ γένος τῶν αἰτίων οὐκ ἐν σφυγμοῖς μόνον, ἀλλὰ κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἓν μὲν τὸ πρῶτόν τε καὶ κυριώτατον, ὃ δὴ καὶ

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM LIBER I

Cap. I. Cauſarum quae pulſus variant aliae generationis eorum ſunt cauſae, aliae tantum alterationis. Generationis tum uſus cujus gratia fiunt tum facultas a qua, tum inſtrumenta per quae diſtenduntur: alterationis caeterae omnes et quae antecedentes appellantur et quae his ſuccedunt externae. Nam triplex quidem eſt cauſarum genus non in pulſibus modo, ſed et in aliis cunctis: unum quod primum eſt et praecipuum, quod quidem etiam

Ed. Chart. VIII. [167. 168.] Ed. Baſ. III. (84.)

συνεκτικὸν καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ συνέχειν αὐτῶν τὴν οὐσίαν ὠνομασμένον, ὅπερ, ὡς ἔμπροσθεν ἐρρέθη, γενέσεως αἴτιον. τὰ δ' ἄλλα δύο γένη τοῦ μὲν γίνεσθαι τοὺς σφυγμοὺς ἀναίτια, τοῦ δὲ γεγενημένους τρέπειν αἴτια. πάχος γοῦν χυμῶν, ἢ πλῆθος, ἢ γλισχρότης, ἢ δριμύτης ποιεῖν μὲν οὐ δύνανται σφυγμούς, ἀλλοιοῦν δὲ δύνανται. οὕτω δὲ καὶ ψυχρὸν λοντρὸν, ἢ θερμὸν, καὶ χειμὼν καὶ θέρος καὶ ὅλως κρύος καὶ θάλπος, ἀλλοιώσεως μὲν σφυγμῶν αἴτια, γεννήσεως δ' οὐκ ἔστι. ταυτὶ μὲν οὖν τὰ νῦν εἰρημένα προκαταρκτικὰ λέγεται, τὰ δ' ἔτι τούτων ἔμπροσθεν τὰ κατὰ τοὺς χυμοὺς προηγούμενα. καθόλου γὰρ εἰπεῖν ὅσα μὲν ἔξωθεν ὄντα τοῦ σώματος ἀλλοιοῖ τι τῶν κατ' αὐτὸ προκαταρκτικὰ λέγεται, προκατάρχοντά γε δὴ τῶν ἐν τῷ σώματι διαθέσεων. αὗται δὲ αἱ διαθέσεις ὅταν τὰ συνεκτικὰ τρέπωσι, προηγούμεναι γίνονται αὐτῶν αἰτίαι. φέρε [168] γὰρ ὑπὸ προσπεσόντος ἔξωθεν ψυχροῦ πυκνωθῆναι μὲν τὸ δέρμα, διὰ δὲ τὴν τούτου πύκνωσιν ἐπισχεθῆναι τὴν κατὰ φύσιν διαπνοὴν, ἐπισχεθεῖσαν δ' ἀροισθῆναι, κἄπειθ' οὕτως ἐξάψαι πυρετὸν, ἐφ' ᾧ τὴν χρείαν

continens appellant, cujus inde appellatio deducta eſt, quod illorum eſſentiam contineat, quae, ut modo diximus, generationis eſt cauſa: reliqua duo genera ut fiant pulſus in cauſa non ſunt, ſed cauſa ſunt illorum, qui jam geniti ſunt mutationis. Nam humorum craſſities, abundantia, lentor, acrimonia efficere non valent pulſus, alterare valent; ita frigidum balneum vel calidum et hiems aeſtasque, breviter frigus et calor alterandorum pulſuum ſunt, non generandorum cauſae. Ac quas nunc commemoravimus, externae appellantur, quae has etiam praecedunt quae quidem in humoribus ſunt praecedentes. Breviter ſic habeto: quaecunque extra corpus poſitae quicquam in corpore alterant externae vocantur, quae has etiam antecedunt antecedentes cauſae corporis affectuum. Hi affectus ubi continentes moveant, evadunt antecedentes illarum cauſae. Denſetur enim ab occurſu externi frigoris cutis, cujus denſitas naturalem halitus digeſtionem impediat, impeditus ille coacervetur, tandem accendat febrem, ob quam uſus pulſuum mute-

Ed. Chart. VIII. [168.] Ed. Baſ. III. (84.)

τῶν σφυγμῶν ἀλλοιωθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς σφυγμοὺς, ἐνταῦθα προκαταρκτικὸν μὲν αἴτιον τὸ προσπεσὸν ἔξωθεν ψυχρὸν, τὰ δ' ἄλλα πάντα τα μέχρι τῆς χρείας τῶν σφυγμῶν προηγούμενα. διὰ μέσων οὖν τῶν προηγουμένων τὸ προκαταρκτικον αἴτιον, ἀλλοιῶσαν τὴν χρείαν τῶν σφυγμῶν ἓν οὖσαν τῶν συνεκτικῶν αἰτίων, ἔτρεψεν οὕτω καὶ αὐτοὺς τοὺς σφυγμούς. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τραπῆναι μέν τινα συνεκτικὴν αἰτίαν, ἄτρεπτον δὲ μεῖναι τὸ πρὸς αὐτῆς ἀποτελούμενον. πρὶν δ' ἐπί τι τῶν συνεκτικῶν διαδοθῆναι τὴν ἀλλοίωσιν, ἀδύνατον τραπῆναι τοὺς σφυγμούς. διὸ καὶ κυριώτατα καὶ μάλιστα καὶ πρῶτα ταῦτ' αἴτια τῶν σφυγμῶν, τὰ δ' ἄλλα πάντα διὰ ταῦτα. τῷ γὰρ τὴν ἔξωθεν γεγενημένην ἀλλοίωσιν εἰς τὰ συνεκτικὰ διαδίδοσθαι σφυγμῶν αἴτια λέγεται, κατά γε τὴν ἰδίαν τε οὐσίαν καὶ φύσιν οὐδαμῶς τρέπειν αὐτοὺς δυνάμενα. χρὴ τοίνυν ὅστις βούλεται τὴν περὶ τοὺς σφυγμοὺς τέχνην ἱκανὸς γενέσθαι γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐν ἅπασι τοῖς γένεσι τῶν αἰτίων, ὥσθ' ἑνὸς οὑτινοσοῦν αὐτῷ προτεθέντος ἔχειν εἰπεῖν τὴν γενομένην ἐν τοῖς σφυγμοῖς ἀλλοίωσιν. ἀρχὴ δὲ τῆς γυμνασίας ἀρίστη τὰς συνεκτικὰς αἰτίας ἐπισκέπτεσθαι, καθότι γεννᾷν

tur, itaque etiam ipſi pulſus hic externa cauſa eſt occurſus externi frigoris, caeterae usque ad uſum pulſuum omnes antecedentes. Cauſa igitur externa mediis cauſis antecedentibus, quia variat uſum pulſuum quae una ex continentibus cauſis eſt, etiam immutat ipſos pulſus, neque enim poſſit ulla continens cauſa mutari, ut immutabilis maneat affectus ejus: ſed prius quam continentes attingat alteratio non poſſunt immutari pulſus. Ideoque principes hae et praecipuae ſunt primae cauſae pulſuum, caeterae ſunt harum gratia, nam quod externa illa alteratio ad continentes penetravit, propterea pulſuum cauſae dicuntur, quum ſua ſponte et per ſe alterare illos nequaquam poſſint. Quare qui peritus evadere artis de pulſibus volet, hic verſatus in cauſarum omnibus generibus mirifice debet eſſe, ut quicquid propoſitum ipſi ſit, explicare pulſuum alterationem poſſit. Principium exercitationis optimum eſt, ut continentes cauſas, quamobrem ge-

Ed. Chart. VIII. [168.] Ed. Baſ. III. (84. 85.)

ἑκάστη πέφυκε σφυγμόν. ᾧ γὰρ λόγῳ τῆς γενέσεως αὐτῶν ἐξηγοῦνται, τούτῳ καὶ τῆς ἀλλοιώσεως. αἱ γὰρ κατὰ τὸ ποσὸν καὶ ποιὸν ἐν ταῖς αἰτίαις διαφοραὶ τὰς κατὰ τὸ ποσόν τε καὶ ποιὸν ἐν τοῖς (85) σφυγμοῖς ἐργάζονται διαφοράς.

Κεφ. β'. Φαίνεται δὴ διὰ παντὸς ἡ καρδία μετὰ πασῶν τῶν ἀρτηριῶν τὴν σφυγμικὴν καλουμένην κίνησιν, ἔστ' ἂν περιῇ τὸ ζῶον, κινουμένη, ἀποθανόντος δ' οὔτε τῶν ἀρτηριῶν οὐδεμίαν οὔτ' αὐτὴν τὴν καρδίαν ἔστιν ἰδεῖν ἔτι σφύζουσαν. ᾧ δῆλον ὡς ἦν τις αἰτία τέως ὑφ' ἧς ἐκινοῦντο· τίς δ' αὕτη χαλεπὸν εὑρεῖν. ὁ μὲν γὰρ τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ὁ δὲ τὸν τόνον, ὁ δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς κράσεως, ὁ δὲ τὴν ὅλην κατασκευὴν τῶν σωμάτων, ὁ δὲ τὸ πνεῦμα μόνον, ὁ δέ τινα τούτων, ὁ δὲ καὶ πάνθ' ἅμα φησί. ἤδη δέ τινες ἀσώματον εἰσηγήσαντο δύναμιν, οἰκείοις ὀργάνοις τῆς κινήσεως τοῖς εἰρημένοις χρωμένην ἤτοι πᾶσιν ἢ τισιν ἢ τινι. ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν τὴν δημιουργοῦσαν τοὺς σφυγμούς,

nerare quaeque pulſum poſſit, perpendas. Qua enim ratione generandorum eorum ſunt cauſae, eadem etiam alterandorum, ſiquidem cauſarum in quantitate et qualitate differentiae pulſuum differentias in quantitate et qualitate efficiunt.

Cap. II. Videtur porro perpetuo cum omnibus arteriis cor motum illum pulſatilem, ut vocant, dum ſuperſtes animans ſit, habere, ubi interiit, nec ullam arteriam nec vero ipſum cor amplius pulſare videas. Quo fuiſſe tum quandam conſtat cauſam, a quo moveretur; at quae haec ſit, non proclive inventu eſt. Unus nativum calorem, alius contentionem, alius temperamenti proprietatem, hic univerſam ſtructuram corporum, ille ſpiritum tantum, eſt qui quaedam horum, alius etiam omnia ſimul affirmat. Et vero quidam etiam facultatem quandam nullo praeditam corpore introduxerunt, quae peculiaribus inſtrumentis motus, quae retulimus, utatur, vel omnibus, vel pluribus, vel uno. Hanc cauſam quae pulſus molitur, quaecunque

Ed. Chart. VIII. [168. 169.] Ed. Baſ. III. (85.)
ἤ τις ἂν ᾖ, κἂν τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἀγνοῶμεν, ἀπὸ τοῦ δύνασθαι σφυγμοὺς ἐργάζεσθαι δύναμιν αὐτὴν ἐκαλέσαμεν, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ πᾶσαν ἑτέραν δύναμιν ἀπὸ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ὅπερ ἂν δύνηται καλεῖν εἰθίσμεθα. τίνος γὰρ ἡ δύναμίς ἐστι καὶ τὴν νόησιν αὐτῆς ἐν τῷ πρὸς τὶ κεκτήμεθα, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως αὐτὴν ὀνομάζομεν, ὅταν τὴν οὐσίαν ἀγνοοῦμεν. ὅταν δὲ ῥώμην, ἢ ἀρετὴν δυνάμεως λέγομεν, ἢ αὖ πάλιν ἀῤῥωστίαν τε καὶ κακίαν, ὡς πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἀκούειν χρὴ τούτων τῶν ὀνομάτων. ἡ γὰρ δραστική τε καὶ ποιητικὴ καὶ δημιουργικὴ τῆς ἐνεργείας αἰτία ποτὲ μὲν βέλτιον ὡς πρὸς ταύτην, ποτὲ δὲ χεῖρον διάκειται. καὶ διὰ τοῦτο νῦν ἄμεινον, αὖθις δ' εἰ τύχοι χεῖρον ἡ ἐνέργεια συντελεῖται. τὸ μὲν οὖν βέλτιον ὡς πρὸς τοῦργον ἔχειν τὴν δύναμιν ἀρετή τε καὶ ῥώμη, τὸ δὲ χεῖρον ἀῤῥωστία τε καὶ κακία. περὶ μὲν δὴ τοὺς σφυγμοὺς ἐργαζομένης δυνάμεως ἀρκεῖ καὶ ταῦτα διαγινώσκειν εἴς γε τὰ παρόντα.

Κεφ. γ'. [169] Περὶ δὲ τῆς χρείας αὐτῶν ἀναμνησθῆναι χρὴ τῶν ἐν ἑτέροις ἐποδεδειγμένων, ὅτι φυλακῆς ἕνεκα

illa ſit, licet ejus nos fugiat eſſentia, quod facultatem habeat pulſus efficiendi, facultatem illam vocavimus, ut quamlibet puto aliam facultatem a facultate faciendi cujus habet facultatem ſolemus nominare, alicujus enim eſt facultas et ejus notio eſt relationi ſubjecta. Itaque quando eſſentia ipſius incognita nobis ſit, hoc appellamus eam nomine. At vero quum robur facultatis, vel virtutem dicimus aut contra; infirmitatem et vitium, ad functionem haec nomina ſunt referenda, quippe quae obit et efficit creatque functionem cauſa, interim ad eam melius eſt diſpoſita, interim deterius. Quo fit ut modo praeclarius, poſtea, ſi res ferat, deterius functio adminiſtretur, ac praeſtantior ad functionem diſpoſitio facultatis virtus eſt et robur, deterior infirmitas atque vitium. Sed de facultate pulſus effectrice haec ſatis eſt hoc loco noſſe.

Cap. III. De uſu eorum illa ſunt, quae alio loco demonſtravimus commemoranda, quod tuendi cauſa caloris

Ed. Chart. VIII. [169.] Ed. Baſ. III. (85.)

τῆς καθ' ὅλον τὸ σῶμα θερμασίας γεγόνασιν ἐμψύχοντές τε ταύτην καὶ εἴ τι λιγνυῶδες ἐκ τῆς τῶν χυμῶν συγκαύσεως ὑποτρέφοιτο, τοῦτ' εὐθέως ἀποκρίνοντες. εἴρηται δ', ἐν ἐκείνοις ἃς καὶ τῇ γεννήσει τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος συντελοῦσι.

Κεφ. δ'. Λοιπὴ δὲ καὶ τρίτη σφυγμῶν γενέσεως αἰτία συνεκτικὴ τὸ σῶμα τῶν ἀρτηριῶν ἐστιν αὐτό. πᾶσα γὰρ δύναμις ἐνεργοῦσά τινος ἕνεκεν ὀργάνων ἐπιτηδείων δεῖται πρὸς τοὔργον. ἦν δ' ἐπιτήδειον ὄργανον πρὸς τὰ παρόντα τὸ στεγανὸν μὲν τοῖς χιτῶσι, κοῖλον δ' ἔνδοθεν, οἷόν περ τὸ τῶν ἀρτηριῶν ἐστι. ὡς οὖν οἱ κατὰ τὰς πόλεις οὗτοι δημιουργοὶ, σκυτοτόμοι τε καὶ χαλκεῖς καὶ γραφεῖς, δι' ὀργάνων τινῶν ἐπιτελοῦσι τὸ σφέτερον ἔργον, οὕτως ἡ τοὺς σφυγμοὺς ἐργαζομένη δύναμις δι' ὀργάνων τῶν ἀρτηριῶν τὸ ἑαυτῆς ἔργον, τὴν φυλακὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἀποτελεῖ, τοσόνδε μόνον τῶν ἄλλων διαφέρουσα δημιουργῶν ὅτι τοῖς ὀργάνοις ἐνδέδεται καὶ δι' ὅλων αὐτῶν ἅπασα διελήλυθεν, οὐκ ἔξωθεν ἅπτεται καθάπερ ἐκεῖνοι. καὶ τοίνυν ἐπειδὰν μὲν τὴν ψύχουσαν οὐσίαν ἕλκῃ, διαστέλλεται τὸ σῶμα τῶν

universi corporis creati sunt, quem refrigerent et si quid sit fuliginis ex succorum adustione contractum, id excernant e vestigio. Etiam illo loco hoc dictum est, ad gignendum hos referre animalem spiritum.

Cap. IV. Reliqua et tertia gignendorum pulsuum continens causa ipsum est arteriarum corpus. Nam omnis facultas, quae alicujus causa agit, instrumenta quaerit ad opus apposita; erat autem hic accommodatum instrumentum quod spissis tunicis et cavum esset intus. Nam ut artifices hi, quos in urbibus conspicimus, sutores, excusores, pictores, certis instrumentis opus suum efficiunt, ita quae pulsus efficit facultas suum opus, tutelam nativi caloris, instrumentis peragit arteriis. Hoc tantum inter hanc et alios opifices interest, quod instrumentis haec indita est ac per ea tota permanavit, non foris ut illi attingit. Itaque ubi refrigerantem substantiam trahit, arteriarum distenditur corpus,

Ed. Chart. VIII. [169.] Ed. Baſ. III. (85.)

ἀρτηριῶν, ἐπειδὰν δὲ τὸ αἰθαλῶδες ἐκκρίνῃ, συστέλλεται. πλεονεκτεῖ δὲ ποτὲ μὲν ἡ τοῦ διαστέλλεσθαι, ποτὲ δὲ ἡ τοῦ συστέλλεσθαι χρεία, πάντως δ' ἕπεται θατέρῳ μέρει τῆς κινήσεως τὸ λοιπόν. κατὰ ταύτας δὲ τὰς αἰτίας τῶν σφυγμῶν γινομένων ἀνάγκη πάσας τὰς τροπὰς αὐτῶν ἕπεσθαι ταῖς τῶν αἰτίων ἀλλοιώσεσιν, ὥστε τὰς πρώτας μὲν καὶ γενικωτάτας τοσαύτας εἶναι διαφορὰς σφυγμῶν ὅσαι περ καὶ τῶν αἰτίων. τῆς μὲν δὴ δυνάμεως αἱ διαφοραὶ ῥώμη τε καὶ ἀῤῥωστία ἐστὶ, τῆς δ' ἐμφύτου θερμασίας ἐκπύρωσίς τε καὶ κατάψυξις, τοῦ δὲ τῶν ἀρτηριῶν χιτῶνος σκληρότης τε καὶ μαλακότης καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων αἱ καθ' ἕκαστον γένος τῶν εἰρημένων συμμετρίαι. ἀλλ' αἱ μὲν συμμετρίαι τοὺς κατὰ φύσιν ἐργάζονται σφυγμοὺς τοὺς μέσους τῶν ὑπερβαλλόντων, αἱ δ' ἀμετρίαι τοὺς παρὰ φύσιν. αἱ μὲν ἄλλαι σαφεῖς, ἡ δὲ κατὰ τὴν εὐρωστίαν τῆς δυνάμεως ἔχει τι ζητήσεως ἄξιον, ὃ προϊὼν ὁ λόγος διασκέψαιτο. ῥώμη μὲν οὖν δυνάμεως σφοδρὸν ἐξ ἀνάγκης ἐργάζεται τὸν σφυγμὸν, ἀῤῥωστία δ' ἀμυδρὸν καὶ σκληρότης μὲν ὀργάνων σκληρὸν, μαλακότης

quum fuliginoſam expurgat, contrahitur. Jam praepollet modo diſtentionis uſus, modo contractionis, ac conſequitur omnino alteram motus partem reliqua. Itaque quum ex his cauſis pulſus proficiscantur, neceſſe eſt omnes illarum diverſitates ſequi cauſarum alterationes, unde tot primae ſunt et generales pulſuum differentiae, quot ſunt cauſarum. Et facultatis quidem differentiae robur et imbecillitas, nativi caloris aduſtio refrigoratioque, arteriae tunicae durities ac mollities, atque prae his omnibus in ſingulis generibus commemoratorum mediocritates. Verum mediocritates naturales efficiunt pulſus, qui medium locum obtinent inter excedentes, exceſſus vero pulſus praeter naturam. Atque alii perſpicui ſunt, qui autem in firmitate conſiſtunt facultatis, quiddam dignum habent quaeſtione, quod pro greſſus disputationis diſpiciet. Porro robur facultatis neceſſario vehementem pulſum facit, infirmitas languidum et inſtrumentorum durities durum, mollities mollem.

Ed. Chart. VIII. [169. 170.] Ed. Baſ. III. (85.)

δὲ μαλακόν. οὐ μὴν ἐπί γε ταῖς αὐξήσεσιν ἢ ταῖς μειώσεσι τῆς κατὰ φύσιν θερμασίας ἓν εἶδος σφυγμῶν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται ταὐτὸν ἀεί. οὔτε γὰρ ὁ ταχὺς, ὥς τισιν ἔδοξεν, οὔθ' ὁ μέγας οὔθ' ὁ πυκνὸς ἐκπυρουμένης ἀεὶ γίνονται τῆς φύσεως οὔθ' ὁ βραδὺς ἢ μικρὸς ἢ ἀραιὸς σβεννυμένης, ἀλλ' οἱ περὶ τούτων ἀμφισβητοῦντες ὁμοίως ἁμαρτάνουσι Ἀρχιγένει πρὸς Μάγνον διαφερομένῳ περὶ τάχους σφυγμοῦ, ὡς οὐχ ὑπὸ ῥώμης μᾶλλον ἢ ἀῤῥωστίας γίνεται δυνάμεως. οὐδετέρα μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, μᾶλλον μήν ἐστιν οἰκεῖον τάχος μὲν ῥώμῃ τε δυνάμεως καὶ πλήθει θερμασίας καὶ προσέτι μαλακότητι τῶν ὀργάνων, βραδύτης δὲ τοῖς ἐναντίοις· ὡσαύτως δὲ καὶ μέγεθος μὲν ἰσχυρᾷ δυνάμει καὶ πλήθει θερμασίας καὶ μαλακοῖς ὀργάνοις ἐστὶν οἰκεῖον, μικρότης δὲ τοῖς ἐναντίοις· [170] ὡσαύτως δὲ καὶ πυκνότης οἱ δενὶ μὲν τῶν εἰρημένων ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, μᾶλλον μήν ἐστιν οἰκεία δυνάμεως ἀῤῥωστίᾳ, πλήθει δὲ θερμασίας, ὀργάνων δὲ σκληρότητι. καὶ ἀραιότης δὲ κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἐναντίοις οἰκεία μᾶλλον, οὐ μὴν ἐξ ἅπαντος

Non tamen incremento nativi caloris vel imminutioni unum ſemper et idem pulſuum genus ex neceſſitate conſequitur: nec enim celer, quod nonnulli ſunt opinati, nec magnus vel creber ſemper incidit, ubi aduritur natura, nec quum extinguitur, tardus, vel parvus, vel rarus. Sed de his, qui ambigunt perinde ac Archigenes errant, qui in Magnum disputat de pulſus celeritate, quod non a robore potius quam ab imbecillitate proficiscatur facultatis; nam neutrum ſequitur neceſſario. At tamen peculiaris magis eſt celeritas quidem robori facultatis et caloris abundantiae, praeterea mollitiei inſtrumentorum, tarditas vero contrariis. Eodem modo validae facultati magnitudo et copiae caloris, tum etiam mollibus inſtrumentis eſt familiaris, parvitas vero contrariis. Crebritas item nulli neceſſario ex commemoratis adhaeret, magis tamen propria facultatis eſt imbecillitati, copiae caloris, duritiei inſtrumentorum, et raritas item magis ad contraria ſpectat, non annexa illis eſt perpetuo ta-

Ed. Chart. VIII. [170.] Ed. Baſ. III. (85.)

ἑπομένη. πειράσομαι δ' ἀποδεῖξαι τῶν εἰρημένων ἕκαστον ἀναλαβὼν τὸν λόγον ἐπ' ἀρχήν.

Κεφ. ε'. Πλείονος θερμασίας ἠθροισμένης ἐν τῷ σώματι μείζονος μὲν χρήζειν ἀνάγκη τὸ ζῶον τῆς ἀναπνοῆς, μειζόνων δὲ καὶ σφυγμῶν, ᾧ δὲ λόγῳ μειζόνων, τούτῳ καὶ θαττόνων τε καὶ πυκνοτέρων· ὡς γὰρ οἱ διψῶντες οὐ τὸ πολὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταχέως καὶ πυκνῶς προσφέρονται τὸ πόμα, οὕτως καὶ οἱ τῆς ἐμψυχούσης οὐσίας δεόμενοι πολλὴν θ' ἅμα ταύτην καὶ ταχέως καὶ πυκνῶς ἐπισπῶνται· καὶ τοῦτο δὴ οὖν ἔφαμεν οἰκείους εἶναι σφυγμοὺς πλήθει θερμασίας, τόν τε μέγαν καὶ τὸν ταχὺν καὶ τὸν πυκνὸν, οὐ μὴν δ' ἐξ ἀνάγκης γ' ἑπομένους αὐτῇ. χρήζει·γὰρ, ἵνα τοιοῦτοι γενηθῶσι, δυνάμεως μὲν ἐῤῥωμένης, ὀργάνων δὲ μαλακῶν· εἰ γὰρ ἀσθενὴς ἡ δύναμις ἢ σκληρὸν ἢ τὸ ὄργανον, οὔτε μεγάλους αὐτοὺς οὔτε ταχεῖς ἐνδέχεται γενέσθαι, τοῦ μὲν ὀργάνου διὰ σκληρότητα δυσπειθοῦς γινομένου τῇ κινούσῃ δυνάμει, τῆς δυνάμεως δ' αὐτῆς δι' ἀῤῥωστίαν ἀδυνατούσης ἐξαίρειν τὰς ἀρτηρίας εἰς ὅσον προσήκει. χρὴ τοίνυν συνεργεῖν ἀλλήλοις τὰ τρία γένη τῶν αἰτίων, ἵν' ὁ σφυγμὸς ταχὺς ᾖ μέγας

men. Faciam autem ut haec repetita ab initio oratione ſigillatim demonſtrem.

Cap. V. Si amplior in corpore ſit collectus calor, animanti opus erit cum majore reſpiratione tum majoribus pulſibus, et quia majoribus, continuo etiam celerioribus et crebrioribus; ſicut enim qui ſitiunt non multum modo, ſed et celeriter potant ac crebro, ſic qui indigent refrigerio, copioſum ſimul id et celeriter crebroque attrahunt. Quamobrem peculiares dixi eſſe pulſus copioſo calori magnum, celerem crebrumque, non tamen neceſſario comitari, poſtulant enim, quo tales evadant, facultatem validam atque inſtrumenta mollia. Sin infirma facultas, aut durum ſit inſtrumentum, neque magni eſſe neque celeres poſſint, quod inſtrumentum ſit per duritiem adverſus moventem facultatem contumax: illa vero attollere, quatenus oportet, arterias per imbecillitatem impos. Quare ut celer pulſus vel magnus ſiat, tria oportet cauſarum genera inter ſe con-

Ed. Chart. III. [176.] Ed. Baſ. III. (85. 86.)

ἀποτελεσθῇ, τὴν μὲν χρείαν τῆς γενέσεως αὐτῶν ἐπείγουσαν, τὴν δὲ δύναμιν εὐεκτοῦσαν, τῶν δ' ἀρτηριῶν τοὺς χιτῶνας μαλακοὺς, ἢ πάντως γε μὴ σκληροὺς ὄντας. ὡς γὰρ καὶ ὠθεῖν ἢ μέγα προβαίνειν οὔθ' οἱ πάνυ γέροντες οὔθ' οἱ μικροὶ παῖδες δύνανται, κἂν ἔτι μάλιστα χρῄζωσιν ἠπειγμένης κινήσεως, οὕτως οὐδ' ἡ ἄῤῥωστος δύναμις οὔτε ταχέως οὔτ' εἰς μέγα τὰς ἀρτηρίας ἐξαίρειν δύναται, κἂν δέηται. ὥσπερ δὲ πάλιν ἡ μὲν μαλακὴ κύστις ἑτοίμως εἰς πολὺ διαστέλλεται, ἡ σκληρὰ δὲ οὐδ' εἰ πάνυ σφόδρα βιάζοιο, οὕτω καὶ τῶν ἀρτηριῶν ὁ χιτὼν ὁ μὲν μαλακὸς ῥᾳδίως ἐπὶ πλέον ἐξαίρεται, κἂν ἄῤῥωστος ἡ δύναμις ᾖ, ὁ δὲ σκληρὸς ἀντιτείνεταί τε καὶ ἀντιβαίνει τῇ κινούσῃ δυνάμει, κἂν σφοδρότατα περὶ αὐτὸν ἐνεργοῦσα τύχῃ. μέθοδος δὲ καὶ κατὰ τούτων ἁπάν(86)των μία, τῆς ἐξεταζομένης αἰτίας μόνης ὑπαλλαττομένης, τῶν δ' ἄλλων ἐν ταὐτῷ μενουσῶν, τὴν διάκρισιν ποιεῖσθαι τῆς ἀλλοιώσεως τῶν σφυγμῶν. εἰ γὰρ ἅμα πολλῶν ὑπηλλαγμένων ἐπισκέπτοιο, πρῶτον μὲν ἄδηλον, ἢ διὰ τὸ πασῶν ὁμοῦ συνιουσῶν ἀθρόον κεφάλαιον ἡ τροπὴ γέγονεν,

ſpirent, ut uſus illorum generationis urgeat, facultas valida ſit, mollesque arteriarum tunicae, aut certe non durae. Ut enim impellere velociter, aut multum progredi, ut maxime concitato motu indigeant, nec ſenes valent, nec parvi pueri, ita nec imbecilla facultas, etiam ſi uſus poſtulet, vel celeriter, vel multum attollere arterias poteſt. Jam etiam ſicut mollis veſica prompte multum diſtenditur, dura ne ſi admodum quidem etiam atque etiam contendas, ſic arteriarum tunica mollis quidem perfacile attollitur plurimum, vel facultate infirma, at dura, licet facultas ſummopere illam impellat, reſiſtit facultati motrici renititurque. Via omnium horum ratioque una eſt; nam ut cauſa quae in examen venit, ſola convertatur, reliquae maneant omnes in eodem ſtatu, ita diſcernes alterationes pulſuum. Nam ſi quum multae immutatae ſunt, attendes, primum obſcurum erit, propter acervumne omnium in unum coactarum mutatio evenerit, an propter unam quandam ex illis;

Edi Chart. VIII. [170. 171.] Ed. Baſ. III. (86.)

ἢ διά τινα μίαν ἐξ αὐτῶν. ἔπειτα δ᾽ εἰ καὶ συγχωρηθείη διὰ μίαν, ἥ τίς ἐστιν αὕτη μία ἐξ αὐτῶν οὐδέπω δῆλον. ἂν γοῦν αὐξηθῇ μὲν ἡ θερμασία μόνη, φυλάττοιντο δὲ ἥ τε δύναμις καὶ οἱ χιτῶνες τῶν ἀρτηριῶν ἄτρεπτοι, μείζους τε καὶ θάττους ἐξ ἀνάγκης οἱ σφυγμοὶ γενήσονται καὶ συναυξηθήσονταί γε τῷ πλήθει τῆς θερμασίας ἄχρι περ ἂν ἐπὶ τὴν μεγίστην ἀφίκωνται διαστολήν. τάχιστοι δὲ οὐδὲ νῦν οὐδέ ποτε φανοῦνται πρὶν τὴν θερμασίαν ὑπὲρ τὴν μεγίστην αὐξηθῆναι διαστολήν. τότε δ᾽ ὑπὲρ τὴν μεγίστην αὔξεται διαστολήν, ὅταν ἐνδεῶς ὑπ᾽ αὐτῆς ἀναψύχηται. τὸ τοίνυν λεῖπον ἐπανισοῖ τηνικαῦτα τῷ τάχει τῆς κινήσεως, καὶ οὕτως οἱ σφυγμοὶ τάχιστοι γίνονται. ἀρκεῖ δ᾽ οὐδὲ ταῦτα τῇ μεγάλως ἐκπυρωθείσῃ, ἀλλ᾽ ὃν ἡσύχασε πρότερον χρόνον μεταξὺ τῶν κινήσεων, ἤδη καὶ τοῦτον συντέμνει. πολλάκις δ᾽ οὕτως βραχὺν ἀπέφηνεν, ὡς συνεχεῖς ἀλλήλαις δοκεῖν εἶναι τὰς κινήσεις, [171] μηδαμῆ σχιζομένας ἡσυχίᾳ· τοῦτο δ᾽, ὅταν ἐσχάτως ἐκκαυθῇ, γίνεται. τριῶν γὰρ ὄντων τρόπων ἐπικουρίας ἐν ἁπάσαις ὑπερβολαῖς πᾶσιν ὁμοῦ χρῆται. καὶ γὰρ πλείστης ἀπολαύει τῆς ἐμψυχούσης αὐτὴν οὐσίας καὶ τάχιστα καὶ συνεχέστατα. τούτων

deinde ut conveniat propter unam, quaenam ſit haec una de illis, nondum conſtat. Nam ſi calor increverit ſolus et maneant facultas tunicaeque arteriarum immotae, pulſus neceſſario majores et celeriores fient, unaque cum calore, dum ad maximam perveniant diſtentionem, augebuntur, celerrimi vero ne ſic quidem prius quam maximam calor diſtentionem ſuperaverit apparebunt. Tunc autem ultra maximam diſtentionem extendetur quum ab ea refrigeratur parcius, quare celeritate motus reſarcitur defectus, itaque pulſus fiunt celerrimi. Jam vero neque haec ſatisfaciunt calori vehementer incenſo, ſed quod temporis quo ante inter duos motus quiescebat, nunc quid praeſecat etiam. Subinde etiam tam reddit breve, ut perpetuos putes motus eſſe, nulla quiete interpellatos; ſed hoc accidit, ubi ad ultimum incenſus calor ſit. Et quum tres ſint in omnibus exceſſibus rationes opis, omnibus ſimul utitur, nam conſequitur ie refrigerantis ſubſtantiae quum plurimum tum celerrime et

Ed. Chart. VIII. [171.] Ed. Baſ. III. (86.)

δὲ τὸ μὲν πρῶτον μεγίστους ποιεῖ τοὺς σφυγμούς, τὸ δὲ δεύτερον ταχίστους, τὸ δὲ τρίτον πυκνοτάτους. οὔτε γὰρ, ὅταν ἱκανῶς ἀναψύχηται τῷ μεγέθει τῆς διαστολῆς, κατεπείγει τὸ τάχος, οὔθ' ὅταν αὐτάρκως ὑπ' ἀμφοῖν ὠφελῆται, τὴν πυκνότητα. θατέρου δ' αὐτῶν ἀεὶ τὸ λεῖπον ἐπανισοῖ θατέρῳ, τοῦ μὲν μεγέθους τῷ τάχει, τοῦ δὲ τάχους τῇ πυκνότητι. καθόλου γὰρ φάναι πυκνότητος σφυγμῶν αἰτία μία τὸ τῆς προτέρας ἐνεργείας ἐνδεὲς, γίνεται δὲ τοῦτο καὶ δι' ἄλλας μὲν αἰτίας, ἃς ἑξῆς ἐροῦμεν, ἀτὰρ οὖν καὶ διὰ πλῆθος θερμασίας, ὡς νῦν ἀποδέδεικται. καὶ σχεδὸν ἤδη πέρας ἔχει τὸ προκείμενον. ἐδείχθη γὰρ ὡς οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἕπεται πλήθει θερμασίας μέγας καὶ ταχὺς καὶ πυκνὸς σφυγμὸς οὐδείς, οἰκεῖοι δ' εἰσὶν αὐτῇ μάλιστα μὲν ὁ μέγας καὶ ταχὺς, ἤδη δέ ποτε καὶ ὁ πυκνὸς κατά τι συμβεβηκός.

Κεφ. στ'. Εἴη δ' ἄν, οἶμαι, δῆλον, ἤδη καὶ περὶ τῶν ἐν ταῖς ἐνδείαις τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἑπομένων σφυγμῶν. καὶ γὰρ καὶ ταύταις ἐξ ἀνάγκης μὲν οὐδεὶς ἕπεται, οἰκεῖοι δ' εἰσὶν μάλιστα μὲν ὅ τε μικρὸς καὶ βραδὺς, ἤδη δὲ καὶ

maxime continenter, quorum primum maximos pulſus creat, alterum celerrimos, creberrimos tertium. Neque ubi liberaliter illum magnitudo refrigerat diſtentionis, irritat celeritatem, neque crebritatem ubi ab ambabus auxilium conſequitur: alterius enim illarum ſemper defectus corrigitur altera, magnitudinis celeritate, celeritatis crebritate. Quid multis? crebritatis pulſuum cauſa una eſt prioris actionis defectus. Accidit id quum aliis de cauſis, quas deinceps recenſebimus, tum de copia caloris, uti modo eſt oſtenſum. Propemodum jam quod erat inſtitutum confectum eſt. Declaravimus enim abundantiam caloris nullum conſequi neceſſario pulſum magnum, celerem, crebrum, ſed peculiares eſſe in primis magnum et celerem et nonnunquam crebrum etiam, ſecundum accidens quoddam.

Cap. VI. Puto jam quoque conſtare quinam e pulſibus caloris nativi defectum comitentur, hunc ſcilicet nullum neceſſario comitari. Familiares tamen ſunt ei parvus et tardus praecipue, mox etiam rarus. Nam ut natura,

Ed. Chart. VIII. [171.] Ed. Baſ. III. (86.)

ὁ ἀραιός. ὥσπερ γὰρ οὔτε πολλῆς οὔτε ταχείας τῆς ἐμψύξεως ἡ φθάνουσα κατεψύχθαι δεῖται φύσις, οὕτως οὐδὲ δι' ὀλίγου. ταὐτὸν δ' ἐστὶ τὸ μὲν δι' ὀλίγου τῷ πυκνῷ, τὸ δὲ διὰ μακροῦ τῷ ἀραιῷ.

Κεφ. ζ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως εἴρηται, τὸ ἀναβληθὲν ὀλίγῳ πρότερον ἐφ' ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρήσιμόν ἐστι διασκεψάμενοι τὸ συνεχὲς τοῦ λόγου περαίνωμεν. τοῦ μὲν γὰρ μεγάλου τε καὶ μικροῦ σφυγμοῦ μέσος τίς ἐστιν ὁ κατὰ φύσιν τε καὶ σύμμετρος, ᾧ παραβάλλοντές τε καὶ παραμετροῦντες τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅσοι μὲν ἂν μείζους ὦσιν αὐτοῦ, τούτους μὲν μεγάλους ὀνομάζομεν, τοὺς δ' ἐλάττους μικρούς. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τοῦ ταχέος τε καὶ βραδέος ὁ μέσος τε καὶ σύμμετρος ὁ κατὰ φύσιν ἔχων ἐστίν, καὶ τοῦ πυκνοῦ δὲ καὶ τοῦ ἀραιοῦ καὶ προσέτι σκληροῦ καὶ μαλακοῦ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οἱ μέσοι κατὰ φύσιν. οὐ μὴν ἀμυδροῦ τε καὶ σφοδροῦ μέσος ὁ κατὰ φύσιν εἶναι δοκεῖ. ἐῤῥωμένης γὰρ ἔργον δυνάμεως ὁ σφοδρὸς σφυγμός, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ ἀμυδρὸς ἀῤῥώστου. τὸ δ' ἐῤῥῶσθαι ταύτην οὐ παρὰ φύσιν δήπουθεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀρετή τε καὶ κατὰ φύσιν,

quae jam pridem refrigerata eſt, nec multum requirit, nec celere refrigerium, ſic nec brevibus intervallis. Brevibus intervallis idem eſt quod crebrum, et longis intervallis idem quod rarum.

Cap. VII. Sed quoniam ſatis de his dictum eſt, ſi quod produximus dudum, quantum disputationi conducat perſpexerimus, ſeriem orationis proſequemur. Inter magnum pulſum et parvum naturalis intercedit et moderatus: cum quo comparantes et aeſtimantes reliquos omnes, qui majores ſunt eo, hos magnos vocamus, qui minores, parvos. Itidem inter celerem et tardum medius moderatusque naturalis eſt. ſic inter crebrum et rarum. Ad haec inter durum et mollem medii naturales ſunt. At naturalis non item videtur, qui inter vehementem medius eſt et languidum, validae enim eſt facultatis opus vehemens pulſus, ut languidus infirmae. Cujus ſane firmitas non eſt contra naturam, imo haec virtus eſt et ſecundum naturam, infirmi-

Ed. Chart. VIII. [171. 172.] Ed. Baſ. III. (86.)

ἡ δ' ἀῤῥωστία τῆς δυνάμεως κακία τε καὶ παρὰ φύσιν. ὅσον δ' ἐν τῷ μεταξὺ ῥώμης τε καὶ ἀῤῥωστίας, ὁδός ἐστιν ἀπὸ θατέρου πρὸς θάτερον ἐν μεθορίῳ που τεταγμένον ἀμφοῖν, τοσούτῳ μὲν βέλτιον ἀῤῥωστίας, ὅσῳ χεῖρον εὐρωστίας, τοσούτῳ δ' αὖ πάλιν εὐρωστίας χεῖρον, ὅσῳ βέλτιον ἀῤῥωστίας. οὔκουν ἐνταῦθά φασι χρῆναι τὸ κατὰ φύσιν ζητεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ ἄκρῳ τε καὶ εὐρώστῳ, τούτου δ' ἔγγονον ὑπάρχειν τὸν σφοδρὸν σφυγμόν. εἰσὶ δ' οἳ τοῦτο μὲν ἀληθὲς εἶναι συγχωροῦσιν, [172] ἀμφισβητοῦσι δὲ πρὸς τὸ καθόλου καὶ φάσκουσι τὸν κατὰ φύσιν σφυγμὸν τὸν ἐν τούτῳ μὲν τῷ γένει γίνεσθαι καὶ αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἄκρας τε καὶ ἀρίστης ἕξεως, ὥσπερ οὖν κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασι γένεσιν, οὐ μὴν ἄκρον γε καὶ ἔσχατον ὑπάρχειν, ἀλλ' εἶναί τινα τῶν οὐ κατὰ φύσιν ἕτερον τούτου σφοδρότερον. ἴδιον γάρ τι συμβεβηκέναι τούτῳ τῷ γένει τῶν σφυγμῶν παρὰ τἄλλα πάντα φασὶ, διὸ καὶ τὴν ἀπορίαν τε καὶ τὰ σφάλματα τοῖς μὴ δυναμένοις αὐτὸ συνιδεῖν ἀπηντηκέναι. γίνεσθαι μὲν γὰρ εὐρωστούσης τῆς δυνάμεως τὸν σφοδρὸν σφυγμὸν, εἶναι μέντοι τι καὶ τού-

tas vero facultatis vitium praeterque naturam eſt. Quantum jam in via, quae intercedit inter robur et imbecillitatem, eſt ab altero ad alterum in confinio alicubi utriusque poſitum, tanto id praeſtat infirmitate, quanto robore inferius eſt, contraque tantum firmitati cedit, quantum ſuperat infirmitatem. Proinde non hic quaerendum ajunt eſſe naturalem pulſum, ſed in ſummo et valido, atque ex hoc provenire vehementem pulſum. Sunt qui verum fateantur hoc eſſe, ſed dubitent hoc undequaque ita habere: quorum haec ſententia eſt, naturalem pulſum in hoc genere fieri quoque ipſum a ſummo et optimo ſtatu non ſecus ac alios in omnibus generibus, non ſummum tamen et extremum eſſe, ſed eſſe non ex naturalibus quendam alium hoc vehementiorem. Nam ſingulare quiddam huic pulſuum generi accidiſſe ac extra ordinem autumant: quo factum eſſe ut in haeſitationem illi erroresque, qui aſſequi illud non poſſent, incurrerint: ſiquidem fieri quidem valente facultate vehementem pulſum, attamen certum eſſe et hujus modum ve-

Ed. Chart. VIII. [172.] Ed. Baſ. III. (86.)

του μέτρον τῆς σφοδρότητος, οὗ πρυσωτέρω χωρῶν ἐξίσταται τοῦ κατὰ φύσιν. ἐν γοῦν τοῖς θυμοῖς, φασὶ, καὶ πολλάκις ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ ταῖς οἰνοποσίαις εὑρίσκεσθαι σφοδρότερον τοῦ κατὰ φύσιν κινουμένας τὰς ἀρτηρίας, ὁμολογεῖσθαι δὲ πρὸς ἁπάντων τὸν ὡς ἀκριβῶς κατὰ φύσιν ἔχοντα σφυγμὸν ἐπὶ ζώου θεωρητέον, ἐν ἠρεμίᾳ καθεστηκότος ἁπασῶν τῶν μεγάλων τε καὶ ἰσχυρῶν ἀλλοιώσεων. ἰσχυρὰ δὲ ἀλλοίωσις ἡ ἐκ θυμοῦ καὶ γυμνασίου καὶ οἴνου, οὐκ οὖν τοῦτον εἶναι τὸν κατὰ φύσιν, ἀλλ' ὡς ἂν ἐρρωμένης τε ἅμα τῆς φύσεως καὶ πρὸς μηδενὸς τῶν ἔξωθεν αἰτίων βιαίως ταραττομένης γίνεται. οὕτως δὲ πῶς μὲν εἶναι μέσον, πῶς δὲ οὐκ εἶναι τὸν κατὰ φύσιν ἐν τούτῳ τῷ γένει σφυγμόν. καθόσον μὲν γὰρ αὐτοῦ εἰσί τινες ἕτεροι σφοδρότεροι σφυγμοὶ, καὶ νὴ Δία ἕτεροί γ' ἧττον σφοδροὶ, καιὰ τοσοῦτον μὲν εἶναι μέσον, καθόσον δὲ τριῶν οὐσῶν διαφορῶν ἐν τούτῳ τῷ γένει, σφοδρότητός τε καὶ ἀμυδρότητος καὶ τῆς ἀμφοῖν μεσότητος, οὐκ ἐκ τῆς μεσότητός ἐστιν, ἀλλὰ ἐκ μιᾶς τῶν ἀκροτάτων, κατὰ τοσοῦτον οὐκ ἔτι εἶναι μέσον. ὅλον οὖν τὸ λοιπὸν οἶμαι

hementiae, quem ſi praetereat, de natura recedat. Certe quidem in ira dicunt, ſubindeque in exercitationibus atque potionibus vini vehementius offendi ac natura poſtulat motas arterias: at hoc inter omnes convenire, naturaliter pulſum ad unguem comparatum in animante eſſe ſpectandum, in quiete poſito omnium magnarum ac validarum alterationum, validam autem alterationem ira, exercitatio, vinum concitant: quare non nunc eſſe naturalem, ſed qui valente natura ſimul et per extraneam cauſam quae violenta ſit nullam commota fiat, itaque quadam ratione eſſe medium, quadam non eſſe naturalem in hoc genere pulſum. Quatenus eo enim alii quidam ſunt vehementiores pulſus et vero alii minus vehementes, hactenus eſſe medium, quatenus autem, quum tres ſunt hujus generis differentiae, vehementia, imbecillitas et utriusque medium, non ex medio eſt, ſed una de ſummis, hactenus medium non eſſe, omnino ergo eſſe reliquum, recte de illo pariter ac

Ed. Chart. VII. [172.] Ed. Baſ. III. (86. 87.)

περὶ αὐτοῦ καλῶς ἂν ἅμα καὶ ἀληθῶς ῥηθῆναι τὸν κατὰ φύσιν ἐν τούτῳ τῷ γένει σφυγμὸν μέσον ἐν θατέρῳ τῶν ἄκρων εὑρίσκεσθαι διαφορῶν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ πρὸς τοῦτ' ἀντιλέγουσιν, οὐ γίνεσθαι σφοδροὺς ἐν τοῖς εἰρημένοις καιροῖς τοὺς σφυγμούς, ἀλλὰ φαίνεσθαι φάσκοντες, ἐξαπατᾶσθαι δὲ τοὺς ἀμελέστερον ἁπτομένους ὑπὸ τοῦ προσγινομένου τάχους αὐτοῖς καὶ μεγέθους, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὕψους, ὥσπερ ἐν τοῖς θυμοῖς· δῆλον δὲ ὡς τῆς τοιαύτης διαφωνίας ἡ κρίσις εἰς τὴν διάγνωσιν ἀναφέρεται. τίς οὖν ἡ ἀληθὴς διάγνωσις; χρὴ γὰρ ἀποφήνασθαι τὸ φαινόμενον ἡμῖν. ἐπὶ μὲν ταῖς τῶν οἴνων πόσησι, ταῖς γοῦν μετρίαις, οἱ σφυγμοὶ σαφῶς ὥσπερ μείζους καὶ θάττους, οὕτω καὶ σφοδρότεροι γίνονται, ἐπὶ μέντοι τοῖς θυμοῖς τε καὶ τοῖς μετρίοις γυμνασίοις οὐκ ἐθ' ὁμοίως σαφῶς, ἀλλ' εἰ ἄρα καὶ προσγίνεταί τι σφοδρότητος αὐτοῖς, ὀλίγον τοῦτο καὶ δυσδιάγνωστόν ἐστιν. ὅπως δ' ἂν ἔχοι τὸ ἀληθὲς, οὐδὲν κω(87)λυόμεθα περαίνειν τὸ προκείμενον, αὐτὸ τοῦτο μόνον ζητοῦντες, εἰ μέγεθος καὶ τάχος σφυγμῶν οἰκεῖα δυνάμεως ἐῤῥωμένης, ὅπερ εἶναι φαίνεται

vere dictam eſſe, naturalem pulſum hujus generis medium locum in altera extrema differentia obtinere. Sunt qui hoc impugnent etiam, qui ajunt vehementes pulſus non fieri iis temporibus, quae commemorata ſunt, ſed videri fieri; falli autem illos, qui negligentius tangunt, a celeritate cum iis conjuncta et magnitudine, atque interim etiam altitudine, ut fit in ira. At hujus controverſiae conſtat judicium ad dignotionem pertinere. Quae eſt ergo vera dignotio? Dicendum eſt enim quod perſpicimus. Vino potato, modice certe, pulſus aperte quum majores et celeriores tum vehementiores evadunt, in ira vero et in modicis exercitationibus non perinde aperte. Imo ſi quid illis accedat vehementiae, id adeo eſt minutum, ut animadverti aegre poſſit. Utcunque ſit, quin, quod in manibus habemus, conficiamus, nihil cauſae eſt, hoc ſi tantum quaeramus, an magnitudo celeritasque pulſuum pertineant ad robuſtam facultatem: quod eſſe his videtur, qui ſumma cu-

Ed. Chart. VIII. [172. 173.] Ed. Baſ. III. (87.)

τοῖς μὴ παρέργως σκοπουμένοις ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως. ὁμολογημένου γὰρ τοῦ διαστέλλεσθαι τὰς ἀρτηρίας ὑπὸ δυνάμεως εὔλογον ἐπὶ πλέον ἐξαίρειν μὲν αὐτὰς τὴν ἰσχυρὰν, ἐπ' ὀλίγον δὲ τὴν ἀσθενῆ, καὶ θᾶττον μὲν τὴν ἰσχυρὰν, βραδύτερον δὲ τὴν ἀσθενῆ, ὥσπερ οὖν ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἔχει βαδιζόντων τε καὶ θεόντων καὶ ἐρεσσόντων καὶ σκαπτόντων καὶ ὁτιοῦν ἄλλο δρώντων. ὁ γὰρ ἰσχυρότερος ἐν τούτοις οὐ μείζονα μόνον, ἀλλὰ καὶ θάττονα τὴν ἐνέργειαν ἐπιδείκνυται, τῶν γ' ἄλλων ὡσαύτως ἀμφοτέροις ἐχόντων. εἰ γὰρ ὁ μὲν ἀσθετέστερος ἐπείγοιτο πρὸς τῆς χρείας ἐς τὴν ἐνέργειαν, ὁ δ' ἰσχυρότερος ἤτοι μηδὲν αὐτῆς ὅλως ἢ ὡς ἐλαχίστης δεοιτο, θᾶττον ἂν οὕτως ὁ ἀσθενέστερος ἐνεργήσειεν. [173] ἀλλ' οὐ χρὴ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον παραβάλλειν, ἀλλ' ὡς καὶ πρόσθεν ἐρρέθη, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ὁμοίως ἀμφοῖν ὑπαρχόντων, καθ' ἓν δ' ὁτιοῦν μόνον ὅπερ ἂν ἑκάστοτε τύχῃ ζητούμενον τῆς ὑπαλλαγῆς γενομένης· οἷον εἰ καὶ λῃστῶν ἐπιόντων φεύγειν δεήσειεν, οὐκ ἴσα δήπουθεν διαβαίνοντες. οὐδ' ἐν ὁμοίῳ τῷ τάχει δραμοῦνται νεανίσκος ἰσχυρὸς καὶ γέρων ἀσθενής. εἰ μέντοι παραβάλλεις κίνησιν

ra aeſtimant ex ipſa rerum natura. Quando enim in confeſſo eſt diſtendi a facultate arterias, plus eas probabile eſt validam attollere et infirmam parum, celerius item validam, tardius infirmam: quod quidem vel in nobis ipſis conſpicitur, quum ambulamus, currimus, metimus, fodimus, denique quicquid agimus. Nam in his qui fortior eſt non majorem modo, ſed et celeriorem operam praeſtat, ſiquidem alia utrique paria ſint. Quod ſi infirmiorem ad opus neceſſitas urgeat, fortior autem aut plane eo nihil indigeat, aut quam pauciſſimo, celerius ſic imbecillior aget. Sed inepta iſta eſt comparatio, imo ſi, ut ante eſt dictum, alia utrique paria ſint et unum tantummodo quodque, quod quoque loco in disquiſitionem venit commutetur. Ut ſi imminentibus latronibus fugiendum ſit, profecto non paria conficient ſpacia nec aequali velocitate current juvenis valens atque imbecillus ſenex. Quod ſi tamen motum ſenis qui inva-

Ed. Chart. VIII. [173.] Ed. Baſ. III. (87.)

γέροντος ἔφοδον λῃστῶν δεδιότος νεανίσκου κινήσει ῥᾳθύμως ἐν ἄστει βαδίζοντος, ὠκυτέρα τε καὶ μείζων οὕτως ἡ τοῦ γέροντος φανεῖταί σοι, οὐχ ὅτι δύναται θᾶττον κινεῖσθαι τοῦ νέου καὶ μᾶλλον τὰ κῶλα μεταφέρειν, ἀλλ' ὅτι δεῖται κινήσεως ἠπειγμένης διὰ τὸν φόβον, ὑφ' οὗ καταναγκαζόμενος ἅπασῃ χρῆται πρὸς τοῦργον τῇ δυνάμει. τῷ νεανίσκῳ δὲ τὰ μὲν τῆς δυνάμεως ῥωμαλεώτερα, ἀλλ' οὐδὲν αὐτῆς δεῖται πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ὡς εἴ γε δεηθείη παραπλησίως τῷ γέροντι, τοσούτῳ θᾶττόν τε καὶ μᾶλλον ἐνεργήσει ὅσῳ καὶ τὰ τῆς δυνάμεως αὐτῷ βελτίω. ἄξιον οὖν ἐνταῦθα μέμψασθαι καὶ Ἀρχιγένει καὶ Μάγνῳ καὶ πολύ γε μειζόνως τῷ Ἀρχιγένει. ὁ μὲν γὰρ εἰ καὶ μὴ πᾶν τὸ ἀληθὲς, ἀλλὰ μέρος τι καλῶς κατεῖδεν, ὁ δ' Ἀργιγένης δέον τὸ λεῖπον προσθεῖναι καὶ τὸ καλῶς ηὑρημένον ἀνατρέπειν πειρᾶται, γράφων ὧδί· δίκαιον γὰρ αὐτὴν παραθέσθαι τὴν λέξιν· ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀρτιγενῶν μικρὸς παντελῶς ὁ σφυγμός ἐστι καὶ οὐ σφοδρὸς, καὶ πυκνὸς ἄγαν καὶ ταχύς. Μάγνος δὲ οὐκ εἶναι ταχὺν αὐτόν φησι, δι' ὅλου συστῆσαι βουλόμενος τὸ

ſionem timet latronum ad juvenis motum conferas qui ſegniter in urbe obambulat, velocior ſic atque major tibi ſenis videatur, non quo celerius moveri juvene poſſit vel magis artus transferre, caeterum quod motu indigeat concitatiore ob metum, a quo compulſus omnes vires accommodat ad opus. Juvenis viribus eſt quidem robuſtioribus, ſed ad opus eas non requirit, nam ſi opus ipſi, ut ſeni, ſit, hoc celerius aget, atque magis quo vires illi ſunt melius comparatae. Quamobrem accuſare, hic operae pretium eſt tum Archigenem tum Magnum, tamen longe Archigenem magis: nam Magnus quidem, etſi non undequaque verum, certe aliqua ex parte animadvertit. Archigenes vero, quum quod deſiderabatur, deberet addere, etiam quod recte eſſet inventum, ſtudet labefactare, qui ita ſcribit, aequum eſt enim ut adſcribam ipſa verba: *Nam infantes parvum prorſus pulſum habent, nec vehementem, tum mire crebrum et celerem.* Magnus eūm negat eſſe celerem, in perpetuum conſtituere volens hoc, non proprium imbecillitati

Ed. Chart. VIII. [173.] Ed. Baſ. III. (87.)

μὴ οἰκεῖον ἀσθενείᾳ τὸν ταχὺν σφυγμὸν εἶναι, ἀλλὰ τὸν πυκνόν. ἔστι γὰρ καὶ τὰ τηλικαῦτα ἀσθενῆ· καὶ μικρὸν ὁ Ἀρχιγένης προελθὼν, ἐμοὶ μὲν οὐ κατὰ τὴν ἰσχὺν, φησὶ, τὸ τάχος δοκεῖ κεῖσθαι, ὅταν εὕρω ἐπὶ χολερικῶν καὶ ἐπὶ καρδιακῶν συνηρημένην τὴν κίνησιν τῶν ἀρτηριῶν. ἡ μὲν οὖν λέξις ἡ τοῦ Ἀρχιγένους τοιάδε, πιθανὴ πάνυ καὶ παρακρούσασθαι ῥᾳδίως δυναμένη τὸν ἀκροατὴν, ὡς ἂν ἔξ ὧν οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἐπιδιδόασι λημμάτων συλλογιζομένη. πάντες γὰρ ὀλίγου δεῖν ὁμολογοῦσι τὸν ἐπὶ τῶν χολερικῶν τε καὶ καρδιακῶν σφυγμὸν ταχὺν ὑπάρχειν. ὑφ' ἡμῶν δ' ἱκανῶς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν εἴρηται περὶ τάχους τε καὶ βραδύτητος, ἕτερον μὲν δεικνύντων τὸν ταχὺν, ἕτερον δὲ τὸν ὀλιγοχρόνιον σφυγμόν· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῆς βραδύτητος, ἕτερον μὲν τὸν βραδὺν, ἕτερον δὲ τὸν πολυχρόνιον. οὔκουν ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν ἐνταῦθα λέγειν προσῆκεν, ἀλλὰ τοῦ συμπεράσματος μόνου μνημονεύσαντας ὡς ἐν τοῖς προειρημένοις πάθεσιν οἱ σφυγμοὶ βραχυχρόνιοι μέν εἰσιν, οὐ μὴν καὶ ταχεῖς, οὕτως ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανιέναι. περανθήσεται γὰρ οὐδὲν ἔτι

celerem pulſum eſſe, ſed crebrum; ſunt enim imbecilli illi. Ac paulo inferius Archigenes, *Mihi quidem non in robore,* inquit, *videtur celeritas poſitu eſſe, quum in cholericis reperiam et cardiacis arteriarum contractum motum.* Haec Archigenis verba ſunt, multum quidem probabilia, quae facile auditorem circumveniant, utpote ex lemmatibus collecta, quae vulgus medicorum comprobat, ſiquidem in hac ſententia ſunt pene omnes, cholericorum et cardiacorum celerem pulſum eſſe. Nos vero ſatis in primo libro De pulſibus dignoscendis diximus de celeritate et tarditate: ubi alium monſtravimus celerem eſſe, alium non diuturnum pulſum, itidem de tarditate, non eundem tardum eſſe atque diuturnum. Nihil eſt igitur quod eadem hic repetamus, ſed concluſione duntaxat commemorata, in illis affectibus non diuturnum quidem pulſum eſſe, tamen non celerem, tum ad inſtitutum eſt redeundum. Jam enim Archi-

Ed. Chart. VIII. [173. 174.] Ed. Baſ. III. (87.)

τῷ Ἀρχιγένει, μὴ συγχωρηθέντων τῶν ἐν τοῖς χολερικοῖς καὶ καρδιακοῖς πάθεσι σφυγμῶν ταχέων ὑπάρχειν. καίτοι κἂν ἐν τοῦτο συνεχωρεῖτο, σημεῖον μὲν ἀσφαλὲς οὐκ ἐγίνετο ῥώμης δυνάμεως τὸ τάχος, οἰκεῖον δ' αὐτῆς ὑπάρχειν οὐκ ἐκωλύετο, διωρισμένου γε ἤδη σαφῶς πρὸς ἡμῶν ὡς τινὲς μὲν ἐξ ἀνάγκης ἕπονται σφυγμοὶ ταῖς συνεκτικαῖς αἰτίαις, τινὲς δ' οἰκεῖοι μέν εἰσιν αὐταῖς, οὐ μὴν ἀναγκαίως ἀκολουθοῦσι. ὧν μὲν γὰρ σφυγμῶν μιᾶς αἰτίας ἡ γένεσις χρῄζει, ταύτῃ διὰ παντὸς ἀκολουθήσουσιν οὗτοι. καὶ σημεῖον γὰρ ἄκρον ἔσονται τῆς αἰτίας ὁ σφοδρὸς μὲν τῆς ἐῤῥωμένης δυνάμεως, ὁ δ' ἀμυδρὸς τῆς ἀῤῥώστου. ὧν δ' εἰ μὴ πλείους συνέλθοιεν αἰτίαι, οὐχ οἷόν τε τὴν γένεσιν συστῆναι, τούτους οἰκείους μὲν εἶναι ταῖς αἰτίαις ἐροῦμεν, οὐ μὴν καὶ δηλοῦν τινα ἐξ ἀνάγκης αὐτῶν μίαν. ὡσαύτως δ' εἰ καὶ πρὸς μιᾶς αἰτίας γίγνοιτό ποτε σφυγμὸς, [174] ἀλλὰ μὴ τῆς αὐτῆς διὰ παντὸς, οἰκεῖος μὲν ἔσται πάσαις ταῖς ποιούσαις αἰτίαις, οὐ μὴν δηλώσει γε βεβαίως αὐτῶν οὐδεμίαν. οὐδὲ γὰρ εἰ τάχος σφυγμῶν, ἐξ ἀνάγκης καὶ ῥώμη δυνάμεως, ἀλλ' ἔστι μὲν ὅτε πλείων ἡ

geni nihil efficietur, quum negatum ſit pulſus in cholericis cardiacisque affectibus eſſe celeres. Et quidem, ut hoc conceſſum ſit, non fuerit facultatis roboris certum ſignum celeritas, ſed familiare illi quin ſit, nihil obſtat, quandoquidem jam ſatis aperte declaravimus, quosdam neceſſario pulſus conſequi continentes cauſas, aliquos eſſe illis familiares, neceſſario conjunctos non eſſe. Nam quorum pulſuum poſtulat generatio unam cauſam, hanc perpetuo illi comitabuntur et hercle indicium erunt cauſae fideliſſimum, ut vehemens valentis facultatis, languidus infirmae, at quorum, niſi plures concurrant cauſae, conſtitui generatio nequeat, hos familiares eſſe cauſis dicemus, non autem ſignificare certam ex illis aliquam. Eodem modo ſi ex una aliquando cauſa pulſus proficiscatur, ſed non ab eadem perpetuo, familiaris quidem omnibus cauſis erit quae efficiunt eum, conſtanter vero ex illis indicabit nullam. Neque ſi celeritas ſit pulſuum, ſtatim robur quoque neceſſario facultatis erit, imo

Ed. Chart. VIII. [174.] Ed. Baſ. III. (87.)

χρεία τῆς γενέσεως τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος, ἔστι δ' ὅτε πλεονεξία θερμασίας, ἢ ὀργάνων μαλακότης, ἢ τινα τούτων, ἢ πάνθ' ἅμα. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ εἰ μέγεθος σφυγμῶν, ἤτοι ῥώμη δυνάμεως ἢ δαπάνη πλείων ψυχικοῦ πνεύματος, ἢ πλεονεξία τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ θερμασίας, ἢ ὀργάνων μαλακότης, ἢ τινα τούτων, ἢ καὶ πάντα. Μάγνος μὲν οὖν φήσας οἰκεῖον μὲν εἶναι δυνάμεως ἐῤῥωμένης τὸ τάχος οὐδὲν ἁμαρτάνει. γίνεται γάρ ποτε καὶ διὰ ταύτην ὠκύτερος ὁ σφυγμός. Ἀρχιγένης δ' ἁμαρτάνων ἀντιλέγει, πρῶτον μὲν ὅτι καταψεύδεται τοῦ φαινομένου τοὺς ὀλιγοχρονίους σφυγμοὺς πάντας ταχεῖς εἶναι νομίζων, ἔπειτα δ' ὅτι κἂν ταχεῖς ὦσιν, οἴεται περαίνεσθαι τὸ μηδαμῶς οἰκείους αὐτοὺς ὑπάρχειν ἐῤῥωμένης δυνάμεως, φανερῶς ψεῦδος ὄν. οὐδὲ γὰρ ὡς οὐδέποτε γίνονται σφυγμοὶ ταχεῖς δι' εὐρωστίαν δυνάμεως, ἀλλ' ὡς οὐ διὰ παντὸς ὑπ' ἐκείνης μόνης, περαίνοιτ' ἄν, εἰ καὶ τοὺς προειρημένους σφυγμοὺς ταχεῖς εἶναι συγχωρήσαιμεν. εἰ δ' οὐκ οἰκείους μόνης ἐῤῥωμένης δυνάμεως τοὺς ταχεῖς σφυγμοὺς

eſt quum major ſit uſus generationis animalis ſpiritus et eſt quum caloris ſit copia, vel inſtrumentorum, mollities, vel horum quaedam, vel omnia ſimul. Haud aliter, ſi magnitudo ſit pulſuum, erit vel robur facultatis, vel impendium animalis ſpiritus majus, vel calor in corde abundantior, vel inſtrumentorum mollities, vel quaedam horum, vel etiam univerſa. Itaque Magnus, qui familiarem eſſe celeritatem dixit facultati validae, nihil peccat, ſiquidem eſt quum velocior hujus occaſione pulſus fiat. Archigenes vero, qui eum oppugnat, errat primum, quod in eo mentiatur, quod perſpicuum eſt, qui omnes ducat non diuturnos pulſus eſſe celeres, deinde quod ſi ſint celeres, hoc exiſtimat conſequi, haudquaquam validae facultati eos familiares eſſe, id quod plane falſum eſt. Neque enim quin pulſus celeres aliquando a robore facultatis proficiscantur, verum quod ab illo non ſemper ſolo, conſequetur ut illos, quos diximus, pulſus fateamur celeres eſſe. Quod ſi exiſtimavit non familiares eſſe tantum valenti facultati Magnus pulſus

Ed. Chart. VIII. [174.] Ed. Baſ. III. (87. 88.)

ὁ Μάγνος ἐνόμιζεν, ἀλλ᾽ ὡς καὶ σημείοις ἐχρῆτο διὰ παντὸς, ἐσφάλλετο. οὐ γὰρ εἰ τάχος σφυγμῶν, ἤδη καὶ ῥώμη δυνάμεως, ἀλλ᾽ ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἤτοι τῆς χρείας ἐπειγούσης ἢ τῶν ὀργάνων μαλακωτέρων γινομένων θᾶττον αἱ ἀρτηρίαι κινοῦνται. πότ᾽ οὖν ἕπεται ῥώμῃ δυνάμεως τὸ τάχος καὶ πότε πλήθει θερμασίας, ἢ δαπάνῃ ψυχικοῦ πνεύματος, ἢ ὀργάνων μαλακότητι, βέλτιον ἦν εὑρόντα τὸν Ἀρχιγένην προσθεῖναι τῷ τοῦ Μάγνου λόγῳ. τέλειος γὰρ ἂν οὕτως ἐγένετο καὶ διαρκὴς εἰς ἁπάσας τὰς διαγνώσεις. ἐπεὶ τοίνυν ἐκεῖνος αὐτὸ παρέλιπε, καί τοι πρόσθεν ὑφ᾽ Ἡροφίλου κεκινημένον, ἡμεῖς οἷς καλῶς ὅ τε Μάγνος ἔγραψε καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ Ἡρόφιλος τὸ λεῖπον προσθέντες τελείαν τὴν διδασκαλίαν τῆς διαγνώσεως τῶν τὸ τάχος ἐργαζομένων αἰτίων ποιησόμεθα. πρότερον δ᾽ ὑπομνῆσαι χρὴ τῶν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν εἰ(88)ρημένων, ἵνα τοῖς σημαινομένοις ὑπὸ τῶν ὀνομάτων ἑπόμενοι μηδὲν παρακούωμεν ἐν τῷ λόγῳ. ταχεῖς γὰρ δὴ λέγομεν εἶναι τοὺς σφυγμοὺς, ὡσαύτως δὲ καὶ βραδεῖς, οὐ τοῖς νοσοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν

celeres, ſed etiam ut ſignis ſemper eſt uſus, lapſus eſt. Et enim non ſi celeritas eſt pulſuum, continuo robur etiam eſt facultatis, imo vero, ut ſupra diximus, ſi vel uſus urgeat, vel ſint molliora inſtrumenta, velocius arteriae moventur. Omnino quando robur facultatis ſequitur celeritus et quando caloris copiam, aut exhauſtum animalem ſpiritum, aut mollitiem inſtrumentorum, melius feciſſet Archigenes, ſi Magni ſermoni inveſtigatum adjunxiſſet: ita enim abſolutus ſit ſatisque ad omnes dignotiones. Quod ille quando praeteriit, etſi prius ab Herophilo motum, nos quibus bene Magnus et melius etiam Herophilus ſcripſit, reſiduum addemus, ac doctrinam dignoscendarum quae celeritatem efficiunt cauſarum omnibus ſuis numeris abſolvemus. Prius tamen faciendum mihi eſt ut illorum admoneam quae in ſecundo De pulſibus dignoscendis libro docuimus, quo ſignificationes aſſequentes horum nominum, nihil ſecus in ſermone accipiamus. Celeres dicimus pulſus, itemque tardos non aegrotis modo, verum etiam valentibus nonnullis, quod naturali-

Ed. Chart. VIII. [174. 175.] Ed. Baf. III. (88.)

ὑγιαινόντων ἔστιν οἷς, καὶ φύσει γε τοῦτο αὐτοῖς ὑπάρχειν φαμὲν, ὥσπερ οὖν ἑτέροις, οἳ ἂν ἄριστα τῆς κατασκευῆς τοῦ σώματος ἔχωσιν, οὔτε βραδεῖς οὔτ' ὠκεῖς, ἀλλὰ συμμέτρους ὑπάρχειν φύσει τοὺς σφυγμούς. τοῖς δ' αὐτοῖς τούτοις οὐδὲ μεγάλους, οὐδὲ μικροὺς, ἀλλὰ τοὺς μέσους ἀμφοῖν τοὺς συμμέτρους, οὐδὲ πυκνοὺς, ἢ ἀραιοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τούτῳ γένει συμμέτρους. ἐπὶ τούτου τοίνυν πρότερον, τοῦ τὴν ἀρίστην κατασκευὴν ἔχοντος, ὁ λόγος προΐτω. καὶ γὰρ δὴ οἷον κακῶν τις καὶ μέτρον ὁ τοιοῦτος ἁπάντων ἐστὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. μεγάλους γὰρ καὶ μικροὺς καὶ ταχεῖς, καὶ βραδεῖς καὶ τοὺς ἀνάλογον τούτοις ὠνομασμένους καθ' ἕκαστον γένος σφυγμοὺς, τοὺς τὰς ὑπερβολὰς δηλοῦντας, οὐ πρὸς ἄλλον τινὰ ἢ τοῦτον ἀναφέροντες ὀνομάζομεν. ὁ δὴ τοιοῦτος ἄνθρωπος εἰ θερμότερος ἑαυτοῦ γένοιτο καὶ τοῦτο μόνον ἀλλοιωθείη, τὴν μὲν σφοδρότητα τῶν σφυγμῶν οὐκ ἂν ὑπαλλάξειεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ κατὰ σκληρότητα, ἢ μαλακότητα γένος, εἰς μέγεθος μέντοι [175] καὶ τάχος ὑπαλλάξει πάντως, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς πυκνότητα παρὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ηὐξῆσθαι τὴν θερμασίαν. ὀλίγῳ μὲν γάρ τινι θερμότερος

ter quidem iis ineſſe dicimus, quemadmodum etiam alios, quibus comparatum optime corpus eſt, nec tardos, nec citatos, ſed moderatos natura habere pulſus, eosdemque nec magnos, nec parvos, ſed medios inter utrosque moderatos, neque item crebros, vel raros, ſed et in hoc genere moderatos. Atque de hoc, qui corpore optime eſt conſtituto, priore loco dicamus, ut qui regula ſit et modus caeterorum omnium hominum; magnos enim et parvos pulſus, celeres, tardos, denique qui ad hunc modum ſingulis in generibus appellantur, ac exceſſus denotant, ad nullum alium quenquam praeter hunc, quum illos nominamus, referimus. Hic ergo homo ſi calidior ſolito evaſerit, atque hac re ſit tantum alteratus, vehementiam is pulſuum non immutaverit, imo nec duritiei et molliitiei genus, at in magnitudinem et celeritatem vertet: interim etiam in crebritatem, prout magis vel minus calor increverit. Paulo enim ſi quam ſolet

Ed. Chart. VIII. [175.] Ed. Baſ. III. (88.)

relinquant modum. At de cauſarum tertia variatione ſatis haec ſunt. Accedamus jam ad quartam conjugationem, ubi infirma facultas eſt et major eſt uſus, una cum inſtrumentorum mollitie. Sane in hac quoque ſi permultum uſus increſcat et non multum a natura facultas diſcedat et inſtrumenta, omnino longe magis in magnitudinem increſcent pulſus quam in celeritatem. Nam durities inſtrumentorum in proxima ſuperiore conjugatione magnitudini diſtentionis reſiſtebat; in hac non tantum non officit diſtentioni mollities illorum, ſed prae caeteris adjuvat etiam. Itaque juſto major plane pulſus erit, ſed non perinde celer aperte. Jam crebrior etiam juſto erit is pulſus, nec tamen hic perinde ac ille tertii complexus, quod uſu hic magis quam illic ſatisfiat. Quod ſi paululum uſus et facultas a naturali ſtatu recedant, inſtrumenta vero multum ad mollitiem desciscant,

Ed. Chart. VIII. [183.] Ed. Baſ. III. (92.)

πλησίον τῶν κατὰ φύσιν ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν οἱ σφυγμοὶ γενήσονται καὶ τῷ ποσῷ τῆς διαστολῆς καὶ τῷ ποιῷ τῆς κινήσεως καὶ τῷ χρόνῳ τῆς ἡσυχίας, ἑνὶ δὲ μόνῳ τῷ μαλακῷ τῆς προσβολῆς, τοῦτο γὰρ ἴδιον ἀχώριστον αὐτῶν, διαλλάξουσι τῶν κατὰ φύσιν. εἰ δὲ τὰ τοῦ μὲν ἀπὸ τῆς χρείας τε καὶ τῶν ὀργάνων μὴ μεγάλην ἔχοι τὴν ἐκτροπήν, ἡ δύναμις δ' ἰσχυρῶς κάμνοι, μικροὶ μὲν ἱκανῶς καὶ πυκνοὶ, μετρίως δ' ἂν εἶεν οἱ τοιοῦτοι βραδεῖς. ἀρκεῖ καὶ περὶ ταύτης τῆς συμπλοκῆς τοσαῦτα. μεταβῶμεν δ' ἐπὶ τὰς ἑξῆς δύο, κοινὸν μὲν ἐχούσας τήν τε ῥώμην τῆς δυνάμεως καὶ τὴν χρείαν τῆς γενέσεως τῶν σφυγμῶν ἐκλελυμένην, διαφερούσας δ' ἐν τοῖς ὀργάνοις. ἡ μὲν δὴ ἑτέρα αὐτῶν, ἐφ' ᾗ σκληρὸν μὲν τὸ ὄργανον, εὐρωστία δ' ἐστὶ δυνάμεως, ἐλάττων δ' ἡ χρεία, μικροτέρους μὲν πάντως ἐργάζεται τοὺς σφυγμοὺς, οὐ μὴν οὔτε βραδυτέρους οὔτε πυκνοτάτους ἐξ ἀνάγκης. ἀλλ' εἰ μὲν ἱκανῶς ἐκλυθείη τὰ τῆς χρείας, μετρίως τῶν ὀργάνων ἐσκληρυσμένων, οὐ μικρότεροι μόνον, ἀλλὰ καὶ βραδύτεροι σαφῶς καὶ ἀραιότεροι γενήσονται. εἰ δὲ πλείων ἡ τῶν ὀργάνων εἴη κάκωσις ἧπερ

ad mediocritatem pulſus horum affectuum accedent, tum quantitate diſtentionis tum motus qualitate, praeterea quietis tempore, una tantum occurſus mollitie (nam hoc proprium iis inſeparabile) excedent ſtatum naturalem. Quod ſi non ita deflectant multum uſus et inſtrumenta, facultas autem vehementer laboret, tales pulſus ſatis parvi erunt et crebri, modice vero tardi. Atque hactenus ſatis etiam ſit de hac concurſione egiſſe. Conferamus nos jam ad proximas duas, quae commune habent robur facultatis uſumque pulſuum generandorum remiſſum, ſed diſtant inſtrumentis. Itaque altera illarum, in qua durum inſtrumentum eſt, valida facultas, minor uſus, minores plane pulſus creat, non tardiores tamen, nec crebriores neceſſario. Verum ſi admodum remiſſus ſit uſus et dura modice inſtrumenta, non minores modo, verum etiam perſpicuo tardiores rariores-que fient. Sin vitium inſtrumentorum vincat vitium uſus,

Ed. Chart. VIII. [183.] Ed. Baſ. III. (92.)

ἡ τῆς χρείας, μικρὸς ἱκανῶς ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς γίνεται καὶ διὰ τοῦτο πυκνὸς, διὰ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἧττον βραδὺς τοῦ κατὰ τὴν προτέραν διάθεσιν. εἰ γὰρ μήθ' ἡ χρεία πληροῦται καὶ ἡ δύναμις εὔρωστός ἐστιν, οὐκ ἄρ' ἀξιολόγως γένοιτο βραδύς. οὐ πληροῦται δ' ἡ χρεία διὰ τὴν μικρότητα διαστολῆς. αὕτη δ' εἵπετο τῇ σκληρότητι τῶν ὀργάνων. μαλακὰ δ' εἴπερ ἦν, οὐκ ἂν ἐλάττων σαφῶς τοῦ κατὰ φύσιν ὁ σφυγμὸς ἦν, πλὴν εἰ μὴ μεγάλως ἠλάττωτο τὰ τῆς χρείας. καὶ πάντως ἂν εἰς τοσοῦτον ἀραιότερος ἐφαίνετο, εἰς ὅσον ἂν καὶ τὰ τῆς χρείας καθήρητο. καὶ μέντοι καὶ βραδὺς σαφῶς μὲν ἐπὶ ταῖς ἀξιολόγοις τῆς χρείας ὑπαλλαγαῖς, οὐ σαφῶς δ' ἐπὶ ταῖς ἐλάττοσι. ἀλλ' ἤδη καὶ περὶ τούτων τῶν συμπλέξεων αὐτάρκως διειλεγμένοι τῶν ὑπολοίπων δυοῖν μνημονεύσωμεν, ἐφ' ὧν αὐξηθείσης μὲν τῆς χρείας, ῥωσθείσης δὲ τῆς δυνάμεως οἱ χιτῶνες τῶν ἀρτηριῶν ποτὲ μὲν μαλακοὶ, ποτὲ δὲ σκληροὶ γίνονται. μαλακῶν μὲν δὴ ὄντων αὐτῶν πάντως μὲν οἱ σφυγμοὶ μεγάλοι τε καὶ ταχεῖς γενήσονται, πυκνοὶ δ' οὐκ ἐξ ἅπαντος, ἀλλ' ὅταν ἐξαίσιος ἡ τῆς χρείας αὔξησις ᾖ. τηνικαῦτα γὰρ οὔτε τὸ μέγεθος τῆς διαστολῆς οὔτε τὸ τάχος τῆς κινήσεως

abunde ſit is pulſus parvus, itaque creber, eademque de cauſa minus tardus illo prioris ſtatus; ſi enim nec uſus completur et valida eſt facultas, non ita inſigniter fiet tardus. Atqui non completur uſus propter diſtentionis parvitatem, quae quidem duritiem comitabatur inſtrumentorum; haec enim ſi mollia eſſent, non minor, quod animadverti poſſet, foret naturali, niſi ſingulariter uſus ſit imminutus, et omnino hoc rarior apparebit, quo diſſolutior ſit uſus. Et vero etiam tardus aperte quidem in mutationibus inſignibus uſus, non aperte in minoribus. At quando et ſatis de his concurſibus disputavimus, ad reliquos jam duos accedamus; in quibus tunicae arteriae, uſu aucto, valente facultate, nunc molles ſunt, nunc durae. At molles ſi ſint, prorſus pulſus magni et celeres erunt; crebri non ſemper, ſed ubi immodicum uſus ſit incrementum; nam tum quidem nec magnitudo diſtentionis nec celeritas motus

Ed. Chart. VIII. [183.] Ed. Baſ. III. (92.)

ἱκανὰ πληροῦν τὴν χρείαν. ὀλίγης δ' οὔσης τῆς ὑπερβολῆς ἀποχρώντως ὑπηρετεῖ καὶ τὸ μέγεθος μόνον. εἰ μέντοι σκληροὶ γενηθεῖεν οἱ τῶν ἀρτηριῶν χιτῶνες, πολυειδῶς ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν οἱ σφυγμοὶ τρέπονται. βραχείας μὲν γὰρ οὔσης τῆς σκληρότητος, ἀξιολόγου δὲ τῆς κατὰ τὴν χρείαν ὑπαλλαγῆς καὶ μείζους καὶ θάττους καὶ πυκνότεροι τῶν κατὰ φύσιν ἔσονται. ἴσης δὲ καθ' ἑκάτερον τῶν αἰτίων τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπῆς γενομένης, καὶ μηδὲ πάνυ τι μηδ' ἑτέρας ἰσχυρᾶς, ἴσοι μὲν τοῖς κατὰ φύσιν, ὠκύτεροι δὲ καὶ πυκνότεροι γίνονται. εἰ δ' ἰσχυρὰ βλάβη καὶ τῆς χρείας καὶ τῶν ὀργάνων γένοιτο, τῶν μὲν σκληρυνθέντων ἐπὶ μᾶλλον, τῆς δ' ἐπειγούσης ἀμετρότερον, θάττους μὲν ἂν ἔτι καὶ νῦν εἶεν τῶν κατὰ φύσιν, μικρότεροι δὲ καὶ πυκνότεροι.

Κεφ. ιβ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων εἴρηται τὰ εἰκότα, λοιπὸν ἂν εἴη προχειρισάμενον ἕνα τινὰ σφυγμὸν ἐπ' αὐτοῦ διδάξαι τὸ χρήσιμον τῆς αὐτοῦ γυμνασίας. ἔστω δὴ ὁ ταχὺς, ὃν οἰκεῖον ῥώμης τε καὶ δυνάμεως ἐλέγομεν ὑπάρχειν καὶ χρείας ἐπειγούσης καὶ ὀργάνων μαλακότητος. πῶς οὖν οὗτος

complendo eſt uſui; ubi vero parvus exceſſus ſit, abunde vel ſola ſuppeditat magnitudo. Nam ſi arteriarum durae ſint tunicae, varie in ejuscemodi ſtatibus mutantur pulſus. Parva enim ſi durities ſit, ſed uſus inſignis mutatio, majores, celeriores crebrioresque quam juſtum ſit evadent. Sin autem aequo utraque cauſa intervallo receſſerit a natura, neutraque admodum longo, pares quidem naturalibus, ſed celeriores atque crebriores fiunt. Jam ſi inſignis offenſio uſus et inſtrumentorum ſit, ut haec plane duriora ſint reddita, ille urgeat nimium, celeriores etiamnum erunt moderatis, at minores ac crebriores.

Cap. XII. Quia vero quae de his dicenda erant diximus, ſupereſt ut pulſum unum aliquem proponamus, in quo doceamus uſum et fructum hujus exercitationis. Sit vero celer, quem peculiarem robori facultatis eſſe uſuique urgenti et mollitiei inſtrumentorum docuimus. Quonam

Ed. Chart. VIII. [184.] Ed. Baſ. III. (92. 93.)

[184] εὑρεθεὶς ἐφ' ἑνὸς ἀῤῥώστου διορισθήσεται, πηνίκα μὲν ὑφ' ἑνὸς τῶν εἰρημένων αἰτίων, πηνίκα δ' ὑπὸ δυοῖν, ἢ καὶ πάντων γίνεται; τόνδε τὸν τρόπον. ἐπειδὴ τῆς μὲν ἰσχυρᾶς δυνάμεως ὁ σφοδρὸς ἀχώριστός ἐστι, τῶν δὲ μαλακῶν ὀργάνων ὁ μαλακὸς, ὅταν μὲν χωρὶς ἀμφοτέρων τούτων τὸ τάχος, ἐκ τῆς χρείας ἐπειγούσης μόνης γίνεται, ὅταν δὲ μετὰ θατέρου, πάντως μὲν καὶ ἐπ' ἐκείνου, τοῦτο γνώρισμα παρέχοντος, ἐξ ἀνάγκης δὲ καὶ διὰ τὴν τῆς χρείας αὔξησιν. ἐδείχθη γὰρ ἔμπροσθεν ὡς οὐχ οἷόν τε γενέσθαι ταχεῖς σφυγμοὺς, ὥσπερ οὐδὲ μεγάλους ἄνευ τοῦ τὴν χρείαν καλεῖν. ὁπόσον μὲν οὖν τι μετέβαλεν εἰς (93) ῥώμην, ἢ εἰς ἀῤῥωστίαν ἡ δύναμις, ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῆς σφυγμῶν ἔνεστι διαγινώσκειν. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν ὀργάνων τῆς ποιότητος. καὶ γὰρ καὶ ταύτης ἐνδεικτικοὺς ἔχομεν σφυγμούς. ὁπόσον δὲ ἡ χρεία τῆς γενέσεως αὐτῶν, τεκμήρασθαι χρὴ συλλογιζόμενον ἐκ τῆς κατὰ τὸ μέγεθός τε καὶ τὴν πυκνότητα καὶ τὸ τάχος μεταβολῆς. εἰ γὰρ καὶ μέγιστος καὶ πυκνότατος ἅμα αὐτὸς εἴη καὶ τάχιστος, ἐσχάτως ἐπείγεται τῆς χρείας· εἰ δ' ἁπλῶς μέγας τε καὶ

hunc pacto, quum eum offenderimus, in uno aegroto explorabimus, quando ex una illarum cauſarum, quando ex duabus, quando etiam ex omnibus natus ſit? Ad hunc modum. Quandoquidem a valida facultate vehemens non poteſt ſejungi, nec a mollibus inſtrumentis mollis, ſi cum neutro horum ſit celeritas conjuncta, ab uſu ſolo provenit urgente. Ubi vero cum altero, omnino ex illo oritur, quod ſignum hoc edit, et etiam neceſſario ex uſus incremento; oſtenſum enim eſt ante celeres pulſus non poſſe exiſtere, nec vero etiam magnos, niſi poſtulet uſus; at quatenus ad robur, vel imbecillitatem facultas tranſit, ex propriis ejus pulſibus dignoscas licet. Eadem eſt ratio in qualitate inſtrumentorum; etenim hanc etiam pulſus habemus qui prodant. Quantus autem generationis eorum ſit uſus, conjectandum eſt atque colligendum ex commutatione magnitudinis, crebritatis et celeritatis. Si enim maximus pariter et creberrimus idem ſit et celerrimus etiam, ſumme urget uſus; ſin

Ed. Chart. VIII. [184.] Ed. Baſ. III. (93.)

θάττων βραχεῖ, μὴ μέντοι μέγιστός τε καὶ πυκνὸς, οὐκ ἂν εἴη μεγάλη τῆς χρείας ἡ μεταβολὴ πρὸς τῷ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων γνωρισμάτων χωρὶς τῶν σφυγμῶν δύνασθαι προγινώσκεσθαι τὰ τῆς χρείας πῶς ἔχει. εἴτε γὰρ θερμασίας εἴη πλῆθος εἴτε δαπάνη τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος, οὐ χαλεπὸν διορίσασθαι. ἡ μὲν γὰρ θερμασία τὴν ἀφὴν οὐκ ἂν λάθοι, τὰ πολλὰ δὲ καὶ τῷ τῆς δυσπνοίας ἤδη σαφέστατα γνωρίζεται καὶ δίψει καὶ τῇ ἔνδον αἰσθήσει τοῦ κάμνοντος. ἡ δὲ τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀνάλωσις ἔν τε τοῖς γυμναζομένοις καὶ διαφορουμένοις καὶ τοῖς ἔσω ῥεύμασι γίνεται, ὧν οὐδὲν λάθοι τὸν ἰατρόν. οὐδὲ χρὴ νῦν ἡμᾶς ἐπὶ πλέον ὑπὲρ αὐτῶν λέγειν, οὐ γὰρ τῆς ἄρτι προκειμένης πραγματείας ὅτι μὴ πάρεργον, ἀλλὰ τῆς προγνωστικῆς ἐστιν ὁ τοιοῦτος λόγος. ἐμνημονεύσαμεν δ' αὐτοῦ νῦν ἐνδείξασθαι τοῖς περὶ τὸν Ἀρχιγένην βουλόμενοι, πρὸς τοῖς περὶ τῆς γενέσεως τοῦ ταχέος σφυγμοῦ κακῶς αὐτοῖς εἰρημένοις, ὡς οὐ χαλεπόν ἐστιν ἐξευρίσκειν ἑκάστοτε τὴν ποιήσασαν αἰτίαν. ἔσται δὲ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἔτι σαφέστερον ταὐτὸ τοῦτο, περὶ τῶν ὑπολοίπων

magnus tantum et paulo celerior, nec etiam maximus et creber, uſus non ſit magna immutatio. Etiam poterit ex aliis quoque ſignis citra pulſus ut uſus habeat praeſciri. Sive enim copioſus ſit calor, ſive exhauriater animalis ſpiritus, haud id magno negotio explorabis, quod tactum calor non fugiat et hercle ſaepenumero etiam ex forma difficultatis ſpirandi ſitique prodatur, atque interno laborantis ſenſu; animalis autem ſpiritus conſumitur in exercitationibus et immodicis per halitum digeſtionibus fluxionibusque intro vergentibus, quorum nihil eſt quod medicum praeterire poſſit. Nec hoc loco iſta longiorem quaerunt orationem; neque enim ad propoſitam commentationem niſi obiter, ſed ad praeſagitionem pertinet ea disputatio. Attingimus autem hic eam, quo Archigeni oſtenderemus quum erraſſe ipſum in prodenda celeris pulſus origine, tum in promptu ſemper eſſe efficientis cauſae inventionem. Eritque id ipſum ex ſequentibus multo apertius, ſi prius de

Ed. Chart. VIII. [184.] Ed. Baſ. III. (93.)

σφυγμῶν τῆς γενέσεως εἰ διέλθοιμεν πρότερον, οἷον τῶν τε ἀτάκτων καὶ ἀρύθμων καὶ ἀνωμάλων καλουμένων, καὶ μάλιστα εἰ καὶ κατὰ μίαν διαστολὴν τῆς ἀρτηρίας εἶεν τοιοῦτοι.

origine narremus reliquorum pulſuum, ut inordinatorum, arrhythmorum et inaequalium, quos vocant; praecipue ſi tales in arteriae una diſtentione ſint.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΣΦΥΓΜΟΙΣ ΑΙΤΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Chart. VIII. [185.] Ed. Baſ. III. (93.)

Κεφ. α'. Περὶ μὲν οὖν τοῦ σφοδροῦ σφυγμοῦ καὶ τοῦ σκληροῦ καὶ τοῦ μεγάλου καὶ προσέτι ταχέος τε καὶ πυκνοῦ καὶ τῶν ἐναντίων αὐτοῖς διὰ τοῦ πρώτου δεδήλωται λόγου, τίς θ' ἡ γένεσις ἑκάστου καὶ πόσων αἰτίων δεῖται καὶ πῶς ἀλλήλοις συμπραττόντων καὶ τίνες μὲν ἐξ ἀνάγκης αὐτῶν ἕπονται ταῖς γεννώσαις αἰτίαις, τίνες δ' οἰκεῖοι μέν εἰσιν αὐταῖς, οὐ μὴν ἀναγκαίαν γε τὴν ἀκολουθίαν ἔχουσιν. ἑξῆς δ' ἂν εἴη περὶ τῶν ὑπολοίπων σφυγμῶν τῆς γενέσεως διελθεῖν, καὶ πρῶτόν γε τῶν ἀνωμάλων.

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM LIBER II.

Cap. I. Ac de vehementi quidem pulſu et duro atque magno, praeterea celeri, crebro contrariisque horum in primo libro explicavimus, quae cujusque origo ſit et quot indigeat cauſis, tum quemadmodum inter ſe conſpirantibus; ad haec qui illorum neceſſario efficientes comitentur cauſas, ac qui familiares quidem ſint iis, non conſequantur tamen neceſſario. Reliquum eſt de caeterorum pulſuum ut agamus generatione, atque primum inaequa-

Ed. Chart. VIII. [185. 186.] Ed. Baſ. III. (93.)

ἐπεὶ δὲ τούτων οἱ μὲν ἐν μιᾷ κινήσει τῆς ἀρτηρίας τὴν ἰσότητα διαφθείρουσι, οἱ δ' ἐν πλείοσιν, ἣν περ δὴ καὶ συστηματικὴν ἀνωμαλίαν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς ὀνομάζειν, καὶ ἔστιν αὕτη πολὺ σαφεστέρα τῆς καθ' ἕνα μόνον σφυγμὸν γινομένης, κάλλιον ἂν εἴη περὶ προτέρας ταύτης ποιήσασθαι τὸν λόγον. ἔπονται δὴ πάντες οἱ τοιοῦτοι σφυγμοὶ καθόλου μὲν φάναι ταῖς τε τῆς καρδίας ἀνωμάλοις δυσκρασίαις καὶ κακώσεσιν ὀργάνων ἢ δυνάμεων. ἢ γὰρ ἐμφράξεσιν, ἢ θλίψεσιν, ἢ σκληρότησιν, ἢ πλήθεσιν ἐπιγίνονται, πλήθους νῦν ἀκουομένου τοῦ πρὸς τὴν δύναμιν μετρουμένου. οὐ μὴν ἀρκεῖ τοῦτο μόνον γιγνώσκειν ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλὰ χρὴ τά τε κατὰ μέρος ἅπαντα διορίσασθαι καὶ τὴν οἰκείαν ἀπόδειξιν ἑκάστῳ προσθεῖναι. τριῶν οὖν ὄντων συνεκτικῶν αἰτίων γενέσεως σφυγμῶν, ὀργάνου καὶ δυνάμεως καὶ χρείας, διὰ μὲν τὴν τῆς χρείας ἀλλοίωσιν οὐχ οἷόν τε γενέσθαι τὴν ἐν τοῖς σφυγμοῖς ἀνωμαλίαν συστηματικὴν ἐναργῆ. οὐδὲ γὰρ ἐξαίφνης, οὐδὲ ἀθρόως εἰς τοσοῦτόν ποτε μεταβάλλειν ἐγχωρεῖ τὴν χρείαν, [186] ὥστε εἰ τύχοι τὸν σφυγμὸν τὸν πρότερον μὲν γενέσθαι μέγαν, ἢ ταχὺν, ἢ πυκνότερον, τὸν δὲ δεύτερον

lium. Quia vero quidam de his aequalitatem in arteriae uno motu labefactant, alii in pluribus, quam medici collectivam inaequalitatem ſolent appellare; quoniam eſt longe haec apertior inaequalitate unius pulſus, ſatius primo loco ſit de hac tractare. Sane comites ſunt ejuscemodi pulſus, ut uno verbo dicam, inaequalis temperiei cordis, atque vitiorum inſtrumentorum vel facultatis; nam aut obſtructiones, aut compreſſiones, aut durities, aut plenitudines ſubſequuntur, ut plenitudinem nunc accipias quae ad facultatem aeſtimatur. At non ſatis eſt hoc de illis noſſe, ſed ſunt ſingulae partes explicandae ſuisque confirmandae demonſtrationibus. Itaque quum tres cauſae ſint continentes pulſuum generationis, inſtrumentum, facultas, uſus, non poterit ex uſus alteratione conſtitui in pulſibus collectiva quae aperta ſit inaequalitas; quod nec repente, nec cumulate adeo unquam immutari uſus poſſit, ut pulſus verbi gratia prior ſit magnus, vel celer, vel crebrior, alter tar-

Ed. Chart. VIII. [186.] Ed. Baſ. III. (93.)

μικρὸν, ἢ βραδὺν, ἢ ἀραιόν. εἴτε γὰρ αὔξησις εἴη τῆς κατὰ φύσιν θερμότητος, εἴτε μείωσις, εἴτε πλείων εἴτε ἐλάττων δαπάνη τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος, οὐδὲν τούτων ἀθρόαν οὕτως ἴσχοι μεταβολὴν, ὡς τοὺς σφυγμοὺς ἀνίσους ἐργασθῆναι. μάθοις δ' ἂν ἀκριβῶς ἐκ τῶν γινομένων παροξυσμῶν ἐν ἅπασι τοῖς ἐπιεικέσι πυρετοῖς, οἷον τοῖς τ' ἐπὶ βουβῶσι καὶ τριταίοις τοῖς ἀκριβέσι καὶ τοῖς δι' ἔγκαυσιν, ἢ ψύξιν, ἢ ὁτιοῦν ἄλλο τοιοῦτον. ἅπας γὰρ ὁ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν ἕως τῆς ἀκμῆς χρόνος ἀνάλογον τῇ κατὰ θερμασίαν αὐξήσει καὶ τοὺς σφυγμοὺς εἰς μέγεθος καὶ τάχος καὶ πυκνότητα τρέπων οὐδέποτε τὸν δεύτερον σφυγμὸν τοῦ προτέρου σαφῶς ἐνδείκνυται διαφέροντα. ἀλλ' εἰ μὲν χρόνον τινὰ συχνὸν διαλείποις καὶ μείζων ἐναργῶς καὶ θάττων καὶ πυκνότερος φαίνεται, παραυτίκα δ' οὐδὲ ἀλλοιότερος, πλὴν εἰ συνέλθοι ποτὲ τῶν προειρημένων τι, ἢ πλῆθος λέγω τὸ πρὸς τὴν δύναμιν νοούμενον, ἢ σφήνωσις, ἢ θλῖψις, ἢ σκληρότης ὀργάνων, ἢ τῆς καρδίας αὐτῆς δυσκρασία τις ἀνώμαλος, ἅπερ οὐκ ἔτ' ἐπιεικοῦς νοσήματος. καὶ γάρ τοι καὶ αὐτοῖς τοῖς ὑγιαίνουσιν,

dus, parvus, vel rarus. Sive enim augeatur innatus calor, ſive imminuatur, ſive plus animalis ſpiritus, ſive minus exhauriatur, horum nihil adeo affatim mutetur, ut inaequales efficiat pulſus. Id quod plane ex acceſſionibus in omnibus lenibus febribus perſpicias, veluti iis, quae ex bubonibus concitantur et ſinceris tertianis, iisque etiam quae ex aduſtione, vel frigore, vel quocunque alio ejus generis oriuntur. Totum enim inde usque a principio eorum tempus ad vigorem pro incremento caloris pulſus convertens in magnitudinem, celeritatem crebritatemque nusquam ſecundum pulſum clare a primo variat: verum ſi multum temporis interponas, dilucide major, celerior, crebrior apparet. E veſtigio autem diverſus non videbitur, niſi quando ex illis quae commemoravimus aliquod acceſſerit; vel plenitudines, illae inquam quae ad facultatem intelliguntur, vel obſtructio, vel compreſſio, vel durities inſtrumentorum, vel ipſius cordis aliqua inaequalis intemperies; quae certe excedunt jam lenem morbum. Siquidem ipſis etiam valen-

Ed. Chart. VIII. [186.] Ed. Baſ. III. (93.)

ὅταν ἤτοι λουσάμενοι τύχωσιν ἢ γυμνασάμενοι, δαπανωμένου μὲν τοῦ πνεύματος, αὐξανομένης δὲ τῆς θερμασίας, μείζους καὶ θάττους καὶ πυκνότεροι τῶν κατὰ φύσιν οἱ σφυγμοὶ φαίνονται, σαφῆ δὲ οὐδέποτε ὁ δεύτερος τοῦ προτέρου τὴν διαφορὰν ἴσχει. ὅστις δ' ἀνωμάλους καὶ τοὺς τοιούτους εἶναι λέγει σφυγμοὺς, κἂν μὴ φαίνωνται, τῆς μὲν ἐν τοῖς ὀνόμασι συνηθείας ὑπερορᾷ, σοφώτερον δ' οὐδὲν διδάσκει· οὐδὲ γὰρ οὓς ἂν ὁ λόγος ἐξεύρῃ κατά τινα συλλογισμὸν ἀνίσους, τούτους ἀνωμάλους εἰώθαμεν καλεῖν, ἀλλ' οὓς ἂν ἐναργᾶς αἰσθήσει διαγινώσκοιμεν ὄντας τοιούτους. καλείτω δὲ οὖν, εἰ βούλοιτό τις, καὶ τούτους ἀνωμάλους, ἀλλ' ἐκεῖνό γ' ἴστω, ὡς οὐδεμία τῶν αἰσθητῶν ἀνωμαλιῶν διὰ τὴν τῆς χρείας ἀλλοίωσιν γίνεται. τάχα μὲν οὖν ἤρκει καὶ τοσαῦτ' εἰς ἔνδειξιν τοῦ μηδέποτε τὴν συστηματικὴν καλουμένην ἀνωμαλίαν ἀλλοιώσει χρείας ἐπεσθαι. προσκείσθω δ' ἔτι τὸ κατὰ τοὺς θυμοὺς ἐνίοτε φαινόμενον, ἐπειδὴ καὶ οὗτοι τῆς ἐμφύτου θερμασίας οἷον ζέσις τις εἶναι δοκοῦσιν. ἀνώμαλοι τοίνυν καὶ τούτοις οἱ σφυγμοὶ γίνονταί ποτε, κατὰ μὲν τὸν ἴδιον αὐτῶν λόγον οὐδαμῶς, ἦσαν γὰρ ἂν ἀεὶ τοιοῦτοι, φόβου δέ τινος

tibus, ubi laverint, vel exercitationem ſubierint, exhauſto ſpiritu, calore aucto, majores, celeriores, crebriores juſto videntur pulſus eſſe; at manifeſte nunquam a primo differt ſecundus. Si quis inaequales eſſe etiam eos pulſus contendat, licet non videantur, hic dum uſum nominum repudiat, nihil tamen ad doctrinam affert lucis; neque enim quos ratio eſſe collegit impares, eos ſolemus inaequales vocare, caeterum quos dilucide ſenſu comperimus tales eſſe. At vocaveris vel hos inaequales, verum hoc ſcito, in ſenſibilibus inaequalitatibus quae ex alteratione uſus fiat eſſe nullam. Ac fortaſſe quidem haec ſufficiebat dixiſſe ad probandum collectivam quam vocant inaequalitatem variationi nunquam uſus ſuccedere: adjiciamus tamen et hoc quod animadvertitur nonnunquam in ira, quando videtur et haec innati caloris eſſe veluti quidam fervor. Sane habet inaequales interdum haec quoque pulſus, non illos quidem ſua ſponte (ſemper enim haberet tales) ſed ubi adjunctus ad

Ed. Chart. III. [186.] Ed. Baſ. III. (93. 94.)

συνδραμόν(94)τος αὐτοῖς. εὐλόγως δὴ τηνικαῦτα ποικίλοι τε καὶ ἀνώμαλοι φαίνονται, ὡς ἂν οὐ μόνον ὑπὸ διαφερόντων αἰτίων, ἀλλὰ καὶ τῇ φύσει ἐναντίων ἀλλοιούμενοι. διὰ μὲν γὰρ τὴν τῆς ἀντιτιμωρήσεως ὄρεξιν ὑψηλοὶ καὶ μεγάλοι καὶ ταχεῖς καὶ σφοδροὶ, διὰ δὲ τὴν τοῦ τι παθεῖν μᾶλλον ἢ δρᾶσαι προσδοκίαν μικροὶ καὶ ταπεινοὶ καὶ ἀμυδροὶ καὶ βραδεῖς γίνονται. ἐναλλὰξ οὖν ἀλλήλοις ἑκάτεροι φαίνονται κατὰ τὴν τοῦ κρατοῦντος αἰτίου φύσιν ὑπαλλαττόμενοι. κρατεῖ δὲ ποτὲ μὲν ὁ θυμὸς μᾶλλον, ποτὲ δὲ τὸ δέος. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ φόβος, ὁ γοῦν ἰσχυρὸς, ἀνωμάλους ἐργάζεται τοὺς σφυγμοὺς κακώσει δυνάμεως, μὴ ἀλλοιώσει χρείας. πῶς οὖν ἡ δύναμις κακουμένη τοὺς σφυγμοὺς ἀνωμάλους ἐργάζεται; τοῦτο γὰρ ἐφεξῆς ἐστιν εἰπεῖν. τῷ μὴ πάντη τῶν ὀργάνων κρατεῖν, ὡς ὅταν γε κρατῇ, πάντας ὁμοίους τε καὶ ἴσους ἀποτελεῖ. εἰ δέ που σφάλλει περὶ τὴν ἐνέργειαν, οἷον ὀκλάσασα, διαφθείρει ταύτῃ τὴν ἰσότητα. χρὴ δὲ προσέχειν ἀκριβῶς τῷ λεγομένῳ τὸν νοῦν, ἵνα μή τις οἰηθῇ πάσῃ κακώσει δυνάμεως ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι τὴν συστηματικὴν ἀνωμαλίαν. οὐ γὰρ οὕτως ἔχει. ἀλλ' ὅταν μὲν κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἀρρώστῃ, σπανίως

eam aliquis timor ſit. Jure ergo varii tunc et inaequales apparent, quum non tantum a diverſis cauſis alterentur, ſed etiam natura contrariis; nam propter vindictae cupiditatem alti, magni, celeres, vehementes; quia vero timor eſt major accipiendi mali quam ſpes dandi, parvi, humiles, languidi et tardi fiunt. Quare invicem utrique pro cauſae praepollentis natura videntur evariari, ac excellit modo ira, modo metus; quinimo ipſe timor, ſi quidem ingens ſit, quod laedatur facultas et alteretur uſus, pulſus reddit inaequales. Quomodo ergo pulſus facultas affecta inaequales facit? nam hoc deinceps eſt dicendum. Quod non omnino imperet inſtrumentis; nam quum imperat, cunctos ſimiles efficit et pares; ſicubi autem offendat in agendo et veluti claudicet, ibi evertit qualitatem. Quod dico, diligenter attendendum eſt, ne omni putes offenſioni facultatis neceſſario ſuccedere collectivam inaequalitatem; nam aliter ſe res habet, ſed quum per ſe infirma ſit, creat pulſus non ita

Ed. Chart. VIII. [186. 187.] Ed. Baſ. III. (94.)

ποτὲ τοὺς σφυγμοὺς ἀνωμάλους ἀποτελεῖ. ὅταν δ' αὐτὴ μὲν ἰσχυρὰ καθ' ἑαυτὴν ᾖ, βαρύνηται δ' ὑπὸ πλήθους, ἢ δυσπειθῆ παντάπασιν ἔχῃ τὰ ὄργανα, [187] τηνικαῦτα τὴν εἰρημένην ἀνωμαλίαν ἐργάζεται. μαθεῖν δ' ἔνεστιν ὃ βούλομαι σαφέστερον διὰ παραδείγματος. ἀναμνησθῶμεν γὰρ δυοῖν ἀνθρώπων βαδιζόντων ἀτρέμα. ἔστω δὲ ὁ μὲν ἕτερος ἰσχυρότατός τε ἅμα καὶ νεώτατος, ἀλλὰ βασταζέτω μέγιστον φορτίον, ὁ δ' ἕτερος μηδὲν ὅλως βασταζέτω, πάνυ δ' ἀσθενὴς ἔστω διὰ νόσον, ἢ γῆρας. οὔτ' αὖ μέγα προβαίνοντες οὔτε ταχέως οὗτοι, καὶ ταύτῃ μηδὲν ἀλλήλων διαφέροντες εἰς τὴν ἐνέργειαν ἐκείνῳ διοίσουσι, ᾗ τὰ πολλὰ μὲν ὡσαύτως ὁ ἀσθενὴς βαδιεῖται, διαφερόντως δὲ καὶ ἀνωμάλως καὶ ἄλλοτε ἀλλοίως ὁ ἰσχυρός. ὁ μὲν γὰρ οὐδ' εἰ προθυμηθείη δυνατός ἐστιν ἢ μεγάλην ἢ ταχεῖάν ποτε τὴν ἐνέργειαν ποιήσασθαι, ὁ δ' ἰσχυρὸς τὰ πολλὰ μὲν καὶ αὐτὸς ὁμοίως, ἔστι δ' ὅτε πλέονι προθυμίᾳ χρησάμενος καὶ θᾶττον καὶ μᾶλλον ἐνήργησε. πρὸς γοῦν ὀλίγον, εἶτ' αὖθις ὑπὸ τοῦ φορτίου κινηθεὶς εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς βραδύτητά τε καὶ μικρότητα τῆς ἐνεργείας ὑπηνέχθη. ταὐτὸν δὴ τοῦτο συμπίπτει καὶ τῇ διὰ

crebro inaequales; ubi vero valida ſit ſua ſponte, opprimatur autem a copia humorum, aut plane contumacia habeat inſtrumenta, ibi illam efficit inaequalitatem. Mentem meam exemplo perſpicies facilius. Ob oculos ponamus duos homines qui incedunt pedetentim, ſit alter robuſtiſſimus ſimul et florentiſſima aetate, verum pondus portet graviſſimum; alter prorſus nihil bajulet, at valde ſit imbecillis ex morbo, aut ex ſenectute; jam nec multum progrediantur hi, nec celeriter; itaque nihil different in actione; ſed in eo different, quod aequis plerumque paſſibus procedet imbecillis; diverſis validus ac inaequalibus et alias aliis. Nam ille quidem, ne ſi contendat quidem, poterit unquam vel magnam vel celerem actionem obire; robuſtus vero etiam fere perinde, interim tamen majore alacritate celerius aliquantisper et magis aget, deinde ab onere preſſus ad primam tarditatem et actionis parvitatem redibit. Idem uſu

Ed. Chart. VIII. [187.] Ed. Baſ. III. (94.)

τῶν ἀρτηριῶν ἐνεργείᾳ. καταπεπτωκυίας μὲν γὰρ εἰς ἱκανὴν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως, ἀμυδροὶ καὶ μικροὶ καὶ βραδεῖς οἱ σφυγμοὶ γίνονται. εἰ δ' ἐῤῥωμένη μὲν εἴη κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον, ὑπὸ δέ τινος πλήθους βαρύνοιτο, ποικίλους οὕτω καὶ ἀνωμάλους ἀποτελεῖ, τοὺς πλείστους μὲν ἀμυδροὺς καὶ βραδεῖς καὶ μικροὺς, ὅταν ἰσχυρῶς βαρυνθῇ, τοὺς πλείστους δ' αὖ πάλιν σφοδροὺς καὶ ταχεῖς καὶ μεγάλους, ὅταν ἐπ' ὀλίγον. ὁπόταν δὲ μήτ' ἰσχυρὰ πάνυ μήτ' ἄγαν ἐπιεικὴς ἡ κάκωσις γένηται, ἐγγύς τι τῷ πλήθει τοὺς ἐναντίους, ὡς μήτε πλείους ἔχειν εἰπεῖν μήτ' ἐλάσσους ἢ τοὺς σφοδροὺς τῶν ἀμυδρῶν, ἢ τοὺς μεγάλους τῶν μικρῶν, ἢ τοὺς ταχεῖς τῶν βραδέων. οὕτω μὲν αἱ τῆς δυνάμεως βλάβαι τοὺς σφυγμοὺς ἀνωμάλους ἐργάζονται·

Κεφ. β'. αἱ δὲ τῶν ὀργάνων τόνδε τὸν τρόπον· ὅταν αἱ περικείμεναι χῶραι τῆς ἀρτηρίας ἕνεκα τοῦ διαστελλομένας αὐτὰς ἐκδέχεσθαι καταληφθῶσιν ὑπό τινος ἑτέρου σώματος, ἀνάγκη στενοχωρουμένας τούτῳ τὰς ἀρτηρίας ἀδυνατεῖν αὐτάρκως διαστέλλεσθαι. τὸ καθ' ἑκάστην οὖν ἐνέργειαν ἐλλιπὲς ἀθρόον ἔν ποτε κεφάλαιον ἀξιόλογον ἀποτελεῖ, ὥστε πολὺ τῆς χρείας ἀπολείπεσθαι τὴν ἐνέργειαν.

venit arteriarum actioni. Nam quum eſt delapſa in imbecillitatem facultas inſignem, pulſus eduntur languidi, parvi, tardi; ſin illa, quantum in ea eſt, valeat, ſed alia copia gravetur, varios tum inaequalesque efficit; plurimos quum gravi onere preſſa ſit, languidos et tardos et parvos quum levi, plerosque vehementes, celeres, magnos; quum vero nec admodum gravis, nec nimium levis offenſio ſit fere, ut in copia, contrarios; ut nec plures poſſis dicere nec pauciores vel vehementes eſſe imbecillibus, vel magnos parvis, vel celeres tardis. Atque hunc in modum pulſus inaequales facultatis noxae efficiunt.

Cap. II. Inſtrumentorum vitia in hunc modum. Ubi circumjectas regiones arteriae, quae ad hoc creatae ſunt, ut eam diſtentam excipiant, aliud corpus inſederit, non poſſunt per illud coarctatae arteriae ſatis diſtendi. Itaque ſingularum actionum defectio ſummam interim magnam coacervat, ut longe ab uſu abſit officium. Ibi jam violenter

Ed. Chart. VIII. [187.] Ed. Baſ. III. (94.)

τότε δ' ἤδη καὶ ἡ δύναμις ἀναγκάζεται βιαίως τε καὶ σφοδρῶς ἐνεργεῖν, ἀποσείσασθαι καὶ διώσασθαι σπεύδουσα τὰ περικείμενα τοῖς ὀργάνοις αὐτῆς καὶ κωλύοντα τὰς κινήσεις. κἂν τούτῳ μείζονά τε τῶν ἔμπροσθεν ἀνάγκη καὶ σφοδρότερον καὶ ὠκύτερον γενέσθαι τὸν σφυγμόν. πυκνότερος δ' ἂν οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο. δέδεικται γὰρ ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ ταῖς ἐλλιπεστέραις τῆς χρείας ἐνεργείαις ἐξ ἀνάγκης ἑπομένη πυκνότης σφυγμῶν. εἰ μὲν οὖν τὴν ἴσην ὁρμὴν ἡ δύναμις ἐπὶ τούτων ἐφύλαττεν ἐν ἁπάσαις ἐφεξῆς διαστολαῖς, ὁμοίως ἂν ἀεὶ μεγάλοι καὶ σφοδροὶ καὶ ταχεῖς ἐγίνοντο, νυνὶ δ', οὐ γὰρ φυλάττει, ἀλλὰ πάλιν ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς φέρεται κίνησιν, ἐν τούτῳ πολυειδής τε καὶ συνεχὴς ἡ ἀνωμαλία γίνεται. τοῦ δὲ μὴ φυλάττειν αἴτιόν ἐστι τὸ μηδὲν ἀνύουσαν αὐτὴν μέγα κάμνειν ματαίως. εἰ μὲν οὖν ὑγρότης εἴη τις περικεχυμένη ταῖς ἀρτηρίαις ταῖς σφοδραῖς καὶ βιαίαις κινήσεσιν ὠθουμένη, μεταῤῥεῖν ἄλλοτ' εἰς ἄλλους ἀναγκάζεται τόπους, ἔστ' ἂν ἤτοι κατά τινα πόρον ἐνεχθεῖσα τὸν ἐξοχετεῦσαι δυνάμενον αὐτὴν, ἐκπέσῃ τοῦ σώματος, ἢ καὶ λεπτυνθεῖσα τῷ χρόνῳ ἢ καὶ τελέως εἰς

agere et vehementer facultas cogitur, rejicere et propellere illa ſtudens, quae ſua inſtrumenta obſederunt et motu prohibuerunt; ubi majorem prioribus et vehementiorem et etiam celeriorem neceſſe eſt pulſum evadere; crebrior non nunc primum, ſed ſtatim a principio fuerat. Oſtendimus enim in ſuperiori libro, imparium uſui actionum neceſſario comitem eſſe crebritatem pulſuum. Itaque ſi parem impetum facultas in omnibus, quae conſequuntur, diſtentionibus retineret, aeque magni ſemper fierent et vehementes et celeres; nunc quia non ſervat, ſed refert ſe ad priſtinum motum, varia hic inaequalitas exiſtit et continua. Quo minus conſervet in cauſa eſt, quod quum nihil fere proficiat, nequicquam defatigetur. Ac ſi humor ſit aliquis effuſus in arterias, vehementibus et violentis motibus propulſus, de loco in locum cogitur defluere dum in meatum impingat, qui educere ipſum poſſit, itaque emanet ex corpore; vel etiam tempore tenuatus, aut totus reſolutus, in halitum

Ed. Chart. VIII. [187. 188.] Ed. Baſ. III. (94.)
ἀτμοὺς λυθεῖσα διαπνευσθείη. κἂν τούτῳ τέως ἀνάγκη ποικίλην τε καὶ συνεχῆ γίνεσθαι τὴν ἀνωμαλίαν, μήτ' ἴσων τὸ πλῆ[188]θος ἐν παντὶ τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῶν ὑγρῶν φυλαττομένων μήτε τὰς αὐτὰς στενοχωρούντων ἀρτηρίας, ἀλλ' ἐξ ἀκυρωτέρων πολλάκις μορίων εἰς τὰ κυριώτερα, κἀκ τούτων αὖθις εἰς ἀκυρώτερα μεθισταμένων. εἰ δ' ἤτοι φλεγμονή τις ἢ ἀπόστασις, ἢ σκίῤῥος εἴη τὸ πάθημα τῶν περικειμένων ταῖς ἀρτηρίαις σωμάτων ὑφ' οὗ θλίβονταί τε καὶ στενοχωροῦνται, διὰ μακροτέρων οὕτως ἀνάγκη χρόνων τοῖς ἴσοις σφυγμοῖς παρεμπίπτειν τοὺς ἀνίσους. ἀεὶ γὰρ τὰ αὐτὰ μόρια τῶν αὐτῶν ἀρτηριῶν θλίβεται πρὸς τῶν αὐτῶν, ἢ ἴσων τοῖς μεγέθεσιν, ἢ καὶ παραπλησίων ὄγκων. γίνεται δέ ποτε καὶ διὰ πλῆθος αἵματος, ἤτοι ταῖς φλεψὶν ἢ ταῖς ἀρτηρίαις αὐταῖς ἐγκεχυμένου, ἀνωμαλία σφυγμῶν. ἀλλ' αὕτη γε ταῖς φλεβοτομίαις τάχιστα καθίσταται. τὸ μὲν γὰρ ἐν ταῖς φλεψὶ πλῆθος, ὡς ἂν παρακειμένων ἑαυταῖς ἀρτηριῶν, θλῖβόν τε καὶ στενοχωροῦν αὐτὰς, ὁμοίως τῷ παρὰ φύσιν ὄγκῳ κενωθὲν ταῖς φλεβοτομίαις αὐτίκα μὲν συγκαθεῖλε τὸν ὄγκον τῶν φλεβῶν, εὐθὺς δὲ καὶ ταῖς ἀρτηρίαις χώραν εὐπετῆ πρὸς τὴν κίνησιν

digeratur. Ubi diverſa etiam et continens inaequalitas neceſſario fit, quod nec pari copia humores perpetuo deinceps maneant, nec easdem coarctent arterias, ſed ex partibus ſaepe ignobilioribus in nobiliores, atque ex iisdem rurſus migrent in ignobiliores. Quod ſi qua inflammatio, aut abſceſſus, aut ſcirrhus arteriis circumfuſa corpora afficiat, a quo comprimantur et coarctentur, tum longioribus coguntur intervallis inaequales pulſus interpolare aequales; ſemper enim earumdem arteriarum premuntur eaedem partes ab iisdem, vel paribus magnitudine, vel ſimilibus tumoribus. Accidit etiam pulſuum inaequalitas interim ex ſanguinis copia, qui aut in venas, aut arterias ipſas ſit infuſus, at haec quidem ſanguinis miſſione ſedatur facillime; etenim copia illa in venis arterias non ſecus ac tumor praeter naturam, utpote iis vicinas, premit et coarctat; vacuata per ſanguinis miſſionem illico venarum tumorem contrahit, ſtatimque etiam locum arteriis amplum ad motum

Ed. Chart. VIII. [188.] Ed. Baſ. III. (94. 95.)

παρέσχεν, ἐφ' ᾗ τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν ἀκώλυτον λαβοῦσαι τὴν ὁμαλότητα τῶν σφυγμῶν ἅμ' αὐτῇ τὴν κατὰ φύσιν ἀνεκτήσαντο. τὸ δ' ἐν ταῖς ἀρτηρίαις αὐταῖς αἷμα, τοῦτο μὲν ὅπως ἐνίσταται ταῖς ὁδοῖς τοῦ πνεύματος οὐδὲ λόγου δεῖται, καὶ μάλιστα ἢν καὶ παχύ πως, ἢ γλίσχρον, ἢ κἂν τοῖς ἐσχάτοις αὐτῶν πέρασιν ἐσφηνωμένον εἴη. τηνικαῦτα γὰρ οὔθ' ἕλκειν οὔτ' ἐκπέμπειν τὸ πνεῦμα δυνάμεναι πολυειδῆ θ' ἅμα καὶ χαλεπωτάτην ἐργάζονται τὴν ἀνωμαλίαν, καὶ μάλισθ' ὅταν ἤτοι τῆς καρδίας αὐτῆς ἐγγὺς ᾖ καὶ πόῤῥω μὲν ἀλλ' ἐν κυρίοις μέρεσιν ἡ σφήνωσις τῶν ἐμφραττόντων χυμῶν γίνηται. καθόλου τοίνυν εἰπεῖν ἢ θλιβομένων ἰσχυρῶς τῶν ἀρτηριῶν, ἢ ἐμφραττομένων ἀνωμαλία τις γίνεται περὶ τοὺς σφυγμούς, κἂν μηδὲν ἡ δύναμις πέπονθεν. εἰ μέντοι καὶ ἡ δύναμις ἔχει φαύλως ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ τῶν ὀργάνων διαθέσει, παντί που δῆλον ὡς πολυειδεστέραν ἀνάγκη γενέσθαι τὴν ἀνωμαλίαν, ὥσπερ γε καὶ εἰ (95) κατὰ τὴν καρδίαν αὐτὴν ἀνώμαλος ὑπάρχει δυσκρασία, περὶ ἧς ἅπαντα τὸν λόγον ἀκριβώσαιμι ἐν τῇ προγνωστικῇ πραγματείᾳ. εἰ δὲ τὰ μὲν τῶν ὀργάνων ἔχοι καλῶς, ἡ δύναμις δ' ἀσθενὴς εἴη μεγάλως,

dat; ubi quia ſolitam functionem nemine interpellante tenent, ſimul cum ea aequalitatem naturalem pulſuum recuperant. At vero hic ſanguis, qui in arteriis eſt, quemadmodum occupet ſpiritus rivos quid refert narrare? potiſſimum ſi craſſus, vel lentus, vel ſi extremis earum finibus ſit impactus; tunc enim quia nec allicere ſpiritum, nec reddere valent, diverſas ſimul et difficillimas faciunt inaequalitates, praecipue ſi vel prope ipſum cor, vel procul quidem, ſed in nobiles partes impingant, obſtruantque illi ſucci. Quare ut uno verbo dicam, quum aut valide comprimuntur arteriae, aut quum obſtruuntur, ut integra omnino facultas ſit, inaequalitas quaedam corripit pulſus. At ſi facultas una ſit affecta cum eo affectu inſtrumentorum, clariſſimum eſt magis variam oportere inaequalitatem exiſtere; itemque ſi ipſum cor infeſtet aequalis intemperies, de qua accuratiſſime in libris de praeſagitione ſcribam. At vero ſi inſtrumentorum illaeſus ſtatus ſit, ſed magnopere facultas infirma, in-

Ed. Chart. VIII. [188.] Ed. Baſ. III. (95.)

ἡ προειρημένη μὲν οὐκ ἂν εἴη· ἡ μέντοι μύουρος ὀνομαζομένη γένοιτ' ἂν ἀνωμαλία. κατὰ γὰρ τὴν ἐπιβολὴν τῶν δακτύλων ἡ δύναμις νικωμένη μικροτέρους ἀεὶ καὶ ἀμυδροτέρους ἐργάζεται τοὺς σφυγμούς. ἀποδείξεως δ' οὐκ ἔτι δεῖ τῷ λόγῳ. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς περὶ διαγνώσεως αὐτάρκως. ἀλλ' ὃ χρὴ προσθεῖναι χρήσιμον εἰς τὰ παρόντα, τοῦτο προσκείσεται.

Κεφ. γ'. Τὴν ἀσθένειαν τῆς τοὺς σφυγμοὺς ἐργαζομένης δυνάμεως οὐκ ἴσην ἐν πάσαις ταῖς διαθέσεσι ὑπάρχειν ἀναγκαῖον, ἀλλὰ πάμπολυ δή τι τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ὑπάρχειν. ἡ μὲν δὴ πρώτη καὶ βραχεῖα μικροτέρους μὲν καὶ ἀμυδροτέρους, οὐ μήν γε μυούρους ἐργάζεται τοὺς σφυγμούς· ἡ δὲ ἐπὶ ταύτῃ τοσούτῳ μείζων, ὡς ἤδη καὶ τοὺς ἐπιβαλλομένους δακτύλους ἄχθος εἶναι τῇ δυνάμει, τῶν μυούρων ἐστὶ σφυγμῶν ἀποτελεστική. διττῆς δ' οὔσης ἐν αὐτοῖς διαφορᾶς, οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς κίνησιν ἐπανέρχονται καὶ καλοῦσιν αὐτοὺς μυούρους παλινδρομοῦντας, οἱ δ' αὐτόθι που καταστρέφουσιν, ἰστέον ὡς οἱ μὲν πρότεροι μικρο-

aequalitas illa, de qua jam diximus, non exiſtet, ſed mutila et decurtata, quam vocant, inaequalitas; ab admotis enim digitis victa facultas minores ſemper imbecillioresque pulſus creat. Demonſtrationem oratio ampliorem non quaerit, quum abunde in libris de dignoscendis pulſibus declaraverim; quod vero refert ad hunc locum, hoc faciam ut adjiciam.

Cap. III. Facultatis quae creat pulſus non eſt neceſſe imbecillitatem in omnibus affectibus parem eſſe, ſed in ea permagnus eſt exceſſus et defectus; nam prima quidem et parva minores languidioresque, non autem decurtatos pulſus facit; quae vero eſt hac tanto major, ut jam facultati ſint oneri applicati digiti, haec pulſuum decurtatorum auctor eſt. Sed quia duplex eſt in his ipſis differentia, (quidam enim illorum ad priſtinum motum revertuntur, quos decurtatos vocant reciprocos; aliqui illic alibi permanent) priores ſcito minorem indicare imbecilli-

Ed. Chart. VIII. [189.] Ed. Baſ. III. (95.)

[189]τέραν δείκνυνται τὴν ἀσθένειαν. ἀναμάχεται γάρ πως ἡ δύναμις ἔτι καὶ οἷον ἀθροίζουσα καὶ συστρέφουσα πολλάκις ἑαυτὴν αὔξει μὲν τὸ μέγεθος οὕτω τῶν σφυγμῶν, αὔξει δὲ καὶ τὸν τόνον. οἱ μέντοι καταμένοντες ἐν ἐσχάτῃ μικρότητι καὶ μηκέτ' ἐπανερχόμενοι μειζόνως ἢ κατὰ τούτους ἐμφαίνουσι λελύσθαι τὴν δύναμιν, ὥσπερ εἰ καὶ τελέως ἐκλείποιεν, ἐσχάτην τινὰ τὴν ἀῤῥωστίαν ἐνδείξονται. ὅτι μέντοι τούτων ἁπάντων ἡ διάγνωσις ἐπικειμένων τῶν δακτύλων ταῖς ἀρτηρίαις καὶ μηδόλως αἰρομένων γίνεται παντί που πρόδηλον. εἰ γὰρ αἴροντες αὐτοὺς, εἶτα μετ' ὀλίγον ἐπιφέροντες εὑρίσκομεν καθ' ἑκάστην ἐπιβολὴν ἐκλελοιπυῖαν τὴν κίνησιν, ἀσφυξίαν τε τοῦτο καλοῦμεν παντελῆ καὶ οὐκ ἐκλείποντα σφυγμόν. πολὺ δ' οἶμαι διαφέρειν ἀσφυξίαν ἐκλείποντος σφυγμοῦ. ἡ μὲν γὰρ οἷον στέρησις ἁπάσης τῆς ἐνεργείας, πρὸς γοῦν τὴν αἴσθησιν, ὁ δ' ἐξ ἡμισείας ἀπώλεια. ὁπόταν οὖν ἐπιβάλλοντι μέν σοι τοὺς δακτύλους ἡ κίνησις ἐμφαίνηται, φυλάττοντι δ' ἐπικειμένους ἐκλυθεῖσα κατὰ βραχὺ παύσηται παντάπασι, τοὺς μὲν σφυγμοὺς τοὺς τοιούτους ἐκλείποντας ὀνομάζειν, τὴν διάθεσιν δ' ἡγεῖσθαι μέσην τῆς τε τῶν μυούρων

tatem; adhuc enim reſiſtit quodammodo facultas et veluti colligens ſe ipſam et ſaepe concitans magnitudinem ita auget pulſuum, auget item contentionem. At qui permanent in extrema parvitate, nec omnino recipiunt ſeſe, languidiorem quam in his oſtendunt facultatem eſſe. Sic ſi prorſus deficiant, ſignificabunt ultimam quandam imbecillitatem. Verum haec explorari omnia applicandis digitis arteriae, nequaquam ſuſpenſis, apertiſſimum eſt; nam ſi elevatis iis et mox applicatis inveniamus in ſingulis applicationibus motum deficientem, veram abolitionem pulſus vocamus, non deficientem pulſum. Equidem longe abeſſe abolitionem puto a pulſu deficiente; illa enim velut eſt defectus, ut ſenſus quidem indicat, totius functionis, hic dimidiatae amiſſio. Ergo ubi admoventi digitos videatur motus exolutus, et tenenti applicatos paulatim prorſus deſinat, eos pulſus vocamus deficientes, illumque ſtatum medium numeramus inter

Ed. Chart. VIII. [189.] Ed. Baſ. III. (95.)

σφυγμῶν καὶ τῆς παντελοῦς ἀσφυξίας, ὅσῳ δὲ τῶν μυούρων χαλεπωτέραν, τοσούτῳ τῆς ἀσφυξίας ἐπιεικεστέραν. τρεῖς μὲν οὖν αὗται διαθέσεις τῷ ποσῷ τῆς βλάβης διαφέρουσαι. τετάρτη δ' ἡ τῶν παλινδρομούντων μυούρων ἡ πασῶν ἐπιεικεστάτη. πέμπτη δ' ἔτι προσκείσθω ταύταις ἡ τῶν διαλειπόντων, προηγουμένη δηλονότι τῆς τῶν ἐκλειπόντων. ὃ γὰρ ἐφ' ἑνὸς, ἢ δυοῖν, ἢ ὅλως ἀριθμοῦ τινος σφυγμῶν ἦν, τοῦθ' ἡ τῶν ἐκλειπόντων ἐπὶ πάντων ἐργάζεται. πρόδηλοι δὲ καὶ αὐτῶν τῶν διαλειπόντων αἱ διαφοραί. μείζονες μὲν γὰρ αἱ βλάβαι τῆς δυνάμεως, ὅταν πλείονες, ἐλάττονες δ', ὅταν ὀλιγώτεραι κινήσεις ἐκλείπωσιν. ἡ δὲ τῶν παρεμπιπτόντων καλουμένων σφυγμῶν διάγνωσις ἐναντία τῇ τῶν διαλειπόντων ἐστίν· εἶεν δ' ἂν δηλονότι καὶ οὗτοι τῶν ἀνωμάλων ἐν ἀθροίσματι, καὶ γίνονται τῆς δυνάμεως ἐῤῥωμένης μὲν, ἀλλ' ὑπὸ πλήθους χυμῶν ἢ ἐμφράξεως ὀργάνων ἐνοχλουμένης. ὡς οὖν, ἵνα διώσηται τὰ λυποῦντα, μείζονας πολλάκις καὶ σφοδροτέρους καὶ ὠκυτέρους ἐργάζεται τοὺς σφυγμούς, οὕτω καὶ πλέονες ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι μάλιστα καὶ ὑψηλοὶ

decurtatos pulſus et perfectam pulſus abolitionem, et quanto decurtatis graviorem, tanto leviorem pulſus abolitione. Ac hi quidem tres ſtatus quantitate noxae differunt. Quartus reciprocorum eſt decurtatorum, qui eſt omnium leviſſimus. Quintus his addatur intermittentium, qui praecedit deficientium ſtatum; quod enim in uno, aut altero erat, aut certe in numero pulſuum certo, id ſtatus deficientium in omnibus efficit. Manifeſtae etiam ipſorum intermittentium differentiae ſunt; gravius enim facultas offenſa eſt, ubi plures, levius, ubi pauciores motus deficiunt. Jam vero intercurrentium, quos vocant, pulſuum affectio contraria eſt affectioni intermittentium; qui quidem item inter inaequales, qui acervatim fiunt, ſunt; inciduntque, ubi facultas valens copia humorum, vel inſtrumentorum obſtructione impeditur. Ut ergo ad repellenda quae moleſtant majores ſaepe et vehementiores edit celerioresque pulſus, ita plures quoque in ejuscemodi praeſertim ſtati-

Ed. Chart. VIII. [189.] Ed. Baſ. III. (95.)

γίνονται σφυγμοὶ, καὶ διὰ τοῦτο κριτικῆς ἐκκρίσεως εἰσι σημεῖα. οὐ μόνον δὲ δι' ἀῤῥωστίαν δυνάμεως ὁ διαλείπων γίνεται σφυγμὸς, ἀλλὰ καὶ δι' ἔμφραξιν ὀργάνων ἰσχυρὰν, ἢ θλίψιν τινὰ καὶ στενοχωρίαν, ὅταν μηδ' ὅλως εἰς ἑαυτὰς ἕλξαι τι δυνηθῶσιν αἱ ἀρτηρίαι. περὶ μὲν οὖν τῆς ἐν ἀθροίσματι τῶν σφυγμῶν ἀνωμαλίας ἱκανὰ καὶ ταῦτα.

Κεφ. δ'. Περὶ δὲ τῆς καθ' ἕνα λεκτέον ἐφεξῆς. εἰσὶ δὲ ταύτης πάμπολλαι μὲν αἱ κατὰ μέρος διαφοραί. πειρατέον δ' ἡμῖν εἰς τὰς καθόλου πάσας ἀναγαγεῖν, ὧν σαφῶν γενομένων, κἂν εἴ τι τῶν κατὰ μέρος ὑπολείποιτο, ῥᾳδίως ἐκ τῶν προειρημένων εὑρεθήσεται καὶ τὰ λοιπά. καὶ ἤ γ' ἀρχὴ τῷ λόγῳ ἡ αὐτὴ γιγνέσθω ἥπερ κἂν τῷ περὶ διαφορᾶς αὐτῶν. ἠρξάμεθα δ' ἐν ἐκείνῳ διαιρούμενοι τῆς κινήσεως αὐτῆς πρῶτον τὴν ἀνωμαλίαν, ἤτοι διακοπτομένης ἢ συνεχοῦς μενούσης, ἢ ἐπανερχομένης. καὶ τοίνυν ἐννέα διαφορὰς ἐδιδάξαμεν γινομένας, ὁπόταν διαστελλομένης τῆς ἀρτηρίας ἡσυχία τις ἐν τῷ μέσῳ γινομένη τὴν ὅλην διαστολὴν εἰς τρεῖς τέμνῃ χρόνους. ἑξῆς οὖν ὑπὲρ ἑκάστης αὐτῶν ἐνταῦθα σκεψώμεθα τὰς

bus atque alti pulſus fiunt, itaque portendunt decretoriam excretionem. Porro non ſolum facultatis infirmitas inducit intermittentem pulſum, ſed et inſtrumentorum valida obſtructio, aut compreſſio et conſtrictio, ubi in ſe nihil prorſus arteriae allicere valeant. Hactenus de pulſuum inaequalitate collectiva ſatis dictum eſt.

Cap. IV. Nunc de inaequalitate unius pulſus agendum eſt, cujus ſunt complures ſingulares differentiae. Has laborandum nobis eſt ut ad univerſales reducamus cunctas; quibus perſpectis, etiam ſi quid deſideretur ſingulare, ex ante dictis prompte reliqua invenientur. Orationis etiam idem ſit initium quod in ſermone de differentiis illorum fuit, ubi initium fecimus a dividenda primum motus inaequalitate, qui vel interpellatur, vel perpetuus eſt, vel reciprocus. Ac novem differentias docuimus fieri, quum diſtentionem arteriae quies aliqua interſecans, totam eam in tria partiatur empora. Ergo hic ſingulas ordine conſideremus, ut cauſas inveniamus; ac primo quidem loco quam

Ed. Chart. VIII. [189. 190.] Ed. Baſ. III. (95.)

αἰτίας ζητοῦντες, [190] καὶ πρῶτόν γε τῆς πρώτης ἐν αὐταῖς ῥηθείσης, ὅταν ὠκέως ἀρξαμένη τῆς κινήσεως ἡ ἀρτηρία, κἄπειτα μικρὸν ἡσυχάσασα τὸ λεῖπον τῇ διαστολῇ μετὰ ταῦτα προσθῇ βραδέως κινηθεῖσα. γίνεται γὰρ τοῦτο μὲν χρείας ἐπειγούσης, τῆς δυνάμεως δὲ ὑπηρετούσης μὲν ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ, κωλυομένης δ' ἤτοι δι' ὀργάνων βλάβην ἢ πλῆθος ἀξιόλογον· ἐπεὶ εἴ γε μὴ διεκόπτετό ποτε τῆς ἡσυχίας ἡ διαστολή, πάντως ἂν ἦν μεγάλη. τοιαύτη δ' οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς τοῦ καὶ τὴν χρείαν καλεῖν καὶ τὴν δύναμιν ὑπηρετεῖν. ὅτι δὲ οὐκ ἐνδέχεται μικρὰν διαστολὴν ἡσυχίᾳ μεσολαβεῖσθαι μάθοις ἂν ἐννοήσας ὡς οὐδεὶς τῶν μικρῶν σφυγμῶν εἰς δύο αἰσθητὰ μόρια τμηθῆναι δύναται. οὗτος δέ γε ὑπὲρ οὗ νῦν ὁ λόγος εἰς δύο τέτμηται σαφεῖς σφυγμούς, τόν τε πρὸ τῆς ἡσυχίας, τὸν ταχύν, καὶ τὸν ἐπὶ ταύτῃ, τὸν βραδύν. εἰ μὲν δὴ καὶ ἑκάτερος αὐτῶν ἀξιόλογον ἔχοι μέγεθος, οὗτος ἂν ὅλος εἴη τῶν μεγίστων· εἰ δὲ μή, ἀλλ' οὐ μικρός γε πάντως ἐστὶ, κἂν ἐκ μικρῶν δυοῖν συννοῆται. δηλοῖ δὲ τὴν ῥώμην τῆς δυνάμεως καὶ τὸ τῆς προτέρας κινήσεως τάχος, ὥσπερ γε καὶ τὸ τῆς

illarum primam expoſuimus, quum celeriter primum concitata arteria, deinde parva interpoſita quiete reſiduum denique addat diſtentioni tarde mota. Hoc enim accidit, quum uſus urgeat et facultas quantum in ea eſt obſequatur, ſed aut a vitio interrumpatur inſtrumentorum, aut ab humorum inſigni abundantia; nam ni interrumpatur usquam diſtentio quiete, omnino magna ſit; qualis nunquam, niſi flagitet uſus, et morem gerat facultas, fiat. Nam parvam diſtentionem quiete intercipi non poſſe perſpicias, ſi intelligas nullum eſſe parvum pulſum, qui diſſecari in partes duas ut animadvertere poſſis valeat; at hic vero, de quo nunc agimus, in duos manifeſtos eſt diviſus pulſus, alterum ante quietem, qui celer eſt, et alterum a quiete, qui tardus. Ac ſiquidem inſigni uterque magnitudine praeditus ſit, tum erit totus ex maximis; ſin minus, non parvus certe eſt prorſus, licet ex parvis quidem duobus conſtare intelligatur. Porro facultatis robur prioris motus demonſtrat celeritas et

Ed. Chart. VIII. [190.] Ed. Baſ. III. (95. 96.)

χρείας ἐπεῖγον ἡ μετὰ τὴν ἡσυχίαν κίνησις ἐνδείκνυται, οὐ γὰρ ἄνευ τούτου συνεπλήρωσεν ἄν ποτε τὴν ἐξ ἀρχῆς ὁρμὴν ἡ δύναμις, ἀλλ' ἔνθα πρῶτον ἐπεσχέθη κινουμένη, κατέπαυσεν ἂν ἐνταῦθα τὴν διαστολήν, μικρὸν ἕνα τοῦτον ἐργασαμένη σφυγμόν· ὥσπερ οὖν καὶ φαίνεται μυριάκις ἐν ταῖς συστηματικαῖς ἀνωμαλίαις μικρὸς γινόμενος ὁ σφυγμὸς οὐ τῷ μὴ δύνασθαι κινεῖσθαι τὴν δύναμιν, ἀλλὰ τῷ κωλύεσθαι. πολλάκις οὖν τὸν ἐφεξῆς αὐτῷ μέγιστον εἰργάσατο συστρέψασα καθάπερ ἄν εἴποι τις ἑαυτὴν καὶ οἷον ἀθροίσασα καὶ ἀνακτησαμένη καὶ παντὶ τῷ τόνῳ βιαίως χρησαμένη. ἐνὸν οὖν αὐτῇ καὶ νῦν ἐργάσασθαί τι τοιοῦτον, οὐκ ἐργασαμένη τὴν χρείαν ἐπείγειν ἐνεδείξατο. πόθεν οὖν ὅτι πλῆθος ἄμετρον, ἢ θλίψις ὀργάνων, ἢ ἔμφραξις ἐμποδίζουσι τὴν κίνησιν; πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ τήν τε δύναμιν ἐῤῥῶσθαι καὶ τὴν χρείαν ἐπείγειν, οὐ γὰρ ἄν ἔτι λοιπὸν οὐδὲν εἴη τῆς βλάβης αἴτιον ἔξω τῶν εἰρημένων, ἔπειτα δὲ κἀξ αὐτῆς τῆς (96) φύσεως αὐτῶν. εἴτε γὰρ πλῆθος εἴη τὸ βαρῦνον, οὐκ ἀδύνατον ἐν τῷ μέσῳ τῆς διαστολῆς στᾶσαν τὴν δύναμιν καὶ οἷον

uſum etiam urgentem motus indicat ille ſecundum quietem; nam ſi absque eo eſſet, nunquam inceptum motum facultas abſolveret; ſed ubi inhibitus primum motus ejus eſſet, ibi deſineret diſtentionem, unumque hunc faceret parvum pulſum. Quomodo millies in collectivis inaequalitatibus parvum factum cernas pulſum, non quin moveri facultas poſſit, ſed quod impediatur; unde ſequentem ſaepe maximum afficit, concitans, ut ita dicam, ſe ipſam et veluti colligens, viresque recuperans, denique omnem contentionem vimque advocans. Hoc autem quum poſſet etiam hic moliri, quia non fecit, uſum declaravit urgere. At unde quod immodici humores, vel inſtrumentorum compreſſio, aut obſtructio motum impediant? primum hinc quod valeat facultas et uſus inſtet, neque enim extra illa quod noxam inducat reliquum quicquam ſit. Deinde etiam ex ipſa natura illorum; nam ſive copia ſit humorum, quae gravet, nihil obſtabit quo minus in media diſtentione ſubſiſtat fa-

Ed. Chart. VIII. [190.] Ed. Baſ. III. (96.)

ἀναπαυσαμένην οὕτω τὸ λεῖπον προσθεῖναι, εἴτ' ἐμφραξις τῶν ὀργάνων ἰσχυρὰ, ἢ θλίψις τις βίαιος, ἴσχεσθαι τὴν κίνησιν εἰς τοσοῦτον εὔλογον εἰς ὅσον ἀπορρεῖ τοῦ πληρώσοντος πνεύματος τὴν χώραν τῆς διαστολῆς. ἀλλ' ἐπεὶ τὸ τελέως ἴσχεσθαι τοῦ τελέως ἀποκεκλεῖσθαι τὰς ὁδοὺς τοῦ πνεύματος ἐνδεικτικόν ἐστιν, διὰ τοῦτο καὶ τὴν θλῖψιν καὶ τὴν ἔμφραξιν ἰσχυρὰν εἶναί φαμεν. τοῦτο μὲν δὴ κοινὸν ἁπασῶν τῶν ἐφ' ἡσυχίας τεμνομένων διαστολῶν, ἴδια δὲ ἑκάστης αὐτῶν τὰ νῦν λεχθησόμενα· τῆς μὲν πρώτης ἱκανῶς βαρύνεσθαι τὴν δύναμιν ὑπὸ τοῦ πλήθους, ὅταν γε διὰ πλῆθος ὁ σφυγμὸς γίνηται τοιοῦτος. ἡ γὰρ ὑστέρα κίνησις ἡ μετὰ τὴν ἡσυχίαν οὐκ ἂν ἄλλως ἐγένετο βραδεῖα, τῆς προτέρας οὔσης ὠκείας, εἰ μὴ ἐνενίκητό τε καὶ ἰσχυρῶς ἐβεβάρητο πρὸς τοῦ πλήθους ἡ δύναμις. ἔμπαλιν δ' ἐπὶ τῆς δευτέρας ἔχει διαφορᾶς, ἐφ' ἧς ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς κινήσεώς ἐστι ταχέα. φαίνεται γὰρ ἀναφέρουσα καὶ διασώζουσα τὸν τόνον ἡ δύναμις καὶ διαμαχομένη τῷ πλήθει. μέση δ' ἀμφοῖν ἐστι δηλονότι διάθεσις ἐφ' ἧς καὶ ἡ κίνησις ἡ δευτέρα μέση ταχείας τε καὶ

cultas et quaſi reſpiret atque inde reſiduum apponat; ſive ſit valida inſtrumentorum obſtructio, ſive compreſſio violenta, retineri hactenus veriſimile eſt motum, quatenus ſpiritu deficitur locum diſtentionis impleturo. At quia omnino conſiſtere et retineri omnino ſignificat obſtructas eſſe ſemitas ſpiritus, ideo etiam compreſſionem et obſtructionem validam eſſe dicimus. Atque hoc omnibus diſtentionibus commune eſt, quas quies dividit; ſingulis autem ſeparatim ea quae nunc exponemus; primae admodum onerari a copia humorum facultatem, quum ex abundantia certe humorum gignatur is pulſus; poſterior enim motus, qui ſecundum quietem fit, quum prior eſſet celer, non poſſet tardus fieri, niſi oppreſſa tum et graviter onerata facultas ſit ab humorum copia. Contra eſt in altera differentia, in qua motus utrinque celer eſt; videtur enim attollere facultas et retinere contentionem copiaeque humorum repugnare. Jam medius eſt inter utrumque ſtatus, ubi motus quoque ſecundus medius eſt inter celerem et tardum, qui

Ed. Chart. VIII. [190. 191.] Ed. Baſ. III. (96.)

βραδείας, ὅπερ ἐστὶ σύμμετρος. αὗται μὲν οὖν τρεῖς διαφοραὶ τῶν ἡσυχίᾳ σχιζομένων διαστολῶν. ἕτεραι δὲ τρεῖς, ὅταν τῆς προτέρας κινήσεως βραδείας γινομένης ἡ δευτέρα τὰς τρεῖς τρέπηται τροπὰς, ἤτοι βραδεῖα, ἢ ὠκεῖα, ἢ σύμμετρος γινομένη, καὶ δηλονότι καὶ ταύταις χειρίστη μὲν ἐφ' ἧς αἱ κινήσεις ἄμφω βραδεῖαι, [191] πολὺ δ' ἐπιεικεστέρα ταύτης ἐφ' ἧς ἡ δευτέρα ταχεῖα, μέση δ' ἀμφοῖν ἐφ' ἧ σύμμετρος. οὕτω δὲ κἂν εἰ τῆς πρώτης κινήσεως συμμέτρου γινομένης ἡ δευτέρα τὰς τρεῖς τρέποιτο τροπὰς, ἐπιεικεστέραν μὲν ἐνδείξεται διάθεσιν ἡ ὠκεῖα κίνησις, ὀλεθριωτέραν δ' ἡ βραδεῖα, μέσην δ' ἡ σύμμετρος. πασῶν δὲ τῶν ἐννέα διαφορῶν, ὑφ' ἧς τινος ἂν αἰτίας γίνωνται, χειρίστη μὲν ἡ ἀμφοτέρας ἔχουσα τὰς κινήσεις βραδείας, ἐπιεικεστάτη δ' ἡ ἀμφοτέρας ταχείας, μέση δ' ἐφ' ἧς ἀμφότερα σύμμετρα, καὶ ἄλλαι δὲ μεταξὺ τῆς τε μέσης καὶ τῶν ἄκρων ἑκατέρας ἀνάλογον. ἀλλὰ καὶ χρόνος οὗτος ὁ τῆς ἡσυχίας ὅσῳ περ ἂν πλείων γίγνηται καθ' ἑκάστην τῶν εἰρημένων ἐννέα διαφορῶν, τοσούτῳ χαλεπώτερος. ἔμπαλιν δὲ τῶν κινήσεων ὁ χρόνος αὐξανόμενος ἐπιεικεστέραν ἐμφαίνει τὴν διάθεσιν. ὡσαύτως

eſt moderatus. Hae ſunt diſſentionum quiete interpellatarum tres differentiae. Aliae tres ſunt differentiae, ubi priore motu tardo, alter triſariam variet, ut aut tardus, aut celer, aut moderatus fiat. Sane hic quoque peſſimus eſt qui utrumque motum tardum habet, ac longe hoc commodior in quo celer alter, medius inter utrumque ubi ſit moderatus. Haud aliter quum a primo motu moderato alter tribus modis convertatur, commodiorem ſignificabit ſtatum celer motus, perniciofiorem tardus, medium moderatus. Omnium harum novem differentiarum, a quacunque cauſa proficiſcantur, quae eſt utroque motu tardo deterrima eſt, commodiſſima cujus celer eſt uterque motus, media in qua uterque moderatus; jam aliae, quae intercedunt inter mediam et extremam utramque, proportione. Quin etiam tempus hoc quietis quo ſit in quaque novem harum differentiarum longius, hoc eſt deterius; e diverſo diuturnius motuum tempus meliorem declarat ſtatum. Praeterea

Ed. Chart. VIII. [191.] Ed. Baſ. III. (96.)

δὲ καὶ τὸ τῶν διαστολῶν ἀμφοτέρων μέγεθος ἄριστον. ὥσπερ οὖν ἡ μικρότης χείριστον, οὕτω δὴ καὶ ἡ μὲν σφοδρότης ἄριστον, ἡ δ' ἀμυδρότης χείριστον. εἰ δ' ἅπανθ' ἅμα συνέλθοι τὰ εἰρημένα κακὰ περὶ ἕνα σφυγμὸν, οὗτος ἂν ὁ χείριστος εἴη αὐτῶν, ὥσπερ εἰ καὶ πάντα τὰ ἐπιεικέστατα ὁ βέλτιστος. ὁ μὲν γὰρ, εἴτε πλῆθος εἴη τὸ βαρῦνον τὴν δύναμιν, νενικῆσθαί φησιν αὐτὴν ἀξιολόγως, εἴτε ἐμφραξίς τις ἐν ταῖς ἀρτηρίαις, ἐν κυρίαις μὲν ταύταις καὶ οὐ πόῤῥω τῆς ἀρχῆς, μεγάλην δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ἔμφραξιν ἐπιδείκνυται, εἴτε θλίψις τις καὶ στενοχωρία, πᾶσαν ὀλίγου δεῖν κατειλῆφθαι δηλοῖ τὴν χώραν τῶν ἀρτηριῶν. ὁ δ' ἐπιεικέστατος ἐν αὐτοῖς, ἐφ' οὗ δηλονότι καὶ αἱ κινήσεις ἀμφότεραι ταχεῖαί τε καὶ μεγάλαι καὶ σφοδραὶ καὶ ὁ χρόνος ὁ τῆς ἡσυχίας βραδὺς τὴν μὲν δύναμιν κρατεῖν τοῦ πλήθους ἐνδείξεται, τὰς δ' ἐμφράξεις τε καὶ θλίψεις τῶν ἀρτηριῶν ἢ μικρὰς, ἢ οὐκ ἐν κυρίοις, ἢ πόῤῥω τῆς ἀρχῆς. ταῦτα μὲν οὖν τῆς καλουμένης ἰδίως προγνωστικῆς θεωρίας ἔχεται, τῇ κοινωνίᾳ τοῦ λόγου συναναγραφέντα.

utriusque diſtentionis magnitudo optima; contra peſſima eſt parvitas. Similiter vehementia optima, remiſſio peſſima Quod ſi omnia quae commemoravimus mala in uno pulſu conveniant, hic illorum ſcilicet peſſimus erit: contra ſi omnia commoda, optimus. Ille enim, ſi copia humorum ſit quae facultatem oneret, valde declarat ſuperatam naturam eſſe, ſi obſtructio arteriarum, quum praecipuarum eſſe harum, nec remotarum longe a principio, tum hanc obſtructionem indicat inſignem eſſe; ſi compreſſio ſit et conſtrictio, innuit arteriarum locum occupatum pene omnem. At vero commodiſſimus inter illos, cujus inquam, uterque eſt motus celer, magnus vehemens, ac quietis breve tempus, quum facultatem denunciabit ſuperiorem abundantia humorum eſſe, tum obſtructiones et compreſſiones arteriarum, vel parvas, vel non in nobilioribus partibus, vel procul a principio. Sed haec ad contemplationem proprie pertinent praeſagiendi, nos quod a propoſito non eſſent aliena, adſcripſimus.

Ed. Chart. VIII. [191.] Ed. Baf. III. (96.)

Κεφ. ε'. Μεταβάντες δ' ἤδη σκεψώμεθα περὶ τῶν συνεχῆ μὲν τὴν κίνησιν ὅλης αὐτῆς τῆς διαστολῆς ἐχόντων σφυγμῶν, οὐ μὴν ἰσοταχῆ γε πᾶσαν. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τούτων ἱκανῶς ἐν τῷ περὶ διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν, ὁπόσαι μὲν αἱ πᾶσαι τούτου τοῦ γένους διαφοραὶ γίνονται, πόσοι δὲ καὶ οἱ καθ' ἑκάστην αὐτῶν σφυγμοί. ὥστε οὐδὲ τούτων τὸν ἀριθμὸν ἔτι χρὴ νῦν ἐπεξιέναι, ἀλλ' ἐπὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν ἰτέον, ὡς οἷόν τε καὶ ταύτας ἐν τῷ καθόλου διεξιόντας, ὑπὲρ τοῦ βραχύτερον γίνεσθαι τὸν ἅπαντα λόγον. ὅσοι μὲν δὴ αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἄχρι τοῦ τέλους εἰς τάχος διαδιδόασιν, ἧττον βαρύνεσθαι τὴν δύναμιν ἐμφαίνουσιν, ὅσοι δ' ἐμπαλιν, μᾶλλον. οὐ μὴν λυομένης γε τῆς δυνάμεως οὐδεὶς τούτων γίνεται. μεγάλοι γὰρ ἅπαντές εἰσι καὶ μάλισθ' ὅσον εἰς διαστήματα τρία καὶ χρόνους τρεῖς, ἢ τέτταρας αἰσθητοὺς ἐγχωρεῖν οἷόν τε τὴν κίνησιν. ἴδιον δὲ τῶν ἀθρόαν εἰς τἀναντία ποιουμένων τὴν μεταβολὴν τὸ μὴ τῆς δυνάμεως μόνης βαρυνομένης, ἀλλὰ καὶ ἐμφραξιν, ἢ θλῖψιν ὀργάνων γίνεσθαι. λέγω δ' εἰς τἀναντία ποιεῖσθαι μεταβολὴν ἀθρόως, ἐὰ κινού-

Cap. V. Nunc ad pulſus commentandos transeamus, qui totius diſtentionis habent quidem perpetuum motum, non univerſum tamen pari celeritate; de quibus in libro de differentiis pulſuum abunde diximus, et quot omnes hujus generis differentiae ſint, quotque in quaque earum pulſus. Quòminus horum hic numerus recenſendus eſt, ſed ad cauſas illorum accedamus, easque quo brevior tota diſputatio ſit, quoad ejus aſſequi poterimus, generatim explicemus. Ac qui jam inde ab initio ad finem usque in celeritatem inſurgunt, minus onerari annunciant facultatem; qui contra, magis, verum tamen ſoluta quidem facultate nullus horum exiſtit; ſiquidem omnes magni ſunt, praeſertim quatenus in tria intervalla, triaque tempora, aut quatuor, quae ſentiri poſſint, motus valet extendi. Eſt autem proprium iis, qui in contraria affatim mutantur, non ſolum gravari facultatem, ſed etiam obſtrui et premi inſtrumenta. In contraria affatim mutari dico, ſi quum moveantur celeriter, ſubito

Ed. Chart. VIII. [191. 192.] Ed. Baſ. III. (96.)

μενοι ταχέως ἐξαιφνίδιον ἐγένοντο βραδεῖς, ἢ ἔμπαλιν ἐκ βραδείας τῆς πρόσθεν κινήσεως ὠκεῖς. γίγνονται γὰρ οὗτοι δι' ἐμφράξεις μέν τινας καὶ στενοχωρίας, ἀλλ' ἧττον χαλεπὰς τῶν διαλειπόντων, καὶ τῆς δυνάμεως δ' αὐτῆς ὑπὸ πλήθους βαρυνομένης, ἀλλ' ἧττον ἢ ἐν τοῖς διαλείπουσιν· οὐ γὰρ ἴσον δή που τὸ κακόν ἐστιν ἢ ὑπαλλαγῆναι τὴν κίνησιν, ἢ κωλυθῆναί. [192] οἱ γὰρ κατὰ μέρος μέντοι τούτου τοῦ γένους τῆς ἀνωμαλίας σφυγμοὶ πῇ ποτ' ἀλλήλων διαφέρουσι καὶ τίνες μέν εἰσιν αὐτῶν ὀλεθριώτεροι, τίνες δὲ καὶ αὐτοὶ καὶ ἐπιεικέστεροι, ῥᾴδιον μὲν καὶ αὐτόν τινα τῶν ἐντυγχανόντων ἐξευρεῖν καᾠ ὧν ἐπὶ τῶν διαλειπόντων εἰρήκαμεν ὡρμημένον. εἰρήσονται μέντοι καὶ πρὸς ἡμῶν ἐν τοῖς περὶ τῆς διὰ σφυγμῶν προγνώσεως. ὁ γάρ τοι παρὼν λόγος οὐδὲν αὐτῶν ἔτι δεῖται, ὡς κατὰ τὸ κοινὸν τοῦ γένους κοινὰς καὶ τὰς τῆς γενέσεως ἐχόντων αἰτίας, ἃς δὴ νῦν πέπαυμαι λέγων.

Κεφ. στ'. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ λοιπὸν ἔτι γένος τῆς καθ' ἓν μόριον τῆς ἀνωμαλίας, οὓς δικρότους ὀνομάζομεν σφυγμούς, ἤδη μετιτέον. ἐλέγομεν δ' αὐτοὺς ἐξ ἀνάγκης εἶναι κλονώδεις.

fiant tardi; aut qui ex tardo primo motu evadant celeres. Oriuntur enim hi quum ex obſtructionibus quibusdam et conſtrictionibus, ſed minus difficilibus quam intermittentibus; tum ex facultate ipſa copioſis humoribus onerata, minus illa tamen quam in intermittentibus, etenim non aeque magnum eſt incommodum mutari motum ac impediri. Sed enim hujus generis inaequalitatis ſinguli pulſus qua re mutuo differant, quique inter eos exitialiſſimi ſint, quique leniſſimi, quivis prompte vel de vulgo adminiculo illorum quae de intermittentibus tradidimus inveniat; faciam tamen ut in commentariis de praeſagitione ex pulſibus aperiam; nam propoſita quidem diſputatio non requirit jam eos, ut qui pro communi genere communes habeant generationis cauſas, de quibus modo dixi.

Cap. VI. Porro ad reliquum jam genus inaequalitatis in una parte poſitae, quos dicrotos pulſus vocamus, pergendum eſt. Hos diximus non poſſe eſſe, niſi vibrati ſint,

Ed. Chart. VIII. [192.] Ed. Baſ. III. (96.)

οὔκουν οἷόν τε τὰς αἰτίας αὐτῶν ἐξευρεῖν ἀκριβῶς, πρὶν τὰς τοῦ κλονώδους ἐπιμελῶς διασκέψασθαι. γίνεται τοίνυν οὗτος, ὅταν ἡ μὲν δύναμις εὔρωστος ᾖ, τὸ δ' ὄργανον σκληρὸν, ἐπείγῃ δ' ἡ χρεία. εἰ γὰρ ἔν τι τούτων ἐκλείπει, κλονώδης οὐκ ἂν γένοιτο. τὸ γάρ τοι συνέχον αὐτοῦ τὴν γένεσιν ἔστι βίαιος διαστολὴ σκληρᾶς ἀρτηρίας. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως κραδαίνοιτό τε καὶ διασείοιτο πάντῃ, μὴ οὐκ ἀμφοτέρων τούτων συνελθόντων. εἴτε γὰρ ἡ ἀρτηρία μόνη σκληρυνθείη, μὴ μέντοι βιάζοιτο διαστέλλειν αὐτὴν ἡ δύναμις ἐπὶ πλεῖστον, οὐκ ἂν οὐδεὶς δή που γένοιτο κλόνος, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον ὁ καλούμενος σκληρὸς σφυγμός. εἰ δ' ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἡ δύναμις ἐθέλοι διαστέλλειν τὰς ἀρτηρίας, αἱ δ' ἔποιντο μαλακότητι συμμέτρῳ, μέγας μὲν ἂν οὕτως, ἀλλ' οὔ τί γε κλονώδης, οὔθ' ὅλως σκληρὸς ἔσται. εἴπερ οὖν μέλλει κλονώδης ἔσεσθαι, δῆλον ὡς διαστέλλειν αὐτὰς ἡ δύναμις ἐπὶ πλεῖστον ἢ πεφύκασι βιάζεται. ἀλλ' οὐκ ἂν εἰ μὴ πρὸς τῆς χρείας ἐπειγούσης ἠναγκάζετο, βιαίως ἄν ποθ' ὥρμησεν ἐνεργεῖν ἡ δύναμις. ὥστ' εὐλόγως ἐῤῥῶσθαι μὲν ἔφαμεν χρῆναι τὴν δύναμιν, ἐσκληρύνθαι δὲ τὰς ἀρτηρίας, ἐπείγειν δὲ τὴν

quamobrem eorum cauſas nulla ratione exacte invenias prius quam vibrati cauſas accurate perſpexeris. Fit autem hic, ubi valida ſit facultas, inſtrumentum durum, urgeatque uſus; quorum certe unum ſi abſit, non fiat vibratus: quae enim conſtituit ejus generationem, eſt violenta diſtentio durae arteriae; nam niſi ambo ſint haec conjuncta, non vibretur et undequaque concutiatur. Quod ſi arteria indurata ſit ſola, nec cogatur diſtendere eam plurimum facultas, nulla erit plane vibratio, ſed hoc tantum, durus quem vocant pulſus. Sin plurimum dilatare arterias facultas ſtudeat, illae autem moderata mollitie ſequantur, magnus tunc erit, non vibratus, minimeque durus. Quare ſi fiet ut vibratus ſit, plane diſtendere amplius eas quam poſſint facultas molietur. Atqui niſi ab uſu urgeatur et compellatur, violentam facultas actionem nunquam obeat. Recte ergo robuſta facultate diximus opus eſſe, induratis arteriis

Ed. Chart. VIII. [192.] Ed. Baſ. III. (97.)

(97) χρείαν. αὐτὴν δὲ ταύτην τὴν ἔπειξιν ὑπὸ τίνος ποτε αἰτίας γίγνεται λεκτέον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο χρὴ παραλιπεῖν. ἔστι δὲ μία μὲν, ὡς ἂν οὕτω τις εἴποι, προσεχὴς αἰτία, πολλαὶ δ' αὐτῆς δημιουργοί. τίς οὖν ἡ μία καὶ τίνες αἱ πολλαί; ἡ μία μὲν, ὅταν ἀπλήρωτος ἡ χρεία μένῃ πρὸς τῆς ἐνεργείας, αἱ πολλαὶ δὲ ταύτης ποιητικαὶ καθόλου μὲν φάναι δυνάμεως ἀῤῥωστία καὶ ὀργάνων δυσπάθεια καὶ τῆς χρείας αὔξησις. ἀλλ' ἐπὶ τοῦ νῦν προκειμένου γένους τὰν σφυγμῶν ἀφελεῖν χρὴ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως, ἐδείχθη γὰρ ἐῤῥῶσθαι. λοιπὸν οὖν ἤτοι τῆς χρείας αὐξανομένης ἢ τῶν ὀργάνων ἀπειθούντων, ἢ καὶ ἀμφοῖν ἅμα συνελθόντων ἐλάττων ἡ διαστολὴ τῆς χρείας ἐν τοῖς κλονώδεσιν ἔσται σφυγμοῖς. ἀλλ' ἡ μὲν χρεία τῇ πλεονεξίᾳ τῆς θερμότητος, ἢ τῇ δαπάνῃ τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος αὐξάνεται, δυσπαθῆ δὲ γίνεται ὄργανα δι' ἐμφράξεις, ἢ θλίψεις, ἢ σκληρότητας. αὗται δὲ αἱ σκληρότητες ἢ φλεγμαινόντων, ἢ σκιῤῥουμένων, ἢ σκληρυνομένων ἢ ξηραινομένων, ἢ ψυχομένων, ἢ τεινομένων γίνονται τῶν ὀργάνων. καὶ οὕτως ἤδη πάσας εὑρίσκομεν τὰς αἰτίας τῶν κλονωδῶν σφυγμῶν τῆς γενέσεως. ἡ γάρ τοι δύσκρατος ἀνωμαλία προϊοῦσα μὲν

atque urgente uſu. Ut autem urgeat, a quanam procedat cauſa, exponendum eſt; hoc enim minime eſt praetermittendum; una eſt, ut ſic dicam, finitima cauſa, cujus multae auctores ſunt. Quae tandem haec una eſt et quae multae illae? una haec eſt, quum uſum functio non impleat; multae illae hujus auctores, breviter imbecillitas facultatis, inſtrumentorum cotumacia et major uſus. At de propoſito pulſuum genere demenda facultis imbecillitas eſt; namque eam probavimus firmam eſſe. Relinquitur igitur ut vel uſu increſcente, vel inſtrumentis renitentibus, vel utrisque copulatis diſtentio in vibratis pulſibus non aſſequatur uſum. Atqui uſus abundantia caloris augetur, vel exhauſto animali ſpiritu; contumacia inſtrumenta fiunt per obſtructiones, compreſſiones et duritiem; atque haec durities exiſtit, ſi inflammata ſint, induruerint, deſiccata ſint, refrigerata, contenta inſtrumenta. Itaque omnes jam invenimus cauſas originis vibratorum pulſuum; nam intemperata inaequalitas

Ed. Chart. VIII. [192. 193.] Ed. Baſ. III. (97.)

αὐξήσει τὸν κλόνον, οὐ μὴν αἰτία γε αὐτῶν ἐστι τῆς γενέσεως. ἀλλὰ ἡ κατὰ διαφέροντα μόρια τῆς ἀρτηρίας ἀνωμαλία τῶν σφυγμῶν ταῖς τοιαύταις ἕπεται προσεχῶς δυσκρασίαις. ἔνθα μὲν γὰρ ὑγρότερόν θ' ἅμα καὶ θερμότερον ἢ τὸ μόριον τῆς ἀρτηρίας, ἐνταῦθα καὶ μείζονος καὶ θάττονος τοῦ σφυγμοῦ γινομένου, ἔνθα δ' ἂν ἤτοι ψυχρότερον ἢ ξηρότερον, ἐνταῦθ' ἐλάττονός τε καὶ βραδυτέρου. καὶ δὴ καὶ προσεξορμᾶται μὲν εἰς τὴν κίνησιν τὸ πρότερον εἰρημένον, ὕστερον δ' ἄρχεται τὸ δεύτερον, [193] ὥστε κατὰ τοῦτο μὲν καὶ τοὺς κλονώδεις συναυξήσει, προσεχὲς δ' αἴτιον γενήσεται τῆς κατὰ διαφέροντα μόρια τῶν ἀρτηριῶν ἀνωμάλου κινήσεως. ὁ τοίνυν δίκροτος καλούμενος σφυγμός, ἤδη γάρ ποτε καὶ περὶ τούτου λέγωμεν, ᾧδέ πως γίνεται. ὅταν τοῦ μέρους τῆς ἀρτηρίας, ᾧ τὴν ἁφὴν ἐπιβάλλομεν, σκληρότερα καὶ ψυχρότερα, καὶ διὰ τοῦτο δυσκινητότερα τὰ ἑκατέρωθεν, ὧν οὐκ ἁπτόμεθα, γένηται, κἄπειτα προεξορμῆσαν αὐτῶν εἰς τὴν διαστολὴν τὸ μέσον ἀντισπάσῃ πάλιν ἔσω καὶ αὖθις συνεξαίρῃ, δὶς ἀνάγκη πλήττεσθαι τὴν ἁφήν. ὁ μὲν οὖν τοιοῦτος σφυγμὸς δίκροτός ἐστι μόνον,

ſi progrediatur, augebit quidem vibrationem, non tamen cauſa eſt eorum generationis. Caeterum inaequalitas pulſuum in diverſis arteriae partibus comitatur proxime talem intemperiem, quod ubi humidior ſimul et calidior ſit pars arteriae, major illic citatiorque fiat pulſus; ubi vel frigidior, vel durior, ibidem minor et tardior. Jam etiam ad motum prius concitatur pars illa prior, poſtea orditur altera. Quare ex eo quum augebit ſimul vibratos, tum erit finitima cauſa inaequalis in partibus diverſis arteriarum motus. Igitur pulſus, qui vocatur dicrotus, ut tandem aliquando ad hunc veniamus, ad hunc modum fit. Ubi partes arteriae, quam attingimus, duriores ſint frigidioresque, et ob id difficilius etiam moveantur partes utrinque, quas non attingimus; ac deinde partem mediam prae ipſis in diſtentione concitatam retrahant intro, iterumque ſecum attollant; his neceſſe eſt feriatur tactus. Ejuscemodi pulſus dicrotus eſt

Ed. Chart. VIII. [193.] Ed. Baſ. III. (97.)

οὐ μέντοι καὶ κλονώδης σαφῶς. ἕτερος δέ τις ἅμα καὶ κλονώδης ἱκανῶς ἐστι καὶ δίκροτος γίνεται κατὰ τοιόνδε τινὰ τρόπον. ἔταν κλονωδῶς ἀναφερομένης τῆς ἀρτηρίας, ὅσον μὲν ὑπὸ τῷ δέρματι μόνῳ γυμνὸν ἑτοίμως ἀναφέρηται, τὰ δ' ἑκατέρωθεν τοῦδε βαρύνηται διὰ πάχος ἢ πλῆθος τῶν ἐπικειμένων σωμάτων, ὡς μηδὲ τὴν κίνησιν αὐτῶν ὑποπίπτειν τοῖς ἁπτομένοις, ἀνάγκη τηνικαῦτα τοῦ φανεροῦ μέρους ἤδη παντὸς ἀνηνεγμένου, τὰ μὴ φαινόμενα τὰ ἑκατέρωθεν ἔτ' ἀναφέρεσθαι, καὶ οὕτω φθάνον καταφέρεσθαι τὸ μέσον, αὖθις συνεξαίρεσθαι τοῖς ἑκατέρωθεν. ὥστ' ἐπανέρχεσθαί τε καὶ προσπίπτειν ἐκ δευτέρου τοῖς ἔξωθεν ἁπτομένοις. εὔδηλον οὖν ὅτι δίκροτος ὁ τοιοῦτος ἔσται, ταύτῃ πλεονεκτῶν τοῦ κλονώδους μόνον, ὅτι κατὰ μεγάλα μόρια τῆς ἀρτηρίας τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κινήσεως ἐκτήσατο. τοῦ μὲν γὰρ ὑποπίπτοντος τοῖς δακτύλοις ἅπαντος ὁμοίως κινουμένου, πλὴν ὅσα κλονεῖται, τῶν δ' ἑκατέρωθεν αὐτοῦ διαφερόντων, ὁ δίκροτος γίνεται, τῷ κλονώδει δὲ μόνῳ οὐδὲν πλέον ὑπάρχει τοῦ κραδαίνεσθαι καὶ διασείεσθαι κατὰ μικρὸν ἅπαντα τὰ μόρια,

duntaxat, non autem vibratus perſpicue. Alter qui juxta et ſatis vibratus eſt et dicrotus fit ad hunc modum. Ubi cum vibratione ſublatae arteriae pars ea, quae ſola cute tecta eſt, facile attollatur, aliae autem utrinque partes craſſitudine numeroque onerentur corporum incumbentium, adeo ut ne motus quidem earum tangentibus occurrat, neceſſe tum ex parte hac, quae aperta eſt, omni jam ſublata, partes illas non manifeſtas, quae utrinque ſunt, adhuc attolli, itaque mediam, quae delata jam dudum eſt, de integro una cum illis, quae utrinque ſunt, attolli ita ut redeat et occurrat iterum foris ipſam tangentibus. Proinde conſtat eum dicrotum futurum, qui in eo tantum vincit vibratum, quod motus inaequalitatem in magnis obtineat partibus arteriae, quum enim pars, quae digitis occurrit, omnis, niſi quatenus vibratur, aequaliter moveatur, ac partes ex utroque latere ab illa differant, efficitur dicrotus; vibratus cui nihil ſuppetit amplius quam quod vibrantur concutiunturque

Ed. Chart. VIII. [193.] Ed. Baſ. III. (97.)

τὴν δὲ ἐν οὕτω μεγάλοις μέρεσι διαφορὰν τῆς κινήσεως ὥσπερ ὁ δίκροτος οὐκ ἔχει. δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ὡς ὁ δίκροτος ἔσθ' ὅτε μὲν ἐπὶ δυσκρασίᾳ γίνεται μεγάλῃ καὶ σκληρότητι βραχείᾳ τῆς οὕτω κινουμένης ἀρτηρίας, ἔσθ' ὅτε δ' ἐπὶ σκληρότητι μεγάλῃ μετά τινος δυσκρασίας ἢ πάχους ἢ πλήθους χυμῶν τε καὶ σαρκῶν.

Κεφ. ζ. Ὁ μέντοι δορκαδίζων καλούμενος κοινὸν μὲν ἔχει πρὸς τὸν δίκροτον τὸ δὶς πλήττειν, οὐ κοινὴν δὲ τὴν αἰτίαν. οὔτε γὰρ τῆς σκληρότητος τῶν ὀργάνων οὔτε τῆς δυσκρασίας ἐξ ἀνάγκης ἐφάπτεται, ἀλλ' ὅταν ἡ δύναμις ὅσον μὲν ἐφ' ἑαυτῇ σώζῃ τὸν κατὰ φύσιν τόνον, ἴσχηται δὲ τῆς κινήσεως, ἤτοι διὰ πλῆθος ἄμετρον, ἢ δι' ἔμφραξιν, ἢ θλίψιν τῶν ὀργάνων, ἡσυχία τηνικαῦτα διακόπτει τὴν διαστολήν. δεόντως ἄρα τὸ δεύτερον μέρος αὐτῆς τὸ μετὰ τὴν ἡσυχίαν εὐρωστότερον φαίνεται τοῦ πρὸ τῆς ἡσυχίας. ἀθροίσασα γὰρ ὡς ἂν εἴποι τις ἑαυτὴν καὶ συλλέξασα καὶ ῥώσασα καὶ ἀνακτησαμένη ἡ τέως νενικημένη δύναμις ἐπιτίθεται

paulatim omnes partes, motus in tam magnis partibus diverſitate, quam habet dicrotus, vacat. Planum eſt igitur ex praedictis dicrotum interim ex magna intemperie oriundum eſſe, parvaque duritie arteriae in eum modum motae, interim ex ingenti duritie conjuncta cum quadam intemperie, vel craſſitudine, vel abundantia humorum et carnis.

Cap. VII. Caprizans vero quem vocant hoc cum dicroto commune habat, quod bis pulſat, non communem tamen cauſam habet. Neque enim cum inſtrumentorum duritie neceſſe illi eſt nec cum intemperie ut conjungatur. Verum ubi retinet facultas quantum illa quidem praeſtare poteſt contentionem nativam, arcetur autem a motu, vel ob humorum immodicam copiam, vel propter obſtructionem, vel compreſſionem inſtrumentorum, quies tunc diſtentionem interpellat. Jure itaque altera ejus pars ſecundum quietem robuſtior illa, quae eam antecedit videtur. Siquidem ubi ſeſe facultas, quae prius fuit victa, collegit, ut ita dicam, et confirmavit, viresque reparavit, imminet gra-

Ed. Chart. VIII. [193. 194.] Ed. Baf. III. (97.)

σφοδρότερον, ἐκνικῆσαί τε καὶ διώσασθαι τὰ λυποῦντα σπεύδουσα. καὶ δὴ καὶ δρᾷ τοῦτο πολλάκις. ἢν δέ ποτε καὶ κατὰ τὴν δευτέραν ὁρμὴν νικηθῇ, χείρων μὲν ἂν οὕτως εἴη τοῦ δορκαδίζοντος ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς, ἀνώνυμος δέ ἐστι. καίτοι τινὲς ἅπαντας τούτους, ὧν τὸ συνεχὲς τῆς διαστολῆς ἡσυχία διακόπτει, δορκαδίζοντας καλοῦσιν. ἡμῖν δὲ ὀνομάτων γὰρ οὐδὲν μέλει, πλὴν ὅσα τοῦ σαφοῦς τῆς διασκαλίας ἕνεκα.

Κεφ. η'. [194] Δεδηλωμένου τοῦ πράγματος ἤδη σαφῶς ἐφ' ἕτερον εἶδος ἀνωμάλων σφυγμῶν ἰτέον ἐστὶν, οὓς καλοῦσιν κυματώδεις ποτὲ καὶ σκωληκίζοντας. ἐδείχθη γὰρ οὖν καὶ περὶ τούτων ὅτι τῷ ποσῷ μόνῳ διαφέρουσιν ἓν εἶδος ἄμφω κεκτημένοι. καί εἰσι δηλονότι τῶν κατὰ διαφέροντα μόρια τῆς ἀρτηρίας ἐν μιᾷ διαστολῇ τὴν ἀνωμαλίαν ἐχόντων. αἰτίαι δ' αὐτῶν τῆς γενέσεως ἀῤῥωστία τῆς δυνάμεως, ἢ πλῆθος χυμῶν, ἢ μαλακότης ὀργάνων ἐσχάτη. ὅταν μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς διϊκνούμενος εἰς τὰς κατὰ μέρος ἀρτηρίας ὁ τόνος ἰσοσθενῶς ὅλον ἐξαίρειν ἀδυνατῇ τὸ ἀγγεῖον, ἐν τούτῳ

vius, et ut ſuperet rejiciatque quae moleſta ſunt contendit, id quod frequenter facit. Quod ſi in altero etiam impetu ſit inferior, fuerit is ſane caprizante deterior pulſus. Nomen hic non eſt ſortitus, tametſi hos quidam omnes, quorum continuitatem diſtentionis interpellat quies, appellent caprizantes. Nos vero de nominibus nihil ſolliciti ſumus, niſi quatenus flagitat inſtitutionis perſpicuitas.

Cap. VIII. Nunc quum res aperte declarata ſit, ad aliud genus pulſuum veniendum eſt inaequalium, quos undoſos, nonnunquam etiam vermiculantes vocant. Diximus vero de his quoque ſola eos diſtare quantitate, ſub uno tamen ambos genere poſitos eſſe; ac ſunt quidem in eorum numero, qui in diverſis partibus arteriae inaequalitatem idque in una diſtentione habeant. Cauſae ſunt illorum generationis facultatis imbecillitas, vel copia humorum, vel ſumma inſtrumentorum mollities; nam quum a principio in ſingulas arterias permeans contentio pari firmitate totum attollere vas nequeat, hic propinquior prin-

Ed. Chart. VIII. [194.] Ed. Baſ. III. (97.)

τὸ μὲν ἐγγυτέρω τῆς ἀρχῆς πρότερον ἄρχεται τῆς κινήσεως, τὸ ποῤῥωτέρω δ' ὕστερον. εἰ μὲν οὖν ὁμαλῶς τὸ τοιοῦτον γίγνοιτο δι' ὅλων τῶν ἀρτηριῶν, ἀεὶ τὸ πρότερον αὐτοῦ μόριον πρότερον φανεῖται κινούμενον, ὡς εἰ καὶ ῥέοντός τινος ἀκωλύτως δι' αὐτῶν ἤτοι πνεύματος ἢ ὑγροῦ τοὺς σφυγμοὺς ἐπιτελεῖσθαι συνέβαινε. καὶ τοῦτ' Ἐρασίστρατος μὲν ἀεὶ γίνεσθαί φησι, καταψευδόμενος τοῦ φαινομένου, τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς μὴ ὅτι ἰατρῶν, ἀλλὰ μηδὲ τῶν φιλοσόφων ἢ ἰδιωτῶν. ἅπασι γὰρ ἐναργῶς φαίνεται ἅπαντα τὰ μόρια τῶν ἀρτηριῶν ἐν ταὐτῷ χρόνῳ διαστελλόμενα, σπανίως δὲ καὶ οὐδὲ κατὰ φύσιν ἔτι τὸ τὰ μὲν ἐγγυτέρω τῆς καρδίας πρότερον φαίνεσθαι κινούμενα, τὰ δ' ἀπωτέρω δεύτερα. οὐ μὴν ἤδη γέ πως κυματώδης, ἢ σκωληκίζων ὁ τοιοῦτος σφυγμός, ἀλλ' ὅταν αὐτῷ προσγένηται τὸ διὰ τῶν ἀρτηριῶν ῥεῖν φανταζόμενον, ἴσχεσθαί πη καὶ μένειν καὶ ἡσυχάζειν δοκεῖν, εἶτ' αὖθις ῥεῖν, καὶ πάλιν ἴσχεσθαι, καὶ τοῦτο γίγνεσθαι δι' ὅλης τῆς ἀρτηρίας, ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ἤτοι κυματώδης ἢ σκωληκίζων ἐστί. περιγραφομένων γὰρ ἀεὶ τῶν κατὰ μέρος κινήσεων ἡσυχίας, τὴν οἷον κυμάτων διαδοχὴν ἢ σκώληκος διέρποντος

cipio motum orditur primum, remotior ſerius; atqui aequaliter ſi hoc fiat per omnes arterias, ejus ſemper prior pars prius videbitur moveri; veluti ſi fluente quopiam per eas libere, vel ſpiritu, vel humore, pulſus contingeret effici. Quod quidem Eraſiſtratus perpetuum autumat eſſe, in quo mentitur de rebus evidentibus; aliorum vero nullus non modo medicorum, ſed nec philoſophorum, nec imperitorum; omnes enim clare cernunt omnes partes arteriarum eodem diſtendi tempore; raro et iam praeter naturam partes cordi viciniores moveri prius, deinde longinquiores. At talis pulſus non undoſus jam, nec vermiculans eſt, verum quum ei hoc acceſſerit, ut quod ſpeciem habet fluentis per arterias, morari alicubi et ſubſiſtere videatur quiescereque, mox iterum fluere, iterumque retineri, atque per totam hoc arteriam accidere; is pulſus vel undoſus, vel vermiculans eſt; nam quum ſinguli motus ſemper terminentur quiete ſeriem veluti undarum vel vermis perrepentis ſpeciem con-

Ed. Chart. VIII. [194.] Ed. Baſ. III. (97. 98.)

φαντασίαν γίνεσθαι συμβαίνει. εἰ μὲν οὖν ὑπὸ (98) πλήθους βαρύνοιτο, τοῦτ' ἴσχει καὶ διακόπτει καὶ διασχίζει τὸν τόνον, ἔνθα ἂν ᾖ πλεῖστον ἠθροισμένον, καὶ οὕτω πολλαὶ διαστολαὶ γίνονται δίκην κυμάτων ἀλλήλας ἐκδεχόμεναι, καθ' ὅ τι ἂν ὁ τόνος σχισθῇ, τῆς ἀκινησίας ἐνταῦθα περιγραφούσης τὸ κῦμα. εἰ δὲ καὶ χωρὶς ὑγρότητος ἡ δύναμις αὐτὴ μόνη κάμνοι, πᾶσαν μὲν ἀθρόως ἀδυνατοῦσα διαστέλλειν τὴν ἀρτηρίαν, κατὰ μόρια δὲ ἐργαζομένη τοῦτο, γένοιντ' ἂν καὶ οὕτως οἷον κυμάτων τινῶν περιγραφαὶ πολλαὶ, διαδεχομένων ἀλλήλας τῶν διαστολῶν. τό γε μὴν διάφορον τούτων γε τῶν σφυγμῶν καὶ τῶν διὰ πλῆθος γινομένων μέγεθός ἐστι. καὶ διὰ τοῦτο σκωληκίζοντες μὲν οὗτοι διὰ τὴν μικρότητα, κυματώδεις δ' ἐκεῖνοι διὰ τὸ μέγεθος ὠνομάσθησαν. αἰτία δὲ τοῖς μὲν ἡ τῆς δυνάμεως ἀῤῥωστία, τοῖς δ' ἡ περὶ τῆς ὑγρότητος πλεονεξία. καὶ μὴν καὶ διὰ μαλακότητα τῶν ὀργάνων ἐσχάτην γίνονται οἱ τοιοῦτοι σφυγμοὶ, παραπλησίου τοῦ συμβαίνοντος τῷ κατὰ τὰς μαλακὰς καὶ νεαρὰς ῥάβδους, ὧν αἰρομένων ἐξ ἄκρου τὰ μέν τινα τῶν μερῶν, καὶ μάλιστα τὰ πλησίον

tingit repraeſentari. Si igitur *facultas* a copia humorum oneretur, haec moratur contentionem ac interpellat atque diſſindit illic quo plurima confluxit. Itaque exiſtunt multae diſtentiones in modum undarum ſeſe mutuo excipientes, atque quo loci diviſa contentio eſt, illic terminat undam quies. Quod ſi ipſa facultas etiam citra humorem languescat ſola, nec univerſam poſſit arteriam diſtendere, ſed hoc particulatim faciat, et tum exiſtent veluti undarum quarundam multae circumſcriptiones ſuccedentium mutuo diſtentionum. Porro quod inter hos pulſus intereſt et illos quos copia humorum conſtituit, magnitudo eſt; unde hi ob parvitatem vermiculantes, ob magnitudinem illi undoſi vocati ſunt. Et cauſam habent illi facultatis imbecillitatem, hi humorum abundantiam. Jam conſequuntur etiam extremam mollitiem inſtrumentorum ejuscemodi pulſus ſimili modo ac in mollibus ac tenellis virgis, quae quum ex vertice apprehenduntur, quaedam partes, praecipue vicinae parti prehenſae, una attolluntur, quaedam quum flectun-

Ed. Chart. VIII. [194. 195.] Ed. Baſ. III. (98.)

τῆς λαβῆς συνεξαίρεται, τὰ δέ τινα λυγιζομένων αὐτῶν ἔτι μένει ταπεινὰ κἂν τῷ κάτω. οὐ μὴν ἔν γε ταῖς σκληραῖς καὶ ξηραῖς ῥάβδοις φαίνεταί τι τοιοῦτον, ἀλλ' ὁμοτόνως ἅπασα καθ' ὅ τι ἂν αὐτῆς λαβόμενος ἐξαίρειν ἐθέλοις συνεξαίρεται. τοιοῦτον δέ τι συμπέπτωκε καὶ ταῖς ἀρτηρίαις, ὅταν ὑγρότητι πολλῇ διάβροχοι γενηθῶσιν. [195] οὐκ ἔτι γὰρ δέχονται τὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τόνον ὁμοίως ἅπασι τοῖς μορίοις, ἀλλ' οἷον λυγιζόμεναι καὶ κλώμεναι πολλαχόθι διακόπτουσι, κἂν τούτῳ τὰ πολλὰ μέν κυματώδης, ἔστι δ' ὅτε καὶ σκωληκίζων ὁ σφυγμὸς ἔσται. σὺν μὲν γὰρ ἐῤῥωμένῃ τῇ δυνάμει κυματώδης, μεγάλα γὰρ ἐξαίρειν οὕτω δύναται μέρη τῶν ἀρτηριῶν, σὺν ἀῤῥωστοτέρᾳ δὲ σκωληκίζων, ἐκ μικροῦ δηλονότι διαστήματος τηνικαῦτα νικωμένου τοῦ τόνου. ἀλλ' εὐθὺς ἀνάγκη τοῦτον ἀνώμαλόν τε ἄλλως καὶ προσέτι καὶ διαλείποντα γενέσθαι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ὑδεριώντων ἔχει. ἐφ' ὧν ἔτι μὲν ἀντέχοντος τοῦ τόνου, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς περὶ αὐτῶν λόγοις ἐφεξῆς εἰρήσεται, πλατὺς καὶ κυματώδης ἐστὶ, νικωμένου δὲ πολυειδῶς ἀνώμαλος γίνεται.

tur, adhuc demiſſae manent et humi; at vero duris virgis et ſiccis hoc non accidit; ſed pari contentione ſi attollere velis, quacunque parte prehendas, tota ſimul attollitur. Idem arteriis uſu venit, quum multa humiditate imbutae ſunt. Neque enim tum a principio contentionem aequaliter omnibus partibus accipiunt, ſed quaſi ſlecterentur et frangerentur, multis partibus diſſecant, in eoque undoſus plerumque, nonnunquam vermiculans erit. Nam validam facultatem habet undoſus, quippe magnas ſic partes arteriarum poterit attollere, imbecilliorem vermiculans, quod parvis intervallis tum contentio vincatur. Caeterum statim hunc neceſſe eſt inaequalem alioqui et etiam intermittentem fieri, ut ſit in hydropicis, quibus quum reſiſtat adhuc contentio, quemadmodum inferius ubi tractabimus de illis dicemus, latus undoſusque eſt; ubi vero ſit victa, varie ſit inaequalis.

Ed. Chart. VIII. [195.] Ed. Baſ. III. (98.)

Κεφ. θ'. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως εἴρηται, τῶν μυούρων ἐφεξῆς μνημονεύσωμεν, ἀσθενείᾳ τῆς τοὺς σφυγμοὺς ἐργαζομένης δυνάμεως ἑπομένων. ὅταν γὰρ ὁ ἀπὸ τῆς καρδίας ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἀρτηρίας διήκων τόνος ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς πορρωτέρω μέρεσιν ἐκλύηται, μικροτέρας οὕτω καὶ ἀμυδροτέρας ἀναγκαῖον γίνεσθαι τὰς ἐν αὐτοῖς κινήσεις. πῶς οὖν ἐν τοῖς ἐγγυτέρω μέρεσι τῆς ἀρχῆς εὑρηκέναι τινές φασιν ἐνίοτε τὰς ἐλάττους κινήσεις; οὐκέτι γὰρ οἷόν τε λέγειν ἐπὶ τούτων ὡς ὁ παρὰ τῆς ἀρχῆς τόνος ἐν τοῖς ἐγγυτέρω μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς πορρωτέρω διαλύεται. ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν ἢ διὰ τὴν τῆς θέσεως τῶν ἀρτηριῶν ἀνωμαλίαν οὕτως φανταsθῆναι, ἢ εἰ καὶ ὄντως ἀληθεύουσιν, εἰς δυσκρασίας ἀνωμαλίαν ἀναφέρειν χρὴ τῶν τοιούτων σφυγμῶν ἁπάντων τὴν γένεσιν, ἵν' ἡ παρὰ τῆς ἀρχῆς εἰς τὰς ἀρτηρίας ἐκτεταμένη δύναμις τοῖς μὲν εὐκράτοις αὐτῶν μορίοις εὐλόγως βέλτιον ᾖ χρωμένη, τοῖς δυσκράτοις δὲ χεῖρον. ὑπὸ γὰρ ἴσου τε καὶ ταὐτοῦ τόνου τὸ μὲν ὑγρότητί τε καὶ θερμότητι μετρίᾳ κεκραμένον ὄργανον ἑτοιμότερόν τε καὶ μᾶλλον κινεῖται,

Cap. IX. Sed quia ſatis eſt dictum de his, de decurtatis jam agamus qui imbecillitatem conſequuntur facultatis, a qua pulſus creantur, quum enim a corde permeet in ſingulas arterias contentio et magis ac magis in partibus remotioribus diſſolvatur, minores tum languidioresque neceſſario earum motus fiunt. Qui tandem igitur in partibus quidam principio propinquioribus inveniri ajunt nonnunquam minores motus? neque enim hic poterimus dicere, contentionem, quae ex principio oritur, in vicinioribus magis quam in remotioribus remitti. Equidem puto iis aut propter arteriarum inaequalem ſitum eam ſpeciem oblatam eſſe, aut ſi plane vera praedicant, intemperiei inaequalitati origo omnium iſtorum pulſuum referenda accepta eſt; ut a principe parte facultas in arterias diffuſa, partibus earum temperatis merito utatur melius, intemperatis deterius; ſiquidem inſtrumentum a pari robore eodemque, ſi humiditate et calore ſit modico temperatum, facilius ac magis

Ed. Chart. VIII. [193.] Ed. Baſ. III. (98.)

τὸ δ' αὐχμῶδες ἢ ὑγρὸν ὑπερβαλλόντως, ἢ ψυχρὸν, ἀργότερόν τε καὶ ἧττον.

Κεφ. ί. Ἆρ' οὖν καὶ τοὺς οἷον ἐπινενευκότας τε καὶ περινενευκότας σφυγμοὺς ὡσαύτως φυσιολογήσομεν, ἢ δύνανται μὲν ἴσως ποτὲ καὶ οὕτως γενέσθαι; πολλὰ μὴν ἐναργῶς ἐφάνησαν ἐμοὶ γοῦν δι' ἑτέρας γιγνόμενοι προφάσεις. ὅταν μὲν γὰρ ἡ δύναμις ἄῤῥωστος ᾖ, σύντηξις δὲ τῶν περικειμένων ταῖς ἀρτηρίαις σωμάτων, καθ' ὅ τι ἂν αὐτῶν μάλιστ' ἐκτετηκὸς, καὶ διὰ τοῦτο κουφότατον ὂν, ἡ κίνησις ἀνακύψαι δυνηθῇ, κατὰ τοῦτο μάλιστα καὶ τὸ μέγεθος αὐτῆς ἐμφαίνεται. παραβαλλομένη γὰρ ἡ ἐν τούτῳ διαστολὴ ταῖς ἑκατέρωθεν μικροτέραις οὔσαις μόνουρον κατ' ἄμφω τὰ μέρη τὴν κίνησιν ἀποφαίνει. τοῦτο δ' ἐν ταῖς ἰσχυροτάταις δυνάμεσιν οὐκ ἐνδέχεται γενέσθαι, χρὴ γὰρ ἀκίνητον αὐτὴν εἶναι, καὶ μὴ φέρειν τὸ βάρος τῶν ἐπικειμένων σωμάτων, ἵν' αἰσθητὴν ποιήσῃ τὴν ὑπεροχὴν τῆς ἐν τῷ γυμνοτέρῳ μορίῳ διαστάσεως παρὰ τὰς ἐν τοῖς βεβαρημένοις.

movetur, ſqualidum, aut nimium humidum, aut frigidum, tardius minusque.

Cap. X. Igitur naturam innuentium et circumnuentium pulſuum ſimili ratione commentabimur. Poſſint forſitan pari modo ac ſimili aliquando fieri? nam ſaepe luculenter mihi certe apparuerunt aliis de cauſis accidiſſe. Ubi enim imbecilla ſit facultas, corpora autem, quae ambiunt arterias, marcescant, qua parte illorum maxime marcida, atque eo leviſſima, emicare motus poſſit, ibi etiam maxime elucescit ejus magnitudo; comparata enim hujus partis diſtentione aliis utrinque minoribus, decurtatum in utrisque partibus motum oſtendit. Hoc fieri in validiſſimis facultatibus non poteſt, quod immotam oporteat eam eſſe, nec ſuſtinere incumbentium corporum pondus, ut manifeſtam efficiat excellentiam diſtentionis in partibus nudioribus prae illis, quae ſunt in partibus oneratis.

Ed. Chart. VIII. [196.] Ed. Baſ. III. (98.)

Κεφ. ια΄. [196] *Πῶς οὖν ἡ παρὰ τὴν θέσιν τῆς ἀρτηρίας ἀνωμαλία γίνεται τῶν σφυγμῶν; τοῦτο γὰρ ἔτ᾽ ἐνδεῖν ἔοικε τῷ λόγῳ. πῶς δ᾽ ἄλλως ἢ ὥσπερ Ἱπποκράτης εἶπε καθόλου περὶ πάσης ἡμᾶς διδάσκων διαστροφῆς; καὶ γὰρ καὶ ἡ τῆς μήτρας ὡσαύτως καὶ αἱ τῆς ῥάχεως καὶ τῶν μυῶν γίνονται, τεινομένων εἰς ἐκεῖνα τὰ μέρη τῶν σωμάτων εἰς ἅπερ καὶ διαστρέφεται. τῷ δ᾽ εἶναι πολλὰς τὰς τεινούσας αἰτίας δυσφώρατον τὸ καθόλου τοῖς πλείστοις τῶν ἀρχαίων ἰατρῶν ἐγένετο. καὶ γὰρ φλεγμοναὶ καὶ σκίῤῥοι καὶ ἀποστήματα καί τινων ἀπέπτων φυμάτων γένεσις καὶ ὅλως ἅπαντες οἱ παρὰ φύσιν ὄγκοι τείνειν πρὸς ἑαυτοὺς δύνανται τὰ συνεχῆ, ἤδη δὲ καὶ σκληρότης αὐχμώδης καὶ ψύξις ἄμετρος ὁμοιόν τι πήξει δρῶσα καὶ σπασμώδης σύντασις, ὧν ἄλλοτ᾽ ἄλλο διαστρέφει τὰς ἀρτηρίας. μάλιστα δὲ τὴν ἀνώμαλον δυσκρασίαν ἡγητέον διαστρέφειν.*

Κεφ. ιβ΄. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ καὶ περὶ τούτων εἴρηται τὰ εἰκότα, προσθεῖναι χρὴ τὸν περὶ τοῦ σπασμώδους σφυγμοῦ λόγον, ᾧ τὸ μὲν ὄνομα πρέπον ἀπό τε τῆς ἰδέας αὐτῆς

Cap. XI. At quomodo ex ſitu arteriae fit pulſuum inaequalitas? hoc enim deeſſe orationi adhuc videtur. Qui vero aliter, ac dixit Hippocrates, qui de omni nos diſtortione in communi docuit? Etenim uterus ſimiliter et ſpina musculique diſtorquentur, quum in corporis illas partes tenduntur, in quas diſtorqueantur, ſed quia multae cauſae ſunt, quae tenſionem inducunt, univerſum plerisque veteribus medicis difficillimum fuit inveſtigatu. Inflammationes enim, ſcirrhi, abſceſſus ac crudorum quorundam generatio tuberculorum, breviter omnes praeter naturam tumores, vicinas partes ad ſe retrahere valent. Praeterea ſqualida ſiccitas frigusque immodicum quiddam faciat in modum gelu et convulſiva intentio, quorum alias aliud arterias diſtorquet. Praeter caetera diſtorquere inaequalis intemperies cenſenda eſt.

Cap. XII. Sed quoniam de his quae nobis viſa ſunt expoſuimus, jam de convulſivo pulſu etiam diſputandum eſt; qui nomen recte invenit ex ipſa ſpecie et affectu, quem

Ed. Chart. VIII. [196.] Ed. Baſ. III. (98.)

καὶ τοῦ παθήματος ὃ δηλοῦν πέφυκε. τείνεσθαι μὲν γὰρ ἐπ' ἄμφω τὰ πέρατα δόξεις τὴν ἀρτηρίαν καὶ μικρὸν ὕστερον σπασμὸς τὸν ἄνθρωπον καταλαμβάνει. τί οὖν δὴ τὸ ἄπορον ἐνταῦθα καὶ τίνος ἕνεκα προβέβληται; εἰ μὲν ἡ καρδία καθάπερ ἀρτηριῶν, οὕτω καὶ νεύρων ἐστὶν ἀρχὴ, οὔτ' ἄπορον οὐδὲν καὶ μάτην προβέβληται· εἰ δ' ἄλλη μὲν ἀρχὴ νεύρων, ἄλλη δ' ἀρτηριῶν, καὶ ταῖς μὲν σφυγμὸς ἐνέργεια, τοῖς δ' αἴσθησίς τε καὶ κίνησις ἑκούσιος, ὥσπερ οὐκ ἔστι τῶν ἐνεργειῶν αὐτοῖς οὐδεμία μετουσία, οὕτως οὐδὲ τῶν παθημάτων ἔσται τις κοινωνία. ἢ κακῶς τοῦτο καὶ ψευδόμενοι λέγουσιν, ὅσοι γε δοκοῦσιν οὐκ εἶναι σφίσιν ἐπιμιξίαν; ὁ γάρ τοι πατὴρ τοῦ δόγματος ὁ θεῖος ἐκεῖνος Ἱπποκράτης, σύῤῥοια μία, φησὶ, σύμπνοια μία, πάντα πᾶσι συμπαθέα, φύσις κοινή. ἢ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῦτ' ἦν, δύο ἦστην οὕτω ζῶα καὶ οὐχ ἓν ἕκαστος ἡμῶν. νυνὶ δὲ καρδία μὲν ἀρτηρίας ἐγκεφάλῳ μεγάλας ἐκπέμπει δεσμὸν τῆς κοινωνίας, νεῦρα δ' ἐγκέφαλος καρδίᾳ, κἂν εἰ μὴ μεγάλα, τὸ γοῦν ἐκ τοῦ λόγου πρόσταγμα διαστέλλειν δυνάμενα. οὕτω δὲ καὶ ταῖς κατὰ μέρος ἀρτηρίαις αἱ παρὰ τῶν νεύρων ἴνες εἰς κοινωνίαν ἔρχονται, δι' ὧν οὐκ

ſolet denotare; tendi enim ad utrumque terminum arteriam putaveris et ſtatim corripit hominem convulſio. At quis tandem hic ſcrupulus eſt et ob quid propoſitus? Si ut arteriarum cor, ſic nervorum eſt fons, nihil eſt ſcrupuli et fruſtra eſt propoſitus; ſin aliud principium nervorum, aliud arteriarum, atque harum pulſus functio eſt, illorum ſenſus et motus voluntarius; ut functionum illis nulla ſocietas eſt, ita nec erit affectuum. An vero errant in eo et mentiuntur qui putarunt illis nullum commercium eſſe? Nam princeps quidem hujus placiti divinus ille Hippocrates, *Confluxio una*, inquit, *eſt conſpiratio una, omnia omnibus conſentiunt, natura communis, nam niſi hoc eſſet, duo animalia eſſet, nec unum unusquisque noſtrum.* Nunc arterias magnas cor cerebro vinculum ſocietatis transmittit, cerebrum nervos cordi; qui quanquam non magni ſint, mandatum tamen rationis poſſunt transmittere. Ad haec ſingulis arteriis fibrae a nervis deductae ad ſocietatem veniunt,

Ed. Chart. VIII. [196. 197.] Ed. Baſ. III. (98. 99.)

ἔργων μόνων, ἀλλὰ καὶ παθημάτων ἀλλήλοις μεταδιδόασι. καὶ οὐδὲν ἔτι θαυμάσιον, εἰ τοῦ νευρώδους γένους ἅπαντος ἑνουμένου ταῖς ἀρτηρίαις, ἡ κοινωνία τοῦ παθήματος ἐμφαίνεται, τῶν γε κατὰ μέρος ἀποφύσεων ἀλλήλαις ἐπιμιγνυμένων, καὶ τῶν ἀρχῶν, ὡς εἴρηται, ξυνημμένων.

Κεφ. ιγ'. Ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ σπασμώδους εἴρηται σφυγμοῦ, τὸ λοιπὸν ἔτι προσ(99)θετέον ἡμῖν ἐστιν εἰς τὴν περὶ τῶν ἀνωμάλων ἁπάντων φυσιολογίαν. λείπεται δ', ὡς οἶμαι, πῶς ὑψηλοὶ [197] καὶ ταπεινοὶ καὶ πλατεῖς καὶ στενοὶ καὶ μακροὶ καὶ βραχεῖς γίνονται σφυγμοί. πλεῖστοι γὰρ δὴ οὗτοι καὶ μάλιστα ποικίλλουσι τὰς ἀνωμαλίας πάσας τάς τε καθ' ἕνα σφυγμὸν καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον τὰς ἐν ἀθροίσματι. συμβαίνει δή τι τοιοῦτον ἐν τῷ διαστέλλεσθαι τὰς ἀρτηρίας, ἐπί τε τοῖς ὑγιαίνουσιν ἅπασιν καὶ τοῖς πλείστοις τῶν νοσούντων τῆς ἄνω περιφερείας αὐτῆς μᾶλλον αἰσθανόμεθα κινουμένης ἢ τῶν ἐν τοῖς πλαγίοις μερῶν. ἡ μὲν γὰρ ἐγγυτέρω τῆς ἁφῆς ἡμῶν ἐστι καὶ δι' ἐλαττόνων ὁμιλεῖ σωμάτων, τὰ δ' ἑκατέρωθεν αὐτῆς αὐτά τε πλέον ἄπεστι

per quas ſe ſinunt mutuo in conſenſum venire, non modo actionum, ſed affectuum etiam. Nec jam quicquam habet admirationis, ſi quum univerſum nervoſum genus conjunctum cum arteriis ſit, ſingulique eorum ramuli ſibi mutuo immixti, principiaque, ut dictum eſt, inter ſe conjuncta ſint, communis appareat affectus.

Cap. XIII. Sed quia de convulſivo pulſu diximus, reſiduum ad commentationem omnium inaequalitatum adjiciam. Supereſt nimirum quemadmodum alti, humiles, lati, anguſti, longi et breves pulſus fiant, maximus eſt enim horum numerus et variant maxime omnes inaequalitates quum in uno pulſu, tum vero longe magis in acervo. Accidit autem tale quippiam, dum diſtenduntur arteriae et in valentibus omnibus et aegrotis plerisque, ut ſupernam ipſam ſuperficiem moveri clarius ſentiamus, quam partes obliquas, quod propior illa ſit noſtro tactui et congrediatur pauciori-bus interpoſitis corporibus; partes ex utroque latere hujus quum remotiores ſunt, tum pluribus corporibus, quae in-

Ed. Chart. VIII. [197.] Ed. Baſ. III. (99.)

καὶ πλείω περιβέβληται τὰ διὰ μέσου σώματα. καὶ τοίνυν αὐτὸς ὁ κατὰ φύσιν σφυγμὸς, ἂν ἀκριβῶς ἐξετάζῃ τις, ὑψηλότερός ἐστιν, ἀπολειπομένης μὲν ἀεὶ τῆς εἰς τὸ πλάτος ἐν αὐτῷ κινήσεως, πλεονεκτούσης δὲ τῆς εἰς ὕψος. ἀλλ' ἐπεὶ μέτρον οὗτος ἡμῖν καὶ κανὼν ἁπάντων τῶν ἄλλων, οὔθ' ὑψηλὸν οὔτε στενὸν ὀνομάζομεν αὐτὸν, ἀλλ' ὥσπερ οὖν πρέπει καὶ δίκαιόν ἐστιν, σύμμετρόν τε καὶ μέσον ἁπασῶν τῶν ὑπερβολῶν. εἰθισμένοι δὲ τούτῳ καὶ συντεθραμμένοι καὶ πολλάκις εὑρίσκοντες αὐτὸν οὐκ ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων μόνων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν νοσούντων, ῥᾳδίως γνωρίζομεν τοὺς ἀπολειπομένους ἢ ὑπερβάλλοντας αὐτὸν καθ' ἡντιναοῦν τῶν διαστάσεων. καὶ γάρ τοι καὶ ὁ μακρὸς καὶ ὁ βραχὺς ὡς πρὸς τοῦτον λέγονται. καὶ ὅστις μὴ εἴθισται τῷδε, οὐχ ὅπως ὑψηλοῦ καὶ ταπεινοῦ καὶ πλατέος καὶ στενοῦ γένοιτ' ἂν ἀκριβὴς γνώμων, ἀλλ' οὐδὲ μακροῦ καὶ βραχέος. ὡς οὖν ἄνθρωπόν τινα πάντη σύμμετρον εἶναί φαμεν οὐ τῇ προχείρῳ κατὰ τὴν αἴσθησιν ἰσότητι τὸ μῆκος τῷ πλάτει καὶ βάθει παραβάλλοντες, ἀλλὰ τῇ κατὰ δύναμιν· οὐδεὶς γὰρ οὕτως εὑρεθείη βραχὺς ὡς ἀπολείπεσθαι τὸ μῆκος τοῦ πλάτους· οὕτω καὶ

terpoſita ſunt, indutae. Proinde ipſe naturalis pulſus, ſi diligenter expendas, altior eſt; quod deficiat ſemper ejus in latum motus, praepolleat autem motus in altum. Verum quia menſura nobis haec eſt, reliquorumque regula aliorum, nec altum eum, nec anguſtum appellamus, ſed ut par eſt et poſtulat aequitas, moderatum et inter omnes exceſſus medium. Cui quia aſſueti nos ſumus et una cum eo crevimus, ac ſaepe eum invenimus, non in ſanis modo, ſed et in aegrotis facile cognoscimus, qui ſuperantur ab eo et qui eum ſuperant in quacunque dimenſione; etenim longus et brevis ad hunc collatus dicitur. Ac quicunque non eſt in hoc verſatus, non tantum non alti, humilis, lati, anguſti, ſit probus explorator, ſed nec longi et brevis. Nam ut hominem dicimus aliquem undequaque moderatum, non obvia illa ad ſenſum paritate longum cum lato et profundo comparantes, ſed paritate in poteſtate, neque enim tam eſt quisquam brevis ut concedat longitudo latitudini, ſic vocamus modera-

Ed. Chart. VIII. [197.] Ed. Baſ. III. (99.)

σφυγμὸν σύμμετρον ὀνομάζομεν, τὴν κατὰ φύσιν ἀναλογίαν τε καὶ συμμετρίαν κανόνα τῆς ἰσότητος, οὐ τὴν αἴσθησιν ποιούμενοι. πάντως δὲ ἐν αὐτῷ τὸ μὲν μῆκος ὑπερέχει τοῦ βάθους, τοῦτο δ' αὖ τοῦ πλάτους. αὐτὴν μὲν γὰρ εἰ νοήσαιμεν καθ' αὑτὴν τὴν ἀρτηρίαν, γυμνὴν ἁπάντων τῶν περικειμένων σωμάτων, ἴσον ἔσται τὸ πλάτος τῷ βάθει. μᾶλλον δ' οὐδ' εἰπεῖν ἔξομεν ἐπί γε τῆς τοιαύτης τουτὶ μὲν εἶναι τὸ πλάτος, τουτὶ δὲ βάθος, ἀλλ' ὥσπερ ὅμοιον ἑαυτῷ πάντη τὸ σῶμα κυκλοτερὲς ἀκριβῶς ὑπάρχει, οὕτω καὶ τῶν διαστημάτων οὐδεμία διαφορά. τεθείσης μέντοι κατά τινος ἑτέρου σώματος αὐτῆς, κάτω μὲν ἂν ἤδη λέγοιτο καθ' ὧν στηρίζεται μορίων, ἄνω δὲ τὸ κατ' ἄντικρυ. τὸ δ' ἐν τῷ μέσῳ τῶν διαστημάτων κάτωθεν μὲν ἄνω νοοῦσιν ὕψος, ἄνωθεν δὲ κάτω βάθος. ἔνθα δ' ὕψος καὶ πλάτος, ἐνταῦθα θάτερον τῶν διαστημάτων βάθος καὶ πλάτος. εἰ δὲ μὴ μόνον στηρίζοιτο κατά τινος, ἀλλὰ καὶ τῶν πλαγίων αὐτῶν καὶ προσέτι τῶν ἄνω περιλαμβάνοι τινὰ σώματα, παντί που δῆλον ὡς τὰ δι' ἐλαττόνων σκεπασμάτων ἡμῖν ὁμιλοῦντα μόρια σαφε-

tum pulſum, naturalem proportionem et mediocritatem normam aequalitatis, non ſenſum facientes. In hoc omnino longitudo praeſtat profunditati atque haec latitudini. Nam ſi ipſam ſolam arteriam fingamus omnibus circumjectis corporibus nudatam, aequabit profunditatem latitudo, atque adeo in ea certe nec dicere poterimus quidem, quae latitudo, quae profunditas ſit; ſed ſicut undique ſibi eſt ſimile corpus plane circulare, ita nulla dimenſionum differentia eſt. At ſi in alio ſit corpore ea collocata, deorſum jam dicetur, quibus partibus ſuſtentatur et defixa eſt; ſurſum quod eſt e regione, quod interponitur his intervallis ex imo ſurſum, intelligunt altitudinem, et deſuper deorſum profunditatem; ubi autem altitudo et latitudo eſt, illic alterutra dimenſionum profunditas et latitudo eſt. Quod ſi non tantum ſulciatur aliqua parte, ſed etiam ex ipſis obliquis partibus et ſuperioribus complectatur quaedam corpora, planiſſime partes, quas per pauciora tegumenta contingimus, apertiorem motum

Ed. Chart. VIII. [197. 198.] Ed. Baſ. III. (99.)

στέραν ἐνδείξεται τὴν κίνησιν ἧπερ τὰ διὰ πλειόνων. ἀλλὰ μὴν ὧν γέ ἐστιν ἀρτηριῶν ἡ θέσις ὑπὸ τῷ δέρματι, τοιαῦται δ' εἰσὶν ὧν ἐφαπτόμεθα τοὺς σφυγμοὺς διαγινώσκοντες, τούτων τὸ μὲν ἄνω διὰ μόνου τοῦ δέρματος ἡμῖν ὁμιλεῖ, τὰ δ' ἑκατέρωθεν εἰς ὅσον ἀποχωρεῖ πρὸς τὸ πλάγιον εἰς τοσοῦτο διὰ μακροτέρου τε τοῦ διαστήματος πλεόνων τε τῶν ἐν τῷ μέσῳ σωμάτων. καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀνάγκην ὑψηλότερος μὲν ἀεὶ πᾶς σφυγμός ἐστιν ὁ κατὰ φύσιν, εἰ παραβάλλοις ἀλλήλοις τὰ διαστήματα. λέγεται δὲ σύμμετρος καὶ κανὼν τῶν ἄλλων ὁμοίως τῷ Πολυκλείτου κανόνι. ὡς γὰρ ἐκείνῳ παραβάλλοντες τοὺς ἄλλους ἀνδριάντας ἄδρους, ἢ ἰσχνούς, ἢ πλατεῖς, ἢ στενούς, ἢ τι τῶν ἄλλων ἀμετριῶν ὄνομα προσαγορεύομεν, οὕτω καὶ τοὺς σφυγμοὺς τῷ κατὰ φύσιν ἀντεξετάζοντες [198] ὑψηλούς, ἢ ταπεινούς, ἢ πλατεῖς, ἢ στενούς, ἢ μακρούς, ἢ βραχεῖς, ἢ ἄδρους, ἢ ἰσχνούς, ἢ μεγάλους, ἢ μικρούς ὀνομάζομεν. τίνες οὖν αἰτίαι τῆς γενέσεως αὐτῶν; τοῦτο γὰρ εἰπεῖν προὔκειτο. πρόχειρον μὲν ἦν ἤτοι δυσκρασίαν ἀνώμαλον αἰτιᾶσθαι τῶν ὀργάνων, ἢ διαστροφὴν ἐν τῇ θέσει. δέδεικται γὰρ ὅπως ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέ-

quam quae tangimus per plura edent. Atqui quae arteriae ſub cute poſitae ſunt, (tales autem ſunt quas dignoscendis pulſibus attingimus) harum ſuperiorem partem interpoſita ſola cute tangimus; partes utrinque alias, quantum recedunt in obliquum, tanto per longius intervallum et per plura interpoſita corpora. Qua neceſſitate fit ut omnis pulſus, qui naturalis ſit, ſi mutuo compares dimenſiones, ſit ſemper longior; vocatur autem moderatus et aliorum regula, ut Polycleti regula; nam ut quum alias ſtatuas ad hanc conferimus, craſſas, graciles, latas et anguſtas vocamus, aut ſi quo alio exceſſus nomine; ſic pulſus cum naturali comparantes, altos, humiles, latos, anguſtos, longos, breves, craſſos, graciles, magnos, atque parvos appellamus. At quaenam ſunt cauſae, unde oriantur? quod inſtitueramus dicere. Ad manum erat quidem ut in inſtrumentorum intemperiem inaequalem cauſam conferremus, aut diſtortionem ſitus; ſiquidem quemadmodum appareant in ejusmodi affectibus

Ed. Chart. VIII. [198.] Ed. Baſ. III. (99.)

σεσιν αἱ κινήσεις ἀνώμαλοι φαίνονται. ἀλλ' ἐγὼ τοὺς μὲν ὑψηλοὺς ἔν τε τοῖς θυμοῖς καὶ πρὸ τῶν κρίσεων εὑρίσκω γινομένους, τοὺς δὲ πλατεῖς τοὐπίπαν ἐπὶ ταῖς κριτικαῖς ἐκκρίσεσιν. οὐκ ἔτι δὲ δύναμαι δυσκρασίαν ὀργάνων ἢ διαστροφὴν θέσεως αἰτιάσασθαι μόνας, γένοιτο γὰρ ἄν ποτε καὶ διά τι τούτων, ἀλλ' αἱ πλεῖσται διαθέσεις ἐφ' ὧν οἱ τοιοῦτοι φαίνονται σφυγμοὶ τῶν εἰρημένων αἰτίων ἐκτός εἰσιν. οὔτε γὰρ ἀνωμαλία κράσεως, ἤγουν εἰς τοσοῦτο τὴν φύσιν ὑπαλλάττουσα τῶν ὀργάνων, ὡς ἀνωμάλους ἐργάσασθαι τοὺς σφυγμούς, οὔθ' ἡ τῆς θέσεως ἐξαλλαγὴ δύναιτ' ἂν συστῆναί ποτε χωρὶς μεγάλης βλάβης ἢ χρόνου μακροῦ ὧν οὐδὲν οὔτε τοῖς θυμουμένοις οὔτε τοῖς ἤδη κεκριμένοις οὔτε τοῖς ὅσον οὐδέπω κριθησομένοις ὑπάρχει, ἀλλ' ἐστὶ τὸ γινόμενον ἐπ' αὐτῶν τοιοῦτο· μείζονα τὸν σφυγμὸν ἐργάζεται τοῖς θυμουμένοις τε καὶ κριθησομένοις, οὐ μὴν ὅσον γε μεῖζόν τι γίγνεται, τοσοῦτον καὶ φαίνεται. τῇ μὲν γὰρ εἰς ὕψος κινήσει τε καὶ διαστολῇ τῆς ἀρτηρίας ὅσον προσέρχεται φαίνεται πᾶν, τῇ δ' εἰς τὸ πλάγιον τὸ πλεῖστον ἀφανίζεται, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, λόγον καθ' ὃν καὶ τοῖς ἄνευ περιστάσεώς τινος

motus inaequales declaratum eſt. Sed altos ego in ira et ante judicationes comperio fieri, latos plurimum in decretoriis excretionibus. Non poſſum igitur inſtrumentorum jam intemperiem, aut diſtortum ſitum ſolos in culpa ponere, ſane quidem interim etiam de aliqua harum cauſarum incidat. Verum plerique affectus, in quibus inveniuntur ejuscemodi pulſus ſunt expertes cauſarum, quas diximus; neque enim temperamenti inaequalitas, quae immutat adeo naturam inſtrumentorum, ut inaequales efficiat pulſus, nec vero ſitus immutatio unquam inveniatur citra ingentem noxam tempusque longum; quorum ſuppetit nihil nec iratis, nec modo judicatis, nec jam jamque judicandis. Sed quod illis accidit hoc eſt. Magnus pulſus fit iratis et judicandis, non tamen quanto quicquid majus evadit, tantum etiam animadvertitur; motus enim in altum et diſtentio arteriae, quousque progrediatur, univerſa conſpicua eſt; motus obliquus fere occultatur, eodem ſcilicet modo, quo inculpata

Ed. Chart. VIII. [198.] Ed. Baſ. III. (99.)

ὑγιαίνουσιν ἀεὶ πλεονεκτεῖν ἐδείκνυτο ἡ εἰς ὕψος κίνησις. μεμνημένοι τοιγαροῦν τῆς τότε καταστάσεως τῶν σφυγμῶν οὓς συμμέτρους ὀνομάζομεν, εἶτα νῦν εὑρίσκοντες ἱκανὸν μὲν εἰς ὕψος, οὐχ ἱκανὸν δ' εἰς πλάτος, ἀλλ' ἤτοι παντάπασιν ὀλίγον ἢ οὐδὲν ὅλως ἐπιδεδωκυῖαν τὴν κίνησιν, εὐλόγως ὑψηλοὺς ὀνομάζομεν τοὺς τοιούτους σφυγμοὺς, εἰ μέν τι καὶ τῷ πλάτει σαφὲς προσεγένετο, μεγάλους ἅμα καὶ ὑψηλοὺς καλοῦντες, εἰ δ' οὐδὲν ὅλως αἰσθητὸν, ὑψηλοὺς μόνον, εἰ δ' εἰς ἄμφω μὲν ηὐξήθησαν ὕψος, τε καὶ πλάτος, οὐκ ἀξιόλογος δ' ἡ τοῦ ὕψους εἴη παρὰ τὸ πλάτος ὑπεροχὴ, μεγάλους μόνον τοὺς τοιούτους ὀνομάζοντες. ὅταν γὰρ ἐν ταὐτῷ λόγῳ τὸ προσαυξόμενον ὕψος ὑπερέχει τοῦ πλάτους, ᾧ κἂν τῷ κατὰ φύσιν ὑπερέχῃ, τὴν αὐτὴν ἰδέαν τῷ συμμέτρῳ κληθέντι διασώζειν ἀνάγκη τὸν νῦν γινόμενον. οὐκ οἶν ὑψηλὸς, ὥσπερ οὐδ' ἐκεῖνος, ἀλλὰ μείζων μόνον αὐτοῦ φαίνεται. τῶν γὰρ ταὐτὸν εἶδος διασωζόντων οὐκ ἐνδέχεται τὸν μὲν σύμμετρον, τὸν δ' ὑψηλὸν καλεῖν, ἀλλ' εἴπερ πάντη κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ὁ ἕτερος ηὐξήθη, μείζονα μόνον. καὶ γὰρ οὖν καὶ περὶ τοῦ μήκους ὡσαύτως ἔχει. κατὰ μὲν γὰρ τὴν αὐτὴν

valetudine praeditis ſemper oſtendimus praepollere motum in altum. Itaque memores illius ſtatus pulſuum, quos moderatos appellamus, ſi jam comperiamus bene auctam altitudinem motus, nec multum latitudinem, ſed omnino parum, vel nihil prorſus, recte vocamus eos pulſus altos. Quod ſi manifeſtum accedat incrementum latitudini, magnos ſimul et altos vocamus; ſin omnino obſcurum, altos multum. Si ambo increverint, altitudo et latitudo, ſed non multum latitudinem vincat altitudo, hos vocamus magnos tantum; quum enim eadem proportione altitudo adaucta vincat latitudinem, qua etiam in naturali pulſu ſuperaret, eandem ſpeciem ac moderatus quem vocant retineat hic oportet. Itaque non altus, ut nec ille, ſed major tantum illo videtur; ſiquidem eorum, quae eandem ſervant formam, non decet unum moderatum, alterum vocare altum, ſed ſi eadem undequaque proportione alter crevit, majorem tantum. Quinctiam in longitudine eadem eſt ratio; quae quum

Ed. Chart. VIII. [198. 199.] Ed. Baſ. III. (99. 100.)

ἀναλογίαν καὶ τοῦτο συναυξανόμενον τῷ βάθει τε καὶ τῷ πλάτει τὸν ὅλον σφυγμὸν, ὡς ἤδη λέλεκται, μείζονα φαίνεσθαι ποιεῖ. οὔκουν ἴσων ἁπλῶς δεῖ τῶν ἐπαυξανομένων ἐν τοῖς τρισὶ διαστήμασι κινήσεων, ἀλλ' ἀνάλογον ἴσων, ἵν' ὁ σφυγμὸς μείζων γένηται. τοῖς οὖν εἰθισμένοις τῇ τοῦ κατὰ φύσιν ἀναλογίᾳ ῥᾳδίως τὸ (100) προσιὸν, ὅσον ἔξω τοῦ λόγου, γνωρίζεται. καὶ τοιαῦται μέν τινές εἰσιν αἱ γενέσεις τῶν προκειμένων σφυγμῶν ἐξῆς δ' ἂν εἴη τὰς αἰτίας εἰπεῖν δι' ἃς ἡ σώζεσθαι τὴν φυσικὴν ἀναλογίαν ἐπ' αὐτῶν, ἢ διαφθείρεσθαι πέφυκε. σώζεται μὲν οὖν, ὅταν μηδεμία μεγάλη τοῦ κατὰ φύσιν εἰς πολυσαρκίαν, ἢ λεπτότητα τῆς ἕξεως γένηται μεταβολὴ, ἀλλὰ μηδὲ ξηρότης ἄμετρος, ἢ ὑγρότης, ἢ τις ἀνάγκη μεγάλη ἐσχάτης διαστολῆς. φθείρεται δὲ καὶ συγχεῖται διά τι τούτων παρὸν, οἷον αὐτίκα τὰ μὲν ἄλλα πάντα καλῶς ἐχέτω, μεγάλην δ' οὕτως ἡ δύναμις ἐπειγέσθω ποιήσασθαι διαστολὴν, ὡς μὴ χωρεῖσθαι τὸν ὄγκον αὐτῆς ὑπὸ τῶν περιεχουσῶν τὰς ἀρτηρίας χωρῶν. [199] ἀνάγκη γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ καταστάσει τὸν σφυγμὸν ὑψηλὸν φανῆναι,

eadem proportione augetur, qua profunditas et latitudo, univerſum pulſum, uti diximus modo, majorem repraeſentat. Unde ut magnus fiat pulſus, non requiritur ut plane pares ſint motus, qui in tribus dimenſionibus augentur, verum ut proportione ſint aequales. Quare qui naturalem proportionem explorare conſueverunt, nullo negotio quantum acceſſio diſceſſit a proportione perſpicient. Hoc pacto generantur propoſiti pulſus. Reſtat ut cauſas aperiamus, quamobrem naturalis eorum proportio conſtare, vel perire ſolet. Conſtat ſane, ubi nulla praeter naturam inſignis in craſſitudinem mutatio, aut in gracilitatem corporis fiat; praeterea nec ſiccitas immodica, vel humiditas, vel neceſſitas quaedam maximae prorſus diſtentionis; perit vero atque conturbatur cujuspiam horum praeſentia. Exempli gratia, reliqua omnia ſe recte habeant, facultas autem compellatur ita magnam diſtentionem facere, ut ejus tumorem circumjecta arteriis loca non capiant; in eo utique ſtatu, ut alia

Ed. Chart. VIII. [199.] Ed. Baſ. III. (100.)

κἂν μηδὲν τῶν ἄλλων ἔχῃς μέμψασθαι. ἄχρι γὰρ ἂν εἰς τοσοῦτον αἴρηται μέγεθος ἡ διαστολὴ τῆς ἀρτηρίας, ὡς μηδέπω στενοχωρεῖσθαι μηδαμοῦ, τὴν κατὰ φύσιν ἐν τοῖς τρισὶ διαστήμασιν ἀναλογίαν ἀποσώζει. στενοχωρηθεῖσα δὲ τοσοῦτον τοῦ κατ' ἐκείνην τὴν διάστασιν ἀφεῖλεν ὅσον ἔτυχε κωλυθεῖσα τοῦ πρόσω. διὰ τοῦτο τοῖς θυμουμένοις, κἂν ἄμεμπτον ἔχωσι τὴν ἕξιν, ὁ σφυγμὸς ὑψηλὸς γίνεται. τὸ γὰρ τῆς διαστολῆς ἐσχάτως ἄμετρον οὐδ' ἡ τοιαύτη πέφυκεν ἕξις ἀλύπως ἀνέχεσθαι, ἀλλ' ἤδη θλίβεται κάτωθέν τε κἀκ τῶν πλαγίων ἡ ἀρτηρία. μόνον οὖν ὅσον γυμνὸν αὐτῆς ὑπὸ τῷ δέρματι τὴν θέρμην ἅπασαν ἐκδέχεται, ὅταν δ' ἐν τοῖς ἄλλοις μὲν ἅπασιν ἡ διαστολὴ κωλυθῇ, τὸ δ' ἄνω μόνον αὐτῆς ἀπαραπόδιστον φυλαχθῇ, πλεονεκτεῖν ἀνάγκη τῶν ἄλλων τὴν κατ' ἐκεῖνο κίνησιν, ὅπερ ἦν οὐδὲν ἄλλο ἢ ὑψηλὸς σφυγμός. ἐπεὶ δὲ τοῖς θ' ὑγιαίνουσιν ἅπασι καὶ τῶν νοσούντων τοῖς πλείστοις ταῖς μεγίσταις διαστολαῖς τῶν ἐπιπολῆς ἀρτηριῶν ὧν ἁπτόμεθα τὰ μὲν ἄλλα πάντα μόρια θλίβεταί τε καὶ στενοχωρεῖται καὶ κωλύει τὰς καθ' αὑτὰ κινήσεις, τὰ δ' εἰς ὕψος ἀνέχοντα μόρια πᾶσαν ἐλευθέραν τε καὶ ἀπαραπόδιστον

ſint inculpata omnia, altus pulſus appareat oportet. Dum enim in eam attollitur magnitudinem diſtentio arteriae, ut nondum coarctetur, naturalem tuebitur trium dimenſionum proportionem: coarctata vero tantum detrahet de illa dimenſione quantum progreſſu prohibita eſt. Quocirca iratis, licet corpore ſint optime comparato, ſit pulſus altus; diſtentionis enim ſummum exceſſum ne is quidem commode ferat habitus; ſed jam ex imo premitur et ex obliquo arteria. Sola ergo pars illius ea, quae inſtrata ſola cute eſt, omnem calorem excipit. Ubi vero in aliis omnibus impedita diſtentio ſit, pars autem ejus duntaxat ſuperna ſervetur ſoluta et libera, non poterit illius motus non praeſtare caeteris, quod aliud erat nihil ac altus pulſus. Quia porro valentibus cunctis et aegrotantibus plerisque in maximis diſtentionibus arteriarum manifeſtarum, quas tangimus, partes comprimuntur aliae omnes et in anguſtum coguntur ac ſuo motu libero prohibentur, partes autem eminentes libe-

Ed. Chart. VIII. [199.] Ed. Baſ. III. (100.)

ἐπιδέχεται τὴν διαστολὴν, διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ἰατροῖς τετήρηταί τε καὶ γέγραπται τῶν θυμουμένων σφυγμὸς ὑψηλός. ἢ γὰρ οὐκ εἶδον τὸ σπάνιον, ἢ ἀμελῶν εἶδον, ἢ τοῦτον οἰκεῖον ἐνόμιζον ἑκάστου τῶν παθῶν σφυγμὸν, ὃν καὶ συνεδρεύοντα αὐτοῖς ἑώρων πλειστάκις. εἰσὶ δ' οἳ καὶ σιωπῶσιν ἑκόντες τὸ σπάνιον, ὅταν ἀπορῶσι τῆς αἰτίας, ἀλλὰ τούτου μὲν ἕνεκα κἂν μέμψαιτό τις αὐτοῖς, τῶν ἄλλων ἁπάντων συγγνώμην νείμας. μύρια γὰρ οὕτως ἄξια γινώσκεσθαι σιωπηθήσεται. χρὴ δὲ τὸν ἀληθείας ἐραστὴν ἅπαν ἀκριβῶς τὸ φανὲν ἐκδιηγεῖσθαι, κἂν ἀπορῇ τῆς αἰτίας. τί δὴ οὖν τὸ φαινόμενόν ἐστι; πολλοῖς τῶν ἰσχνῶν καὶ οὐ πάνυ τὴν δύναμιν εὐρώστων οἱ σφυγμοὶ θυμουμένοις μεγάλοι μὲν, οὐκέτι δὲ καὶ ὑψηλοὶ φαίνονται. τίς γοῦν καὶ ἡ τοῦδε αἰτία, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πόῤῥω που τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑποκειμένων ἔοικεν ὑπάρχειν, εἴ γε δὴ τὴν ῥώμην τῆς δυνάμεως τηλικαύτην ἐλέγομεν εἶναι δεῖν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς σφυγμοῖς, ὡς δύνασθαι μὲν ἐργάσασθαι μεγίστην διαστολὴν, μὴ χωρεῖσθαι δὲ ὑπὸ τῶν περιε-

rum obtinent et haud impeditum motum; hinc factum eſt ut obſervaverint medici et ſcriptis prodiderint pulſum iratorum altum eſſe. Qui certe aut rarum exemplum non animadvertunt, aut negligenter attenderunt, aut hunc duxerunt ſingulis affectibus pulſum proprium, quem cum iis cernerent frequenter eſſe conjunctum. Quidam etiam ultro rara exempla, ubi cauſa deficiuntur, reticent, quos hoc ſane nomine accuſes, ſi alia omnia ignoscas, ita enim ſcitu digna infinita ſilentio praetermittentur. Oportet enim veritatis ſtudioſum omne quod planum eſt, etiamſi ejus cauſam ignoret, ſedulo exponere. At quod tandem eſt illud evidens exemplum? Multis gracili corpore, nec facultate admodum firma, pulſus, ſi irascantur, magni et non alti videntur eſſe. Quae vero tandem hujus eſt cauſa? neque enim multum videtur ab illis, quae initio jam poſita ſunt, abeſſe; ſiquidem robur facultatis diximus eſſe tantum debere in altis pulſibus ut maximam diſtentionem poſſit moliri,

Ed. Chart. VIII. [199.] Ed. Baſ. III. (100.)

χουσῶν τὰς ἀρτηρίας χωρῶν. εἰ γὰρ τοῦτο, παντί που δῆλον ὡς ἐν ταῖς προειρημέναις διαθέσεσιν οὐκ ἐγχωρεῖ γίνεσθαι τὸν σφυγμὸν ὑψηλόν, μήτε τῆς δυνάμεως εὐρωστούσης καὶ τῶν περὶ τὰς ἀρτηρίας χωρῶν εὐρυτάτων διὰ τὴν ἕκτηξιν γεγενημένων. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο θᾶττον ἢ κατὰ τὴν προσδοκίαν εὕρηται, δῆλον οἶμαι σὺν αὐτῷ καὶ τὸ τῶν πλατέων γεγενῆσθαι σφυγμῶν. ὁπόταν γὰρ ἀπολείπηταί πως ἡ δύναμις τῆς κατὰ φύσιν εὐρωστίας, εὐρύτης δ' ἀξιόλογος ἢ χωρῶν, προσγένηται δέ τι βάρος ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν ταῖς ἀρτηρίαις, πλατύτερος ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς φαίνεται τῷ συμμέτρῳ παραβαλλόμενος. τὸ δὲ βάρος τοῦτο τὸ προσγινόμενον πολλάκις μὲν ἡ τοῦ δέρματός ἐστιν αὐτοῦ ῥυσσότης, ὥσπερ ἐπὶ τῶν γερόντων ἔχει καὶ τῶν ἰσχνῶν μέν, οὐ μὴν τῶν κατεξηρασμένων γε τὴν ἕξιν, ἐξ οὗ γένους εἰσὶν οἱ νεκριμένοι προσφάτως, πολλάκις δὲ δι' ὑγρότητα, καὶ μάλισθ' ὅταν αὐτὰ τὰ σώματα τῶν ἀρτηριῶν γεγένηται διάβροχα, καθάπερ ἐν τοῖς ὑδέροις. καταῤῥεῖ γὰρ αὐτῶν τὰ ἐπ' ἄκρου τοῦ ὕψους τεταγμένα μόρια καὶ φέρεται κάτω τὰ μὲν εἰς αὐτὴν τῶν ἀρτηριῶν τὴν κοιλότητα, τὰ δ' εἰς τὰ πλάγια. τοσοῦτον οὖν

nec loca cingentia arterias capere eam valeant. Quod ſi eſt, in commemoratos affectus planiſſimum eſt non poſſe altum pulſum incidere, quum nec valeat facultas et circum arterias loca ſint ampliſſima ex marcore. Sed hoc quum praeter expectationem celerius ſit inventum, apertum arbitror ſimul cum hoc eſſe, quaenam latorum pulſuum ſit cauſa. Nam quum naturali robore facultas aliquatenus deficiatur et latitudo ſit inſignis locorum, pondusque accedat arteriis ex ſuperioribus partibus, hic pulſus collatus ad moderatum latior eſt. Pondus hoc quod acceſſit, ſaepe ſunt ipſius cutis rugae; quod accidit ſenibus et gracilibus, qui tamen habitu non ſunt exſiccato; de quo genere ſunt et qui recenter ſunt judicati. Saepe etiam ex humiditate, praecipue ſi irrigua ſint ipſa corpora arteriarum, ut ſit in hydropicis; partes enim earum, quae in ſummo cacumine ſunt poſitae, delabuntur demittunturque partim in ipſam arteriarum cavitatem, partim in obliquum. Quare hactenus aſcenſu ne-

Ed. Chart. VIII. [199. 200.] Ed. Baf. III. (100.)

ἀνάγκη τῆς εἰς ὕψος ἀνόδου κωλύεσθαι τοὺς σφυγμούς, ὅσον ὑπερῤῥύη κάτω τὸ νῶτον τῆς ἀρτηρίας. καὶ δὴ καὶ πλεονεκτεῖν διχόθεν ἀναγκαῖον ἤδη τὸ πλάτος ἔκ τε τῶν εἰς τὰ πλάγια παραῤῥεόντων τῆς ἀρτηρίας μερῶν θλιβόντων τε καὶ διὰ τοῦτο πλατυνόντων τὰ κάτω καᾖξ ὧν αὐτὸ τὸ ὕψος ἔφθανε κε-[200]κολοῦσθαι. ἤρκει δ', οἶμαι, καὶ θάτερον αὐτῶν τὸν σφυγμὸν ἀποφῆναι πλατὺν, ἢ μειωθὲν τὸ ὕψος, ἢ αὐξηθὲν τὸ πλάτος. ἐπεὶ δ' ἄμφω συνέπεσε, διὰ τοῦτ' ἐναργὴς καὶ ἀξιόλογος ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ἡ πλατύτης ἐμφαίνεται. πῶς οὖν ὁ μακρὸς καλούμενος γίνεται σφυγμός; εὑρίσκεται γάρ ποτε τοῖς μὲν τέσσαρσι δακτύλοις ἡ κίνησις ὑποπίπτουσα, στενὴ μέντοι καὶ ἀμαυρὰ εἰς τοσοῦτον ὡς χορδῆς ἐμφασιν εἶναι λεπτῆς, ἢ καὶ τοῦτο χαλεπὸν οὐδὲν ἐξευρεῖν ἐξ αὐτῶν ὧν εἴπομεν ὁρμωμένους; εἴτε γὰρ οἷον ἰσχνῆς τινος χορδῆς εἴτε οἷον τριχὸς ἡ προσβολὴ φαίνοιτο, σκληρότης ἐξ αὐτοῦ μεγάλη τις ἐμφαίνεται τοῦ χιτῶνος τῶν ἀρτηριῶν. ἀλλ' οὐ μόνη· οὕτω μὲν γὰρ ἂν σκληρὸς ἁπλῶς ἦν ὁ σφυγμός. ἐπεὶ δὲ καὶ στενὸς καὶ ταπεινός ἐστιν, ἀναγκαῖον ἀῤῥωστοτέραν

ceſſe eſt pulſus prohibeantur, quatenus infra arteriae dorſum demittitur. Ac nimirum latitudinem jam bifariam oportet praepellere, tum quod in obliquum dilabantur arteriae partes ac comprimant, atque eo inferiorem regionem dilatari; tum vero quod imminuta ipſa altitudo ſit; quarum certe vel altera reddere pulſum latum valeat, aut imminuta altitudo, aut latitudo aucta, quia vero ambae conjunctae ſunt, hinc clare in ejuscemodi affectibus et ampla conſpicitur latitudo. Quomodo jam pulſus ſit longus, quem vocant? invenitur enim motus nonnunquam, qui quatuor digitis occurrat, ſed ita anguſtus et obscurus ut ſpeciem tenuis fidis referat. At ne hoc quidem ex iis quae diximus inventu difficile eſt, ſive enim fidem tenuem quandam occurſus, ſive pilum repraeſentet, durities ex eo arteriarum tunicae ingens ſignificatur. Verum non ea modo, durus enim tantum pulſus ſit; imo, quia anguſtus humilisque eſt, oportet imbecilliorem facultatem eſſe quam quae magna vi

Ed. Chart. VIII. [200.] Ed. Baſ. III. (100.)

εἶναι τὴν δύναμιν ἢ ὥστε διαστέλλειν βιαίως, δυσπειθὲς ὑπὸ σκληρότητος ὄργανον. τί δ' οὖν εἰ τοῦτ' ἐστιν ἀληθὲς, οὐχὶ καὶ βραχὺς εὐθέως ὁ τοιοῦτος γίνεται σφυγμός; ἢ καὶ τούτου τὴν αἰτίαν εὑρήσομεν ἀναμνήσαντες τὰς διαθέσεις ἐφ' ὧν οἱ τοιοῦτοι γίνονται σφυγμοί; τίνες οὖν αἱ διαθέσεις; ἡ μὲν ἕξις τοῦ σώματος λεπτὴ, περιτεταμένον δὲ καὶ ξηρότερόν πως τὸ δέρμα. εἴπερ οὖν τὸ χαλαρὸν ἅμα καὶ παχὺ κατακρύπτει πολὺ τῆς κινήσεως, τὸ λεπτὸν καὶ τεταμένον ἀκριβῶς ἅπαν διασώζει. καὶ δῆλον ἤδη γέγονεν ὡς χρὴ συνελθεῖν λεπτότητα μὲν ὅλης τῆς ἕξεως, ξηρότητα δὲ τοῦ δέρματος, σκληρότητα δὲ τῶν ὀργάνων, ἀῤῥωστίαν δὲ τῆς δυνάμεως, ἀλλ' οὐκ ἐσχάτην. ἄσφυκτος γὰρ ἂν οὕτως ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐ μακρόσφυκτος. οὐδὲ ὅλως γὰρ εἰς αἴσθησιν ἔξαίρει κίνησιν ἡ παντελῶς ἐκλελυμένη δύναμις μὴ ὅτι τὸ σκληρὸν ἀγγεῖον, ἀλλ' οὐδὲ τὸ μαλακόν. ὁ μὲν οὖν οὕτως μακρὸς σφυγμὸς κατὰ ἕξοχήν τινα προσαγορεύεται, λεπτὸς δ' αὐτῷ καὶ ἰσχνὸς ὄνομα τό γε ἴδιον, ὁ δ' ἁπλῶς καὶ κυρίως μακρὸς, ᾧ μὴ συνεπινοεῖται τῶν ἑτέρων δυοῖν διαστάσεων τὸ ποσὸν, ἤτοι διὰ λεπτότητα τοῦ σώματος ἢ δι' οἰκεῖον μέγεθος

instrumentum distendere propter duritiem contumax possit. Quid jam, si hoc verum est, num et brevis continuo is pulsus est? an hujus etiam causam invenerimus, si affectus commemoremus, qui praediti eo pulsu sunt? Qui tandem sunt illi affectus? habitus corporis tenuis, circumtenta aliquantoque siccior cutis; proinde si laxa et crassa magnam partem motus tegit, tenuis contentaque prorsus omnem conservat. Unde liquet conspirare gracilitatem totius habitus oportere et duritiem cutis, ad haec duritiem instrumentorum, tum imbecillitatem facultatis, non ultimam tamen; perdiderit enim sic pulsum homo, non longum habuerit, omnino enim non attollit in sensibilem motum facultas prorsus languida ne vas quidem molle, nedum durum. Sane per excellentiam longus pulsus hoc nomen sortitus est; proprium autem nomen est tenuis et gracilis. Qui absolute est et proprie longus, cum quo quantitatem non concipimus dimensionum duarum reliquarum, aut ex corporis tenuitate,

Ed. Chart. III. [200.] Ed. Baſ. III. (100. 101.)

ἀποτελεῖται τοιοῦτος· ὁ δὲ δὴ βραχὺς, ὅταν καθ' ἓν ὁτιοῦν μόριον μικρὸν ἡ ἀρτηρία μόνῳ τῷ δέρματι σκέπηται, τὸ δ' ἑκατέρωθεν ἐκείνου πᾶν αὖθις ἀθρόως εἰς τὸ βάθος δύηται. τότε γὰρ ἀνάγκη ἐπιπολῆς μόριον αὐτῆς τὸ ὑπὸ τῷ δέρματι σαφῆ τὴν κίνησιν ἅπασαν ἐνδείκνυσθαι, τὰ δ' ἐν (101) τῷ βάθει πολλῶν ἐπίπροσθεν ὄντων σωμάτων κατακρύπτεσθαι. τοῦτο δὲ φ σει μὲν πολλοῖς ὑπάρχει, κατὰ διαθέσεις μέντοι νοσώδεις ὀλίγοις, ὅταν ἐν τῇ διαθέσει διαστοφή τις τῆς ἀρτηρίας γένηται, καὶ μικρὸν μὲν ἐπιφανὲς αὐτῆς ᾖ μόριον, τὰ δ' ἄλλα πάντα πρὸς τὸ βάθος ἔσω κατασπασθῇ. ἔστι δὲ καὶ ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς τῶν κατ' ἐξοχὴν λεγομένων βραχέων, ἐπεὶ τό γ' ἴδιον ὄνομα καὶ τοῦδε παχὺς καὶ ἀδρός. ὁ δ' ἁπλῶς βραχὺς ἢ πολυσαρκίας, ἢ μικρότητος ἔγγονος ὑπάρχει. εὕρηταί μοι σχεδὸν ὑπὲρ ἁπάντων ἤδη τῶν ἀνωμαλίαν ἐργαζομένων αἰτίων, εἰ γάρ τι καὶ παραλέλειπται μικρὸν, οὐδὲν ἂν εἴη χαλεπὸν ἐκ τῶν εἰρημένων ἀνευρίσκειν.

Κεφ. ιδ'. Περὶ δὲ τῶν ἀτάκτων τε καὶ τεταγμένων ἤδη ῥητέον. ἐπεὶ τοίνυν ἀνώμαλοι πάντες εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι σφυγ-

aut ex ſua ipſius magnitudine talis evadit. Porro autem brevis ſit, ubi in parte quapiam parva, arteria ſola cute muniatur et partes ex utroque illius latere omnes in profundum affatim demergantur; namque pars ejus illa ſublimis, quae ſubter cutem eſt, aperte omnem motum prodat oportet, profundae contra, quod multa objecta ſint corpora, occultentur. Hoc multis ineſt a natura; in morboſis affectibus, ſane paucis, quum ſitu diſtorqueatur aliquo modo arteria ac parva ſit ejus pars conſpicua, reliquae intro omnes in profundum depreſſae ſint Eſt vero et hic pulſus de illis qui breves per excellentiam dicuntur; nam proprium hujus nomen eſt craſſus et turgidus, quandoquidem qui ſimpliciter brevis eſt, vel ex corpulentia nascitur, vel ex parvitate. Percurri jam omnes pene quae inaequalitatem inducunt cauſas; quod ſi qua res parva praeterita ſit, facile invenias ex commemoratis.

Cap. XIV. Proximum eſt ut de inordinatis et ordinatis dicamus. Hi pulſus quando inaequales omnes ſunt,

Ed. Chart. VIII. [200. 201.] Ed. Baſ. III. (101.)

μοὶ, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς περὶ διαφορᾶς αὐτῶν δεδήλωται, διαλλάττουσι δὲ τῷ τοὺς μὲν ἐν περιόδοις τισὶ διασώζειν τὴν ἰσότητα, τοὺς δὲ πάντη συγχέειν, ἓν κοινὸν κατὰ πάντων αὐτῶν ἐν βραχεῖ τόδε χρὴ διαγινώσκειν, ὡς τῆς αἰτίας, ἥ τις ἂν ἑκάστοτε τὴν ἀνωμαλίαν ἐργάζηται, ἑστηριγμένης μὲν ἐν τοῖς τεταγμένοις, ἀστηρίκτου δ' ἐν τοῖς ἀτάκτοις οὔσης. καὶ μέντοι καὶ τῆς φύσεως, εἴπερ τι ἄλλο, [201] καὶ ἡ τάξις οἰκεῖον, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ ὁμαλότης. ἐὰν οὖν θάτερον αὐτῶν συγχυθῇ, μακροτέραν ἐνδείκνυται τὴν βλάβην, ἐὰν δ' ἄμφω, μείζονα, συγχεῖται δ' ἄμφω μὲν ἐν τοῖς ἀτάκτοις, θάτερον δ' ἐν τοῖς τεταγμένοις μὲν, ἀνωμάλοις δὲ δηλονότι.

Κεφ. ιέ. Τὰ δ' ἐν ταῖς τῶν ῥυθμῶν ἐξαλλαγαῖς αἴτια, ταῦτα γὰρ ὑπόλοιπα διελθεῖν, οὐ χαλεπῶς ἂν οὐδ' αὐτά τις εὑρίσκοι τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐχόμενος. εἴπερ γὰρ ὀρθῶς ἡμῖν ἀποδέδεικται κατὰ μὲν τὰς διαστολὰς τῶν ἀρτηριῶν ἕλκεσθαί τις ἀερώδης οὐσία, κατὰ δὲ τὰς συστολὰς ἐκκρίνεσθαι τὸ περιττόν τε καὶ οἷον καπνῶδες τῆς ἐκ τῶν χυμῶν συγκαύσεως, ἀναγκαῖον ἔσται τῆς μὲν τοῦ διαστέλλεσθαι χρείας ἐπειγούσης μείζω τε καὶ θάττῳ γίνεσθαι τὴν διαστολὴν, τῆς δὲ τοῦ

commode docuimus in libris de differentiis pulſuum, ſed in eo variant, quod paritatem in certis circuitibus tueantur, illi confuſi undequaque ſint. Hoc in communi unum breve caput de omnibus iis cognoscendum eſt, cauſam quaecunque inaequalitatem efficiat, ſemper firmam in ordinatis et fixam eſſe, in pulſibus inordinatis non fixam. Inſuper ordo, ut aequalitas, naturae, ſi quid aliud, familiaris eſt; quare ſi alterum eorum ſit conturbatum, minorem deſignat offenſam; ſin utrunque, majorem; concurrunt autem in inordinatis ambo; alterum in ordinatis, qui inaequales ſunt.

Cap. XV. Porro et mutationum rhythmorum cauſas, (hae enim reſtant explicandae) ſi perſequare ſuperiora, facile invenias. Si enim recte demonſtratum eſt, allici per diſtentiones arteriarum aëream quandam ſubſtantiam; in contractionibus autem excrementa excerni et quaſi fuligines aduſtorum humorum, neceſſe eſt quum diſtentionis uſus inſtet, majorem fieri; celerioremque diſtentionem, quum

Ed. Chart. VIII. [201.] Ed. Baſ. III. (101.)

συστέλλεσθαι τὴν συστολήν. ταῦτ' ἄρα καὶ τῶν ἡλικιῶν ἐν αἷς μὲν πλείστη δαπάνη χυμῶν, αὗται δ' εἰσὶν αἱ μέχρι τῆς ἀκμῆς, ἐν ταύταις μὲν ὀλίγον ἀπολείπεται ἡ διαστολὴ τῆς συστολῆς, ἐν αἷς δ' ἐλαχίστη, τοῦτο δ' ἐν ταῖς πρεσβυτικαῖς γίνεται, παρὰ πολὺ πλείων ἐν ταύταις ὁ τῆς συστολῆς ἐστι χρόνος τοῦ τῆς διαστολῆς, εἰ γάρτοι καθ' ὅλον τὸ σῶμα διαπνοὴ τῆς συστολῆς τῶν ἀρτηριῶν ἔργον ἐστίν. ἐν μὲν γὰρ ταῖς διαστολαῖς ἕλκουσιν εἰς ἑαυτὰς, ὥσπερ οὖν διὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων στομάτων, οὕτω καὶ διὰ τῶν εἰς τὸ δέρμα περαιουμένων. οὐκ οὖν ἐκκρίνεταί τι τηνικαῦτ' ἐκ τοῦ σώματος, ἀλλ' εἴσω μᾶλλον πάντως ἕλκεται. ἐν δ' αὐταῖς ταῖς συστολαῖς ἐμπαλιν ἐκκρίνεται μὲν, ἕλκεται δ' οὐδέν. ὅτι δ' ἐν αἷς ἡλικίαις οὐκ εἰς τὸ τρέφεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ αὔξεσθαι κατεργάζεται τοὺς χυμοὺς ἡ φύσις, ἐν ταύταις ἀνάγκη καὶ τὰ περιττώματα πλείω γίνεσθαι, πρόδηλόν ἐστιν. ἀνάλογον γὰρ ἀεὶ τῷ ποσῷ τῶν κατεργαζομένων χυμῶν τὸ ποσόν ἐστι τοῦ περιττώματος. ἔνθα οὖν ἡ πλείστη κατεργασία, πλεῖστον ἐνταῦθα καὶ τὸ περίττωμα, ἔνθα δ' ἂν πλεῖστον περίττωμα, συνεχοῦς τε ἅμα τούτῳ καὶ πολλῆς δεῖται

contractionis, contractionem. Quamobrem quibus in aetatibus multi humores inſumuntur, quae ſunt usque ad juventutem, in his parum diſtentio cedit contractioni; in quibus pauciſſimi, quod in ſenibus fit, longe in his majus eſt contractionis tempore diſtentionis tempus, ſiquidem diffla-tus per totum corpus contractionis eſt arteriarum munus. In diſtentionibus enim in ſe attrahunt, ut aliis omnibus oscillis, ita illis etiam, quae ad cutem pertinent; nihil ergo hic quicquam ex corpore excernitur, imo vero prorſus intro trahitur. Contra in contractionibus ipſis excernitur quidem, attrahitur autem nihil. Jam in quibus aetatibus humores natura non ad nutrimentum modo, ſed etiam ad incrementum conficit, in his excrementa oportere magis affluere in aperto eſt; ſemper enim quantitati confectorum ſuccorum quantitas reſpondet excrementorum. Proinde ubi plurimi conficiuntur, illic plurima ſunt excrementa, et ubi plurima excrementa, perpetua hic et multa opus eſt

Ed. Chart. VIII. [201.] Ed. Baſ. III. (101.)

τῆς ἐκκρίσεως, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα τε καὶ τὴν κύστιν ἔχει περιττώμασιν. ἀλλὰ τὰς μὲν τούτων ἐκκρίσεις ταῖς αἰσθήσεσι διαγινώσκομεν, τὰς δὲ τῶν ἐν ταῖς ἀρτηρίαις ὁ λόγος ἐξευρίσκει. καὶ οὐκ οἶδ' εἴ τις ἢ οὐ καὶ διὰ τῆς ἐκτὸς ἐπιφανείας ὁμολογήσει κενοῦσθαι τὰς ἀρτηρίας, ἢ οὐ καθ' ὃν εἴπομεν τρόπον. ἀποδέδεικται δ' εἰς ὅσον ἐχρῆν ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῷ περὶ χρείας σφυγμῶν. εἰς δὲ τὸν παρόντα λόγον ἀρκεῖ καὶ τὰ νῦν εἰρημένα.

excretione; ut ſcilicet in ventris et veſicae excrementis fit. Caeterum horum excretiones perſpicimus ſenſibus, illorum vero, quae in arteriis ſunt, aſſequitur ratio. Ac miror, ecquis erit, qui aut per externam ſuperficiem negabit arterias vacuari, aut non quo diximus modo. Demonſtravi autem haec, quantum opus erat, in libro de uſu pulſuum; ad propoſitam disputationem ſatis haec ſunt.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΣΦΥΓΜΟΙΣ ΑΙΤΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

Ed. Chart. VIII. [202.] Ed. Baſ. III. (101.)

Κεφ. α'. Τὰς μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων τε καὶ κυριωτάτων αἰτίων ἀλλοιώσεις τῶν σφυγμῶν ὁ πρόσθεν λόγος αὐτάρκως ἐξηγήσατο, τὰς δ' ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσαι μὴ δι' ἑαυτῶν ἄντικρυς, ἀλλὰ τῷ τὰ πρῶτα τρέπειν αἴτια σφυγμῶν λέγεται, νῦν ἐπέξιμεν. ἐπεὶ δὲ τούτων τὰ μέν ἐστι παρὰ φύσιν, τὰ δὲ κατὰ φύσιν, τὰ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ τούτων, ἃ δὴ καὶ οὐ φύσει καλοῦσιν, εὔλογον ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ἄρξασθαι, καὶ τάξιν γε τὴν αὐτὴν ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ ἣν περ κἀν τῷ τοῖς εἰσαγομένοις γεγραμμένῳ πεποιήμεθα. τά τε

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM LIBER III.

Cap. I. Poſtquam de pulſuum alterationibus, quae ex primis et praecipuis cauſis proficiscuntur, ſatis ſuperiori ſermone disputavimus, illas nunc explicabimus, quae ab aliis omnibus fiunt; quae non per ſe plane, quod mutent primas, cauſae pulſuum vocantur. Hae autem quia partim praeter naturam ſunt, partim naturales, partim etiam inter has mediae, quas non naturales vocant, ut a naturalibus exordiamur par eſt, eodemque ordine dicamus quem in libro tironibus ſcripto inſtituimus. Nam praeter alia

Ed. Chart. VIII. [202.] Ed. Baf. III. (101.)

γὰρ ἄλλα καὶ γένοιτ' ἂν ἐξήγησίς θ' ἅμα τῶν ὀρθῶς ἐν αὐτῷ λεγομένων ἐνδειξίς τε τῶν εὐλόγως παραλελειμμένων, παραλέλειπται δὲ τὰ μὲν ὅλως, τὰ δ' ἐν τῷ μὴ διορίσασθαι. πᾶν γὰρ ὅσον ἔμελλεν ἀσαφὲς ἔσεσθαι τοῖς ἀρχομένοις τῆς θεωρίας, ἐδόκει χρῆναι παραλιπεῖν. παραλέλειπται δ' οὐχ ἥκιστα καὶ ὁ τῆς αἰτίας λογισμός. ἄμεινον γὰρ ἦν τοῖς εἰσαγομένοις ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων γυμνάσασθαι πρότερον ἐμπειρικῶς, ἔπειθ' ὕστερον ἅπασαν ἐκδιδαχθῆναι τῷ λόγῳ τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος. ὡς τοίνυν γεγυμνασμένοις αὐτοῖς καὶ μανθάνειν τοὺς τελειοτέρους λόγους δυναμένοις ἤδε ἡ πραγματεία σύγκειται, διὰ μὲν τῶν προτέρων δυοῖν ὑπομνημάτων εἰς ὅσον αὐταρκες ὑπὲρ τῶν συνεκτικῶν ὀνομαζομένων αἰτίων διαλεχθεῖσα, διὰ δ' αὖ τῶν λοιπῶν δυοῖν, τούτου τε καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν, περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐκδιδάξουσα. ἀρκτέον δὲ ἤδη τοῦ λόγου προχειριζομένους ἑκάστην ῥῆσιν τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ γεγραμμένων, ἔπειτ' ἐξηγουμένους. εἴη δ' ἂν ἡ πρώτη τῶν εἰς τὸν παρόντα λόγον ἐπιτηδείων ἥδε.

enarrabuntur etiam, quae illic recte tradidimus; ſimulque oſtendentur, quae congrue illic ſunt praeterita. Ac reliquimus quaedam prorſus; aliqua hactenus, ut non diſtincte explicaremus; quicquid enim initiatis huic commentationi allaturum erat obſcuritatem, hoc viſum eſt praeterire: potiſſimum autem omiſſa eſt cauſarum explicatio. Praeſtabat enim initiatis in ipſis exerceri operoſius primum per experientiam, deinde univerſam aliquando perdiſcere ratione eſſentiam rei. Itaque ut exercitatis jam illis et aſſequentibus abſolutiorem narrationem hanc lucubrationem conſcripſi, quae prioribus duobus commentariis quantum de cauſis quas continentes appellant ſatis erat diſſeruit, duobus reliquis, hoc et proximo, caetera omnia plana faciet. Itaque aggrediamur narrationem ac ſingula capita quae in illo libro conſcripſimus proponamus, eaque inde interpretemur. Primum ex iis quae accommodata inſtituto noſtro ſunt hoc ſit.

Ed. Chart. VIII. [203.] Ed. Baſ. III. (101. 102.)

Κεφ. β'. [203] Ἄνδρες μὲν οὖν γυναικῶν ὡς ἐπίπαν μείζονα πολλῷ καὶ σφοδρότερον ὡσαύτως πολλῷ καὶ βραδύτερον ὀλίγῳ καὶ ἀραιότερον ἱκανῶς τὸν σφυγμὸν ἔχουσιν.

Ἡ μὲν λέξις αὕτη. καὶ διότι πρῶτος οὗτος ὁ λόγος ἐπειτηδειότερος ἦν λέγεσθαι δι' ἐκείνου τοῦ γράμματος δεδήλωται. ὥστε, οὐ γὰρ ἔθος ἡμῶν περὶ τῶν αὐτῶν γράφειν πολλάκις, ἐπὶ τὰς αἰτίας ἰτέον ἤδη καὶ δεικτέον τὴν ἀνάγκην τῆς φύσεως τοῦ πράγματος, δι' ἣν οὕτω μὲν ἀνδράσιν, οὕτω δὲ γυναιξὶν ἔχει τὰ κατὰ τοὺς σφυγμούς. ᾧδ' οὖν. ἐπειδὴ θερμότερόν ἐστι καὶ ξηρότερον τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος, ὡς καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων εἴρηται, καὶ ἡμῖν δὲ δι' ἑτέρων ἀποδέδεικται, τήν τε χρείαν ἀναγκαῖον ἤδη τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως καὶ τὴν τῶν ὀργάνων κατασκευὴν ἑτεροίως ἔχειν αὐτοῖς· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ αὐτοὺς (102) τοὺς σφυγμούς. ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ὡς πλήθει θερμασίας οἰκεῖός ἐστιν ὁ μέγας σφυγμός. εἴπερ οὖν θερμότερον τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος, εὐθὺς ἂν καὶ μείζους ἔχοι τοὺς σφυγμούς, καὶ εἰ πολλῷ θερμότερον,

Cap. II. *Viri mulieribus pulſum fere habent longe tum majorem tum vehementiorem, paulo tardiorem, ſatisque rariorem.*

Hoc eſt caput. Cur autem accommodatior haec oratio ſit ut primo loco referatur, in illo libro eſt explicatum. Itaque quia non eſt noſtri inſtituti ſaepius de rebus iisdem ſcribere, ad cauſas jam pergendum eſt declarandumque quae imponatur neceſſitas naturae rei, quamobrem virorum et mulierum pulſus aliter atque aliter comparati ſint, ad hunc modum. Quandoquidem calidior et ſiccior foemina mas eſt, ut praeſtantiſſimi quique ſenſerunt veterum medicorum et philoſophorum, nosque alias demonſtravimus, uſum generationis pulſuum et inſtrumentorum praeparationem differre in illis oportet; quod ſi haec, tum ipſos etiam pulſus; etenim copioſo calori in ſuperioribus libris oſtendi magnum pulſum familiarem eſſe. Itaque ſi calidior mas foemina eſt, etiam pulſus ſtatim habebit majores; ſi multo calidior, multo majores; at enim tum calidior, tum

Ed. Chart. VIII. [203.] Ed. Baſ. III. (102.)

πολλῷ μείζους. ἀλλὰ μὴν καὶ θερμότερον καὶ πολλῷ θερμότερόν ἐστιν, ὥστε καὶ μείζους καὶ πολλῷ μείζους ἕξει τοὺς σφυγμούς. ἀλλ' ὅτι μὲν θερμότερον ἔκ τε τῶν περὶ κράσεων ἡμῖν ἤδη γεγραμμένων καὶ τῶν ἔτι πρότερον τοῖς παλαιοῖς εἰρημένων αὐτάρκως ἀποδέδεικται· ὅτι δὲ καὶ πολλῷ, τοῦτ' οὐκέτι οὔτε ὑμεῖς οὔτε ἄλλος τις ἀπέδειξε. νῦν οὖν ἀποδεικνύσθω, ἢ οὐδέπω πιστὸς ὁ σύμπας λόγος. πρῶτον μὲν ἀναμνησθῆναι χρὴ τοῦ προκειμένου τῇ λέξει καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἀναγνῶναι, καθ' ἕκαστον ὄνομα προσέχοντα τὸν νοῦν. τί γάρ φησιν; ἄνδρες μὲν οὖν γυναικῶν ὡς ἐπίπαν μείζονα πολλῷ τὸν σφυγμὸν ἔχουσι. τί δὴ τοῦτ' ἔστι τὸ ἐπίπαν ἐπιμελῶς χρὴ διασκέψασθαι. οὐ γὰρ δὴ μάτην γε πρόσκειται, ἀλλ' ἔστιν ἐν αὐτῷ τὸ πᾶν κῦρος τοῦ λόγου. τῷ γὰρ μήτε ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ὡσαύτως ἅπαντας ἡμᾶς κεκρᾶσθαι μήτ' ἐπιτηδεύμασι μήτε διαίταις ὁμοίαις κεχρῆσθαι τὸ καθόλου τῆς ἀποφάσεως διαφθείρεται, δυναμένης ποτὲ γυναικὸς εὑρεθῆναι μὴ ὅτι πολλῷ μικρότερον, ἀλλὰ μηδὲ μικρὸν ὅλως, μηδ' ἴσον, ἀλλὰ καὶ σαφῶς μείζονά τινων ἀνδρῶν ἐχούσης

multo eſt calidior, proinde et majores et multo majores pulſus obtinebit. Nam calidiorem eſſe cum in libris quos De temperamentis jam edidimus tum vero antea etiam in veterum ſcriptis ſatis probatum eſt; jam vero multo calidiorem, id nondum nec vos, nec quisquam demonſtravit alius; quare faciendum nunc id nobis eſt, ut demonſtremus, alioqui nequaquam conſtituta erit et confirmata tota oratio. Primum initium capitis commemorandum eſt atque ipſum totum legendum, ſingulaque verba attendenda. Nam quid dicit? *Viri mulieribus pulſum in univerſum habent multo majorem.* Quid hoc ſit, *in univerſum*, ſumma diligentia expendendum eſt; certe enim non temere quidem appoſitum eſt, ſed totum firmamentum in eo et cardo verſatur orationis. Nam quia nec inde ab initio perinde nos temperati omnes ſumus, nec vitae inſtitutis iisdem, nec victu uſi, univerſalis affirmatio tollitur, quum inveniri interim poſſit mulier, cujus non ſolum non multo minor pulſus, ſed omnino ne parvus quidem ſit, nec par, ſed plane etiam quam

Ed. Chart. VIII. [203. 204.] Ed. Bal. III. (102.)

τὸν σφυγμόν. ἄνδρα γάρ μοι νόει φλεγματικώτερον φύσει, ψυχρὰ δ' ἂν ἥδε κρᾶσις εἴη καὶ ὑγρὰ παραβαλλομένη γυναικὶ χολωδεστέρᾳ φύσει, τοῦτ' ἔστι θερμοτέρᾳ τε καὶ ξηροτέρᾳ. ἀρκείτω δὲ μὴ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὁ μὲν τὸν Πόντον, ἡ δὲ τὴν Αἴγυπτον ἐποικείτω, καὶ σκιατροφείσθω μὲν καὶ ἀργείτω καὶ διατεθρύφθω κατὰ τὴν δίαιταν ὁ ἀνὴρ, θυραυλείτω δ' ἡ γυνὴ καὶ γυμναζέσθω πολλὰ καὶ μετρίως διαιτάσθω, μείζων ὁ τῆς τοιαύτης γυναικὸς ἢ ὁ τοῦ ἀνδρὸς ἔσται σφυγμός. ἀλλ' ἐὰν ἐν τῇ φύσει διαιτώμενον ἑκάτερον φυλάξῃς καὶ τὴν οἰκείαν κρᾶσιν ἐξ ἀρχῆς κεκραμένον ἑνί τε χωρίῳ καὶ ταὐτῷ χρώμενον, οὐ μείζων μόνον, ἀλλὰ καὶ πολὺ μείζων ὁ τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς σφυγμὸς γένοιτ' ἄν. ὅσον μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ φυσικῇ κράσει μείζων ἁπλῶς, οὐ μὴν πολλῷ μείζων γένοιτ' ἄν. ἐπεὶ δὲ τὸ ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐπιτηδευμάτων ἑκατέρῳ προσέρχεται διάφορον, ἡ μὲν γὰρ ἀταλαίπωρον, ὁ δὲ ἐν πόνοις πλείοσι διαιτᾶται, [204] πολὺ δή τι θερμότερος ὁ ἀνὴρ οὕτω γίνεται καὶ διὰ τοῦτο τοὺς σφυγμοὺς πολλῷ μείζους ἴσχει τῆς γυναικός. πρόσκειται δὲ τὸ ἐπίπαν

quorundam virorum major. Fac virum mihi fingas natura pituitoſiore; frigidum hoc erit temperamentum humidumque, ſi cum muliere conferas natura bilioſiore, id eſt calidiore et ſicciore. Nec hic conſiſtamus, ſed incolat ille Pontum, haec Aegyptum, praeterea vir in umbra vivat et otio ac multis in delitiis molliterque, mulier ruri agat ac multa in exercitationibus ſit et victu utatur modico, hujus mulieris pulſus quam viri major erit. Verum ſi ut poſtulat natura, viventem utrumque obſerves et in ſua propria ab initio temperie conſtitutum, unaque et eadem commorantem in regione, non major tantum, ſed multo etiam major ſit hujus viri pulſus; nam pro naturali quidem temperamento major tantum, non multo major erit. Verum quum acceſſit a peculiaribus vitae inſtitutis utrique differentia, illa in otio vivat, hic in multis laboribus, multo ſane ita calidior vir efficitur, itaque pulſibus eſt multo quam mulier majoribus. Additum eſt autem capiti, *in univer-*

Ed. Chart. VIII. [204.] Ed. Baſ. III. (102.)

ἐν τῇ ῥήσει τοῖς εὐφυεστέροις τῶν εἰσαγομένων οἷον κέντρον τι, διεγερτόν τε καὶ παρορμῶν ἐπὶ τὴν ἔρευναν ἁπάσης τοῦ πράγματος τῆς φύσεως. εὐθὺς γὰρ καὶ περὶ τῆς κατὰ φύσιν ἐν ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ διαφορᾶς ἐννοήσουσί τε καὶ πᾶν ἐπιβλέψουσιν τὸ κατὰ πάντα ζῶα γένος ἄῤῥεν ὡς ἰσχυρότερόν ἐστι τοῦ θήλεος, καὶ ὡς τῷ μὲν θήλει τὸ κύειν τε καὶ θηλάζειν καὶ ὅλως ἐκτρέφειν τὰ γεννηθέντα κατὰ φύσιν, τῷ δ' ἄῤῥενι τό τε τροφὰς ἐκπορίζειν αὐτοῖς καὶ ὑπερμαχεῖν ἐπιβουλευομένοις, ἐξ ὧν εἴσονται τὴν μὲν ὡς ἄῤῥενος ἀεὶ πρὸς θῆλυ διαφορὰν μείζονας ἁπλῶς τοὺς σφυγμοὺς ἐργαζομένην, τὴν δ' ὡς ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα πολλῷ μείζονας. οὕτω δὲ καὶ σφοδροτέρους μὲν ἁπλῶς ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει τοὺς τῶν ἀῤῥένων σφυγμούς, πολὺ μέντοι σφοδροτέρους τοὺς τῶν ἀνδρῶν παρὰ τὰς γυναῖκας, ὅτι τοῖς μὲν αὐξάνεσθαι τὸν φυσικὸν τόνον ἐν τοῖς πόνοις ἀνάγκη, ταῖς δ' ἀργούσαις ἐκλύεσθαι. εἰ δὲ καὶ μηδὲν τούτων αὐτός τις ἐξεύροι σαφῶς, ἀλλ' εἰς ὑπόνοιάν γε αὐτῶν ἀφίκοιτ' ἂν ζητῶν, ἢ τοὔσχατόν γε οἷον διψῶν ὧν ἐπιθυμεῖ μὲν εὑρεῖν, οὐδέπω δ' εὕρηκεν, ἐπὶ τὸν

ſum, quod ſagacioribus tironibus pro ſtimulo quodam excitante eſt et ad totius rei perſcrutandam naturam inſtigante. Statim enim de naturali differentia viri et mulieris meditabuntur et intuebuntur univerſum genus in omnibus animantibus, maſculinum valentius foeminino eſſe, atque foemellae eſſe officia concipere lactareque denique foetus naturales educare, maris vero nutrimenta iis ſuppeditare et ſi petantur inſidiis defendere. Unde perſpicient ſemper differentiam ut maris ad foemellam majores tantum pulſus creare, at differentiam ut viri ad mulierem multo majores. Sic etiam vehementiores tantum, ſi naturam ſpectes, pulſus marium, longe vero vehementiores virorum quam mulierum, quia contentionem illis naturalem in laboribus creſcere oportet, his, quia ociantur, remitti. Horum etiam ſi aperte nihil tua ſponte inveneris, at in opinionem eorum inquirendo venies; aut certe, veluti ſiti eorum ardens, quae cupis invenire, neque dum inveniſti, ſi ad magiſtrum, qui docere

Ed. Chart. VIII. [204.] Ed. Baſ. III. (102.)

διδάξαι δυνάμενον ἀφικόμενος, τάχιστά τε ἂν οὕτω μάθοι καὶ μάλιστα μνημονεύσειεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως. ἡ δὲ ῥώμη τῆς δυνάμεως ἡ τοῖς ἄῤῥεσιν ὑπάρχουσα δοίη ἄν τι καὶ αὐτὴ τοῖς σφυγμοῖς μεγέθους, ὥστ᾽ οὐ μόνον διὰ τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ῥώμην οἱ τῶν ἀῤῥένων σφυγμοὶ μείζους γενήσονται. δέδεικται γὰρ οὖν καὶ τοῦτ᾽ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ, τὸ ταῖς εὐρώστοις δυνάμεσι τοὺς μεγάλους σφυγμοὺς οἰκείους ὑπάρχειν. ἆῤ᾽ οὖν ταύτῃ μόνον ἄνδρες γυναικῶν εἰς σφυγμῶν αἰτίας διαλλάττουσιν, ἢ καὶ τὸ περὶ τῆς ἕξεως τοῦ σώματος τοῖς ἑκατέροις πάμπολυ προσέρχεται; τοῖς μὲν γὰρ ὅλον σῶμα εὔπνουν τε καὶ καθαρὸν καὶ ἀπέριττον καὶ ἄθλιπτον, ταῖς δὲ τἀναντία στεναὶ μὲν αἱ μεταξὺ τῶν ἀγγείων χῶραι, πιμελῆς αὐτὰς καὶ σαρκὸς μαλακῆς καί τινων φλεγματωδῶν περιττωμάτων καταλαμβανόντων, πυκνόν τε καὶ δύσπνουν τὸ σῶμα καί τινες συστάσεις πολλαχόθι τοῦ σώματος ἀργῶν καὶ παχέων καὶ ἀπέπτων ὑγρῶν, ὑφ᾽ ὧν ἁπάντων θλίβεσθαί τε καὶ στενοχωρεῖσθαι τὰς ἀρτηρίας αὐτῶν ἀναγκαῖον, οὔσας καὶ φύσει πολὺ τοῖς

ea valeat, applicaveris, et citiſſime diſces et optime memoria complectere. Atque haec ſic habent. Robur jam facultatis, quod maribus adeſt, conferet aliquid et ipſum pulſibus magnitudinis; quare non ſolum ex caloris abundantia, verum etiam ex robore marium majores pulſus fient. Sed hoc etiam in libro primo probavi, validis facultatibus eſſe magnos pulſus peculiares. Quid jam viri nunquid hactenus tantum a mulieribus diſtant in cauſis pulſuum; an etiam momentum utrisque ex corporis habitu non leve accedit? Illi enim totum corpus ad perſpiratum habent probe comparatum, purum, excrementis vacuum, non compreſſum; his contra arctae inter vaſa regiones ſunt, quas adeps mollisque caro atque excrementa quaedam occupant pituitoſa; ad haec ſpiſſum eſt et quod difficile perſpiret corpus; praeterea coguntur quidam in plerisque corporis partibus illaborati, craſſi crudique humores, a quibus comprimi omnibus arterias earum ſua natura alioqui longe minore mole

Ed. Chart. VIII. [204.] Ed. Baſ. III. (102.)

ὄγκοις ἐλάττους, ὥστε πάντη πάντοθεν εἰς μικρότητα σφυγμῶν αὐτοῖς παρεσκευάσθαι τὴν ἕξιν. ἐν δὲ μόνον εἰς τὸ μέγεθος ἐπιτήδειον ἔχουσαι τὴν μαλακότητα τῶν ὀργάνων, οὐδὲν οὐδ' ἀπὸ ταύτης ὀνίνανται· πρῶτον μὲν, ὅτι πλείω τε καὶ ἰσχυρότερα τὰ τῆς μικρότητος αἴτια γίνεται, δεύτερον δ', ὅτι πολλὴ μὲν ἡ παρ' ἐκεῖνα διαφορὰ τῶν ἀνδρῶν πρὸς τὰς γυναῖκας, ἐλαχίστη δ' ἡ διὰ τὴν μαλακότητα τῶν ὀργάνων. οὐ γὰρ οὕτω ξηρότερον λέγεται τὸ τῶν ἀνδρῶν σῶμα τοῖς τῶν γυναικῶν παραβαλλόμενον, ὡς ἂν εἰ τύχοι λίθος τις εἴη πηλοῦ ξηρότερος, οὐδ' ἂν εὕροις ἐν αὐτοῖς τοῖς χιτῶσι τᾶν ἀρτηριῶν πολλὴν τὴν ὑπεροχὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἀνδρῶν ὄργανον οὕτως ἔχει κατασκευῆς, ὡς εὐπειθὲς εἶναι πρὸς τὴν ἐνέργειαν. εἰ δὲ καὶ μεγάλη τις ἦν ὑπεροχὴ καὶ πολλῷ τὸ τῆς γυναικὸς ὄργανον ὑπῆρχε μαλακώτερον, αὐτὸ δὴ τοῦτο μικροτέρους ἂν εἰργάσατο τοὺς σφυγμούς. ἔνθα μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι τὸ βαρῦνον, ἢ θλῖβον, ἢ στενοχωροῦν, ἐνταῦθα τὸ μαλακώτερον ὄργανον ἐπιτηδειότερον εἰς μέγεθος διαστολῆς, ἔνθα δ', ὡς ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς γυναικείας ἕξεως ἐρρέθη, τὰ θλίβοντα

praeditas coarctarique neceſſe eſt. Quare habitus iis omnino eſt undequaque ad parvitatem pulſuum diſpoſitus. Unum modo ad magnitudinem conſecutae ſunt appoſitum, mollitiem inſtrumentorum quae illis etiam nulli uſui eſt; primum, quia ſunt plures parvitatis fortioresque cauſae: deinde, quod quum late in illis viri a mulieribus diſtent, minimum diſſideant in mollitie inſtrumentorum. Neque enim perinde ſiccius virorum dicitur corpus collatum ad mulierem, ut ſi verbi gratia lapis ſit coeno ſiccius; neque multum invenias exceſſum in arteriarum ipſis tunicis; imo vero inſtrumentum virorum ita comparatum eſt, ut ad ſunctionem ſit ſequax. Quin ſi major exceſſus ſit et multo mulieris inſtrumentum mollius, id ipſum ſane ſit in cauſa cur minores fiant pulſus. Siquidem ubi nihil eſt quod gravet, vel comprimat, vel coarctet, illic accommodatius ad magnam diſtentionem eſt mollius inſtrumentum; at ubi, ut modo in mulierum oſtendimus habitu, preſſus, pondera atque coarctationes

Ed. Chart. VIII. [204. 205.] Ed. Baſ. III. (102. 103.)
καὶ βαρύνοντα καὶ στενοχωροῦντα πολλὰ, ἐνταῦθα τὸ μαλακώτερον ὄργανον ἀφυέστερον εἰς τὴν διαστολὴν, ὡς ἂν ῥᾷον ὑπὸ πάντων τῶν λυπούντων νικώμενον. [205] ὅτι μέντοι ταῦτα πάντα περὶ τῶν ἄριστα μὲν κατεσκευασμένων σωμάτων, οἰκείως δὲ ταῖς κατασκευαῖς διαιτωμένων λέγεται, δῆλον μὲν κἀξ ὧν ἤδη προειρήκαμεν· ὁ μέντοι σύμπας καὶ τέλειος ὑπὲρ αὐτῶν λόγος ὁ μετ' ἀποδείξεως περαινόμενος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως γέγραπται. ὥστε κἀκείνην τὴν πραγματείαν ἀναγνωστέον ἐστὶ τοῖς ὀρθῶς μέλλουσι μετιέναι τὰ περὶ τοῦ σφυγμοῦ. καὶ μέντοι καὶ περὶ τοῦ ταχέος σφυγμοῦ διὰ τοῦ τρίτου τῶν ὑπομνημάτων ἐκείνων ἀποδέδεικται, πηλίκον ἁμαρτάνουσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν εἰς τὴν διάγνωσιν αὐτῶν βραχυχρόνιον εὐθὺς καὶ ταχὺν εἶναι νομίζοντες. ἀμέλει καὶ τὸν τῆς γυναικὸς σφυγμὸν, ἕνεκα γάρ τοι τῶν νῦν προκειμένων ἐμνημόνευσα τῶν ἐν ἐκείνοις ἀποδεδειγμένων, ἱκα(103)νῶς ταχὺν εἶναι νομίζουσιν. ὁ δ' ἐστὶ μὲν θάττων, οὐ μὴν ἀξιολόγῳ γέ τινι καὶ μεγάλῃ διαφορᾷ τοῦ τῶν ἀῤῥένων ὑπερέχει. τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς τοῦτο καὶ γέγραπται καλῶς τοῖς εἰσαγομένοις, βραχεῖ βραδύτερος ὁ

multae, hic inſtrumentum mollius, ut quod omnibus quae infeſtant facile cedat, ad diſtentionem eſt ineptius. Verum de corporibus haec omnia optime conſtitutis referri et conſtitutioni viventibus convenienter, vel ex his planum eſt, quae commemoravimus; at abſoluta de his et integra diſputatio ac demonſtratione confirmata in ſecundo libro de pulſibus dignoſcendis prodita eſt; quare qui commemorationem probe de pulſibus geſtit aſſequi, ei illo opere opus eſt revoluto. Iam vero etiam de celeri pulſu eſt in tertio illorum commentariorum demonſtratum, quantus error ſit plurimorum in eo dignoſcendo, qui pulſum brevi tempore durantem ſtatim etiam velocem arbitrantur eſſe. Et nimirum mulieris pulſum (nam cauſa praeſentis diſputationis memini, quae demonſtravi illic) bene celerem putant eſſe; eſt vero ille celerior quidem, non inſigni tamen et magna differentia excellit pulſum virorum. Sic ſe res habet et recte tironibus ſcriptum eſt paulo eſſe virorum tardiorem pul-

Ed. Chart. VIII. [205.] Ed. Baſ. III. (103.)

τῶν ἀνδρῶν εἶναι σφυγμὸς τοῦ τῶν γυναικῶν, οὐ μὴν ἥ γ' αἰτία πρόσκειται, καθάπερ οὐδ' ἄλλῳ τινὶ τῶν ἐκεῖ γεγραμμένων. ἀλλὰ νῦν εἰρήσεται. ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ καὶ τὴν δύναμιν ἀῤῥωστοτέραν εἶναι καὶ τὴν θερμασίαν ἐλάττονα τὴν τῶν γυναικῶν, ἐχρῆν καὶ τὸν σφυγμὸν εἶναι βραδύτερον, ἀμφοτέροις γὰρ τοῖς εἰρημένοις αἰτίοις οἰκεῖος ὁ τοιοῦτος ἐδείχθη. ἀλλ' ἐπεὶ πολλῷ μικρότερός ἐστι καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ τῆς χρείας οὐχ ἱκανῶς πληροῦται, προστίθησιν ὅσον δύναται τῷ τάχει. τοῦτο γὰρ ὁ πρῶτος λόγος ἐδειξεν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, καὶ ὅστις οὐ μέμνηται τῶν ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένων, μάτην καὶ τούτοις ἐντυγχάνει. εἰ μὲν οὖν τὸ προσιὸν τοῦ τάχους τοσοῦτον ἦν ὡς αὐτάρκως ἅπασαν τὴν χρείαν πληροῦν, οὐδὲν ἂν ἔδει πυκνότητος· ἐπεὶ δὲ πολλῷ μὲν ἀπολείπεται τῆς χρείας ἡ ἐνέργεια διὰ τὴν μικρότητα τῆς διαστολῆς, βραχὺ δ' ἐπωφελεῖται διὰ τὸ τάχος, ἀναγκαῖον ἤδη πυκνὸν ἀξιολόγως γενέσθαι τὸν σφυγμόν. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο διὰ τοῦ πρώτου δέδεικται λόγου. γυναῖκες μὲν οὖν ἀνδρῶν οὕτω διαφέρουσι τοῖς σφυγμοῖς, τὸ δ' ἄῤῥεν βρέφος τοῦ θήλεος ἀνάλογον μὲν, οὐ μὴν πάντῃ γε ὡσαύτως, ἀλλ' ὡς ἔμπροσθεν εἴπομεν.

ſum quam mulierum; at cauſa illic, ut in omnibus eo loco traditis, omiſſa eſt, quam nunc aperiemus. Quatenus quidem infirmior facultas eſt et calor parcior mulierum, debebat tardior etiam pulſus eſſe, quod eum utrique huic cauſae oſtendimus eſſe peculiarem; caeterum, quia multo eſt minor, eoque minus uſui ſatis fit, auget, quantum poteſt, celeritatem; quippe hoc primus liber eſſe neceſſarium probavit; itaque cui illa exciderunt, quae in illo libro docuimus, nequicquam haec legit. At ſi quidem celeritatis tanta acceſſio ſit, ut omni uſui foret complendo, non quaereretur crebritas; ſed quoniam multum uſui cedit functio ob diſtentionis parvitatem, aliquantum autem adiuvatur a celeritate, oportet jam ſatis pulſus ſit creber; id quod etiam in primo libro eſt declaratum Ergo mulieres ad hunc modum a viris pulſu diſtant. Maſculi infantis ad foeminam ſimilis ratio eſt; non undique tamen eadem, ſed quomodo diximus

Ed. Chart. VIII. [205. 206.] Ed. Baſ. III. (103.)

ἁπλῶς γὰρ μείζονα καὶ σφοδρότερον καὶ ἀραιότερον, οὐκέτι δὲ καὶ πολλῷ τὸν σφυγμὸν ἔχει τὸ ἕτερον τοῦ θήλεος. περὶ μὲν δὴ τούτων ἀρκεῖ καὶ ταῦτα. μεταβῶμεν δ' ἐπὶ τὴν ἑξῆς ῥῆσιν περὶ τῆς κατὰ τὴν κρᾶσιν διαφορᾶς διδάσκουσαν.

Κεφ. γ'. Οἱ δὲ φύσει θερμοὶ μείζονα μὲν καὶ ὠκύτερον καὶ πυκνότερον πολλῷ, σφοδρότερον δὲ οὐ πολλῷ.

Καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐν ἑαυτῷ περιέχει ζήτημα μέγιστον, ᾧ μηδ' ἐπιβάλλειν τις δύναται τὴν διάνοιαν τῶν εἰσαγομένων, εἰ μὴ πάνυ συνετὸς ὑπάρχει. τῶν γὰρ φύσει θερμῶν τοὺς μὲν ὑγροὺς εἶναι λέγουσι, τοὺς δὲ ξηρούς. ἐχρῆν οὖν οὐχ ἁπλῶς εἰρῆσθαι τῶν φύσει θερμῶν τοὺς σφυγμούς, ἀλλὰ πρότερον μὲν τῶν μεθ' ὑγρότητος, δεύτερον δὲ τῶν μετὰ ξηρότητος. οὐ γὰρ δὴ πάντες οἱ θερμοὶ φύσει τοὺς αὐτοὺς ἔχουσι σφυγμούς, ἀλλὰ καὶ τρίτοι τινές εἰσιν, εὔκρατοι μὲν ὅσον ἐφ' ὑγρότητι καὶ ξηρότητι, δύσκρατοι δ' ὅσον ἐπὶ θερμότητι. καὶ ὡς οὐκ ὀρθῶς αὐτοὺς παρεῖδον ὅσοι πρὸ ἡμῶν διείλοντο τὰς κράσεις ἀποδέδεικται διὰ τῶν γραφέντων ἡμῖν περὶ κράσεων ὑπομνημάτων. [206] τούτους δὴ καλεῖν ἔθος

antea; nam majorem tantum, vehementiorem, rariorem, non multo item pulſum habet maſculus quam foemina. Atque de his hactenus. Nunc ad proximum caput digrediamur, quod de differentia docet ex temperamento.

Cap. III. *Calidi natura multo habent majorem, celeriorem, crebriorem, vehementiorem non item multo.*

Complectitur et haec oratio quaeſtionem maximam, cui ne adhibere quidem, niſi praeditus ſingulari prudentia ſit, ullus tironum animum poteſt; etenim qui natura calidi ſunt, partim eos eſſe humidos ajunt, partim ſiccos. Quo minus abſoluto ſermone pronunciatos oportuit eorum pulſus, qui natura calidi ſunt; ſed prius illorum, qui ſimul humidi ſunt, ſecundo loco eorum, qui ſicci; neque enim qui natura calida ſunt, eundem omnes pulſum edunt; imo vero ſunt quidam tertii, temperati illi quidem humiditate et ſiccitate, at calore intemperati; at eos neglexiſſe parum recte, qui ante nos temperamenta diſcreverunt, in commentariis, quos ſcripſi de temperamentis, oſtendi. Ergo hos moris eſt calidos vo-

Ed. Chart. VIII. [206.] Ed. Baſ. III. (103.)

ἔστι θερμοὺς, τοὺς τῶν τεττάρων δυνάμεων, μίαν μόνην ταύτην ὑπὲρ τὰς ἄλλας ἔχοντας. οὗτοι τοίνυν εἰς ὅσον θερμότεροι τῶν εὐκράτων εἰσὶν εἰς τοσοῦτον καὶ μείζονας καὶ ὠκυτέρους καὶ πυκνοτέρους ἔχουσι τοὺς σφυγμούς. καὶ ἡ αἰτία πρόδηλος τοῖς μεμνημένοις τῶν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ γεγραμμένων. ἀλλὰ διὰ τί σφοδροτέρους οὐ πολλῷ τοὺς τοιούτους εἴπομεν σφυγμούς; καίτοι γ' ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῆσδε τῆς πραγματείας ἀποροῦντες, εἰ δύναται γενέσθαι σφοδρότερος ὁ σφυγμὸς ἄνευ τοῦ τὴν δύναμιν εἰς ῥώμην ὠφεληθῆναι· ὅτι τοῖς εἰσαγομένοις οἱ τοιοῦτοι πάντες σφυγμοὶ σφοδρότεροι φαίνονται. παράκειται γάρ πως ὁ ταχὺς ἅμα καὶ μέγας σφυγμὸς κατά γε τὴν ἀδιάρθρωτον φαντασίαν τῷ σφοδρῷ, ὥστε καί τινες καὶ αὐτῶν τὰ συγγράμματα καταλελοιπότων ἡμῖν ἰατρῶν οὐδ' ἄλλον τινὰ σφοδρὸν ἔφασαν εἶναι σφυγμὸν ἢ τὸν ἐκ μεγέθους τε καὶ τάχους σύνθετον. οὐκ οὖν ἐχρῆν τοῖς εἰσαγομένοις κινεῖν τηλικαῦτα ζητήματα. συμφέρει γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ πολλῶν τὸ ἀδιόριστόν τε καὶ συγκεχυμένον μᾶλλον τοῦ διηρθρωμένου, ὅταν γε βαθείας τοῦτο δέηται θεωρίας καὶ λόγων μακρῶν καὶ χρόνου πολλοῦ. ἀλλ' ἡμεῖς

cari, qui de quatuor temperamentis unum hoc ſolum vincens reliqua obtinent: qui quidem quo calidiores ſunt temperatis, hoc majores habent et celeriores pulſus crebrioresque. Cauſa, ſi retinuiſti quae prodidi in primo libro, aperta eſt. At quid vehementiores diximus non multo eſſe eos pulſus, quum in hujus operis primo libro quaeſierimus, ecquis poſſit pulſus citra opem roboris facultatis vehementior fieri? Quoniam ſi pulſus tironibus omnes videntur vehementiores eſſe, adjacet enim quodammodo prima ſpecie celer ſimul et magnus pulſus vehementi; quare quidam etiam medici, qui libros nobis ſcriptos reliquerunt, alium negaverunt eſſe vehementem pulſum, ac conflatum ex magnitudine et celeritate. Proinde tironibus non erant movendae tantae quaeſtiones; incertum enim identidem illis nec diſtributum confuſumque conducibilius certo eſt et deſinito, ubi profundam hoc contemplationem poſtulet declarationemque prolixam ad longum tempus. Verum quan-

Ed. Chart. VIII. [206.] Ed. Baſ. III. (103.)

ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῆσδε τῆς πραγματείας αὐτάρκως περὶ τούτου διειλεγμένοι, μέλλοντες δὲ κἂν τοῖς ἑξῆς ὅταν ὁ περὶ τῶν ῥυθμῶν ἀφίκηται λόγος, αὖθις ἐρεῖν τι, κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἐνταυθοῖ καταπαύσομεν τὴν ἐξήγησιν, ἑτέραν δ' ἤδη λέξιν προχειριούμεθα.

Κεφ. δ'. Οἱ δ' ἰσχνότεροι μείζονα μὲν καὶ ἀραιότερον πολλῷ, σφοδρότερον δ' ὀλίγῳ. φύσει μὲν οὖν οὕτως διαφέρουσιν.

Πάλιν ἐνταῦθα τοὺς ἰσχνοτέρους ἀκουστέον ἄνευ τινὸς ἄλλης διαθέσεως. εἰ γὰρ ἤτοι τῆς κράσεως ὑπαλλαγείσης, ἢ τῆς δυνάμεως, ἢ διά τι πάθος ἰσχνότερος γένοιτο, σύνθετος ἡ τροπὴ τῶν σφυγμῶν ἔσται, καὶ οὐκ ἔτι διὰ μόνην τὴν ἰσχνότητα. ἰσχνότης οὖν αὐτὴ μόνη κατὰ ἑαυτῆς λόγον εὐρυτέρας μὲν τὰς χώρας τῶν ἀρτηριῶν ἐργαζομένη, κουφότερα δὲ τὰ ἐπικείμενα σώματα, μέγεθος ἱκανὸν προσδίδωσι τοῖς σφυγμοῖς. ἔνθα δ' ἂν ἴσης τῆς χρείας μενούσης αὐξάνηται τὸ μέγεθος, ἀραιοτέρους ἐνταῦθα ἀναγκαῖον γίνεσθαι τοὺς σφυγμοὺς εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον καὶ μείζονας. μείζους δ' ἦσαν πολλῷ, γένοιντ' ἂν οὖν οὕτω καὶ ἀραιότεροι πολλῷ. σφοδρότεροι δὲ τοσοῦτον φανοῦνται ὅσῳ διὰ λεπτοτέρων

doquidem abunde in primo libro hujus operis differuimus de his, dicturi etiam nonnihil poſthac, quum perduxerimus ad rhythmos ſermonem, hic enarrationem in praeſentia finiam, ac me jam conferam ad aliud caput.

Cap. IV. *Graciliores majorem rarioremque multo, vehementiorem paulo. Atque natura ſic differunt.*

Accipiendi hic etiam absque ullo affectu alio graciles; nam ſi ex converſo temperamento, vel facultate, vel ex alio affectu graciliores facti ſint, pulſuum compoſita immutatio erit, non vero ex una gracilitate. At gracilitas, quia ſua ſponte ſola magis regiones arteriarum dilatat, atque leviora impoſita corpora reddit, magnitudinem pulſibus non contemnendam conciliat. Atqui ubi pari relicto usu creſcit magnitudo, hic rariores neceſſe eſt pulſus fiant, idque tanto quanto ſcilicet ſint majores; majores vero erant multo, proinde rariores etiam multo erunt; at vehementio res hoc invenientur, quo tangentibus per ſubtiliora occur-

Ed. Chart. VIII. [206. 207.] Ed. Baſ. III. (103.)

ὁμιλοῦσι τοῖς ἁπτομένοις σωμάτων. οὐκ οὖν τῷ προσκτᾶσθαί τινα τόνον, ἀλλὰ τῷ μᾶλλον ὂν ἔχουσιν ἐνδείκνυσθαι, τοιοῦτοι φαίνονται. περὶ δὲ τάχους καὶ βραδύτητος, οὐδὲν ὑπὲρ αὐτῶν εἴρηται, οὐδὲν γὰρ εἰς οὐδέτερον τούτων ἐκ τῆς ἰσχνότητος προσλαμβάνουσιν, ἀλλ' ὡσαύτως ἔχουσι τοῖς παχυτέροις, ὅταν καὶ ῥώμης καὶ χρείας αὐτοῖς ὡσαύτως ἔχωσιν. ἑξῆς δὲ περὶ τῶν ἡλικιῶν ὧδέ πως γέγραπται.

Κεφ. ε'. Τρέπονται δὲ κατὰ μὲν τὰς ἡλικίας ὧδέ πως. ὁ μὲν τοῦ νεογενοῦς παιδίου πυκνότατος, ὁ δὲ τοῦ γέροντος ἀραιότατος, οἱ δ' ἐν τῷ μεταξὺ πάντες ἀνάλογον, ἐφ' ὅσον ἂν ἢ παιδίου ἢ γέροντος ἐγγύτεροι τυγχάνουσιν ὄντες. ὡσαύτως δὲ τάχιστος μὲν ὁ τοῦ παιδὸς, βραδύτατος δ' ὁ τοῦ γέροντος, οἱ δὲ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν ἐν τῷ μεταξύ. πολλῷ δὲ μείζων ἡ κατὰ τὴν ἀραιότητα διαφορὰ γέροντος πρὸς παιδίον τῆς κατὰ τάχος. [207] ἐν δὲ τῇ κατὰ σφοδρότητα καὶ μέγεθος διαφορᾷ μέγιστος μὲν ὡς ἐν ἡλικίαις ὁ τῶν ἀκμαζόντων, μικρότατος δὲ ὁ τῶν γερόντων, μέσος δὲ βραχεῖ

rant corpora. Quamobrem non quod acquiſierint ullam contentionem, ſed quod magis, quam obtinent, prodant, tales videntur eſſe. De celeritate et tarditate nihil hic memini, quod neutram de his gracilitati acceptam referat, ſed perinde habeant ut craſſiores, quum illis robore et uſu reſpondeant. De aetatibus deinceps in hunc modum eſt ſcriptum.

Cap. V. *Porro pro aetatibus hoc pacto immutantur. Infantis pulſus creberrimus eſt; rariſſimus ſenis; omnes qui inter hos intercedunt, proportionem ſervant, prout vel ad puerum, vel ad ſenem propius accedant; celerrimus item pueri pulſus, ſenis tardiſſimus; reliquarum aetatum pulſus ambigunt inter hos; at ſenex a puero longe magis raritate quam celeritate diſtat. In vehementiae et magnitudinis differentia maximus eſt, ut in aetatibus, pulſus juvenum; minimus ſenum; medius et paulo major*

Ed. Chart. VIII. [207.] Ed. Baf. III. (103. 104.)

μείζων ὁ τῶν παιδίων, καὶ σφοδρότατος μὲν ὁ τῶν ἀκμαζόντων, ἀμυδρότατος δὲ ὁ τῶν γερόντων, μέσος δ' αὐτῶν ὁ τῶν παιδίων.

Ὅτι πυκνότης καὶ ἀραιότης σφυγμῶν κατὰ διττὸν νοεῖται τρόπον, ἑτέρως μὲν ὑπὸ τῶν καὶ τῆς συστολῆς αἰσθάνεσθαι λεγόντων, ἑτέρως δ' οἷς ἀναίσθητος αὕτη, σαφέστερον μὲν ἐν τοῖς περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν εἴρηται λόγοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ τῷ βιβλίῳ τῷ τοῖς εἰσαγομένοις γεγραμμένῳ δεδήλωται, καὶ ἠξιοῦμέν γε αὐτοὺς ὡς ἐπ' ἀναισθήτῳ πρότερον γυμνάσασθαι τῆς συστολῆς. ἔστι μὲν οὖν ἀκριβέστερόν τε ἅμα καὶ μακρῷ χρησιμώτερον ἐν τῷ τῶν ἠρεμιῶν ποσῷ συνίστασθαι νομίζειν τοῦτο τὸ γένος τῶν σφυγμῶν· οὕτω γὰρ ἡμῖν καὶ τὰ κατὰ τοὺς ῥυθμοὺς εἰς ἀκριβῆ διάγνωσιν ἀφίξεται. ἀλλ' ἐπεὶ τοὐπίπαν αἱ διαθέσεις αἱ πυκνὸν ἢ ἀραιὸν ἐργαζόμεναι τὸν σφυγμὸν ἑκατέραις αὐτῶν ταῖς αἱρέσεσι τοιοῦτον φαίνεσθαι ποιοῦσιν, εἴη ἂν καὶ ὁ τῆς αἰτίας λογι(104)σμὸς κοινὸς ἀμφοῖν. ἀλλ' ἄμεινον αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἀληθέστερον ἀνάγοντας, κατ' ἐκεῖνο προϊέναι τῷ λόγῳ, τῆς γε νῦν δὴ προκειμένης ἡμῖν πραγματείας μηκέτι τῶν εἰσαγομένων στοχαζομένης, ἀλλ' ἅπαν τὸ ἀληθὲς ἐκδι-

pulſus puerorum. Jam vehementiſſimus juvenum, languidiſſimus ſenum; medius eſt inter hos puerorum pulſus.

Bifariam crebritatem et raritatem intelligi, aliter ab illis, qui et contractionem confirmant ſentiri, aliter ab illis, qui negant, apertius in libris de differentiis pulſuum diſputavimus; et vero etiam in ipſo hoc tironibus deſcripto libro declaratum eſt. Sane illos volebamus prius in contractione, quaſi inſenſibili, verſari. Ac multo quidem tutius eſt pariterque commodius, ſi in quietum quantitate ponas genus hoc pulſuum; ita enim fiet, ut ſimul in notitiam exactam veniamus rhythmorum; verum quod ſtatus, qui crebri, vel rari pulſus ſunt auctores, fere talem eum utrique huic ſectae repraeſentant, erit cauſae etiam utrique aſſignatio communis. At praeſtiterit, ut eam ad veritatem reducamus, hancque in hoc ſermone ſectemur; quandoquidem propoſitum opus minime ad tirones dirigitur, ſed plane docet ve-

Ed. Chart. VIII. [207.] Ed. Baſ. III. (104.)

δασκούσης. οἱ τοίνυν παῖδες ἔχοντες μὲν καὶ τὸ θερμὸν οὐκ ὀλίγον, οὐδὲ τῆς ἐμψυχούσης αὐτὸ χρήζουσιν οὐσίας ὀλίγης, καὶ διὰ τοῦτο μεγάλων δέονται τῶν σφυγμῶν. ἔχοντες δὲ καὶ τὴν τῶν χυμῶν δαπάνην πλείστην, ὡς ἂν οὐκ εἰς θρέψιν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αὔξησιν ὑπηρετοῦσαν, ἐν ταῖς κατεργασίαις αὐτῶν ἀναγκαίως ἀθροίζουσιν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι πλῆθος ἀτμωδῶν τε καὶ ὡς ἂν εἴποι τις λιγνυωδῶν περιττωμάτων, ὥστε καὶ διὰ ταῦτα τῆς συστολῆς τῶν ἀρτηριῶν δέονται μεγίστης, καὶ μέντοι καὶ τὴν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος οὐσίαν οὐ τρέφεσθαι μόνον, ὡς τοῖς τελείοις, ἀλλὰ καὶ συναυξάνεσθαι τοῖς ὀργάνοις ἀναγκαῖον. ὥστε καὶ διὰ ταύτην μειζόνων δεήσονται τῶν διαστολῶν, καὶ σχεδὸν εἰς ἴσον ἥκει τοῖς βρέφεσιν ἡ τοῦ συστέλλεσθαι τὰς ἀρτηρίας χρεία τῇ τοῦ διαστέλλεσθαι. πλεῖστα μὲν γὰρ τὰ περιττώματα καὶ διὰ τοῦτο μεγίστης δεόμενα τῆς συστολῆς, τὸ θερμὸν δ' εἰ καὶ μὴ πλεῖστον ἁπλῶς, ἀλλά τοι καὶ διὰ τὴν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος αὔξησιν ἥκει τῇ τοῦ πλείστου χρείᾳ θερμοῦ τῆς διαστολῆς αὐτοῖς. ὅσον γὰρ τῶν νεανίσκων ἀπολείπεται τοῦ πλεονάζοντος ἐν ἐπικτήτῳ θερμότητι, τοῦτο ἐκ τῆς διὰ τὸ

rum. Ergo quum calore pueri non pauco praediti ſint, ſubſtantiam quoque, quae refrigeret illum, non paucam requirunt; quapropter magnis egent pulſibus. Quia vero humores etiam exhauriunt quamplurimos (quippe qui illis non ad nutrimentum modo, verum etiam ad incrementum ſuppetant) neceſſario in conficiendis iis contrahent per totum corpus vaporoſorum et ut ita dicam fuliginoſorum acervum excrementorum; itaque etiam deſiderant maximas arteriarum contractiones. Et vero etiam animalis ſpiritus non tantum nutriri ſubſtantiam oportet, ſicut in adultis, ſed una etiam cum inſtrumentis augeri; itaque vel hoc nomine majores diſtentiones flagitabunt. Adeoque uſus contractionis arteriarum in infantibus aequat pene uſum diſtentionis; etenim ſunt plurima excrementa, itaque majorem quaerunt contractionem. Calor autem, ut non ſit omnino copioſiſſimus, at quod augeatur animalis ſpiritus, aequat in illis diſtentio-

Ed. Chart. VIII. [207.] Ed. Baſ. III. (104.)

πνεῦμα χρείας προσέρχεται. μεγίστων οὖν ἅμα καὶ ταχίστων οἱ παῖδες ἀμφοτέρων χρήζουσι τῶν κινήσεων καὶ διὰ τοῦτ' ἐλλιπεστέρα τῆς χρείας ἐστὶν ἐπ' αὐτῶν ἡ ἐνέργεια. καὶ γὰρ εἰ ὅτι μάλιστα ταχεῖς εἰσι καὶ μεγάλοι, ἀλλ' οὐδέπω τῆς χρείας ἀξίως. ἀναγκαῖον οὖν ἐν τούτῳ πυκνὰς γίνεσθαι τὰς κινήσεις, ἐπὶ δὲ τῶν γερόντων ἐναντία πάντα, τὸ μὲν θερμὸν ὀλίγον, ἀνάλογον δὲ τούτῳ καὶ ἡ τῶν οἷον αἰθαλωδῶν περιττωμάτων γένεσις καὶ ἡ τοῦ πνεύματος τοῦ ψυχικοῦ θρέψις, ὥστε ἐναντίους αὐτοῖς εὔλογον εἶναι καὶ τοὺς σφυγμούς, μικροὺς καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιούς. ἀναμνησθῆναι δ' ἐνταῦθα χρὴ τῶν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν εἰρημένων, ἵν' ἴδωμεν ἐκ τίνος ἀπατώμενοι πολλοὶ τῶν ἰατρῶν μικροὺς ὑπέλαβον εἶναι τοὺς τῶν παιδίων σφυγμούς, καὶ ὅτι μεγάλοι μέν εἰσιν, εἰ τοῖς ὄγκοις τῶν ἀρτηριῶν αὐτοὺς παραβάλλοις, μικροὶ δὲ, εἰ κατὰ τὴν πρόχειρον ἐξετάζοις φαντασίαν, τοῦτ' ἔστιν, εἰ τὸ ποσὸν τῆς διαστάσεως μόνον ἐν αὐτοῖς σκοποῖο, τοῖς τῶν ἀκμαζόντων παραβάλλων. οὐ μὴν μεγίστους γ' ἔχουσιν οἱ παῖδες τοὺς σφυγμούς, οὐδ' εἰ πρὸς

nis uſum ei, quem poſtulat plurimus calor: quo enim juvenibus cedunt exuperantibus adventitio calore, hoc uſu, quem imponit ſpiritus, reſarcitur. Maximum ergo ſimulque celerrimum pueri utrunque motum requirunt; ſicque infra uſum eſt functio in iis, nam licet quam maxime celeres ſint et magni, non ſatis tamen faciunt uſui; quare hic crebris opus motibus eſt. In ſenibus plane contra habet; calor paucus, cui par eſt generatio fuliginoſorum excrementorum; ſpiritusque animalis nutritio; jure habent ergo contrarios illis pulſus parvos, tardos, raros. Hic meminiſſe oportet eorum, quae in ſecundo libro De pulſibus dignoſcendis diximus; ut quo adducti errore intelligamus complures medici puerorum pulſus putaverunt parvos eſſe, tametſi ſint magni, ſi cum magnitudine eos arteriarum compares; parvi, ſi ex prima ſpecie aeſtimes, id eſt ſi quantitatem tantum diſtentionis ſpectes, eamque conferas ad juvenum pulſus. Sed tamen non maximos habent pulſus pueri,

Ed. Chart. VIII. [207. 208.] Ed. Baſ. III. (104.)

τοὺς ὄγκους τῶν ἀρτηριῶν ἐξετάζοις αὐτούς. τὸ γὰρ μήτε τὴν δύναμιν ἥκειν εἰς ἄκρον ῥώμης αὐτοῖς [208] καὶ τὸ στενοχωρεῖσθαί τε καὶ θλίβεσθαι τοὺς χιτῶνας τῶν ἀρτηριῶν ἔτι μαλακοὺς ὄντας ἀφαιρεῖται πολὺ τῆς μεγίστης διαστολῆς. ὅμως μὴν ἔτι τηλικοῦτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ σφυγμὸς, ὡς ὑπὲρ τὸν μέσον ὑπάρχειν, τῷ τάχει δ' ὡσαύτως ἔχει κατά τε τὴν διαστολὴν καὶ συστολὴν, ὅτι καὶ ἡ χρεία τῶν κινήσεων ἀμφοτέρων ἴση, οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν γερόντων· εἰς ὅσον γὰρ ἡ τοῦ συστέλλεσθαι χρεία λείπεται τῆς τοῦ διαστέλλεσθαι εἰς τοσοῦτον καὶ ἡ συστολὴ τῆς διαστολῆς ἐστι βραδυτέρα. λείπεται δ' εὐλόγως τοῖς πρεσβύταις, ὅτι βραχὺ παντελῶς ἢ οὐδὲν ἐκ τῆς τῶν χυμῶν συγκαύσεως γίνεται περίττωμα διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τοῦ θερμοῦ, καὶ ὅτι μήτε ἀξιολόγως τρέφονται μήτε ὅλως αὐξάνονται. ἡ μέντοι τοῦ διαστέλλεσθαι χρεία καὶ εἰ μὴ μεγάλη, μέτριος γοῦν ἔτι μένει τοῖς πρεσβύταις, ῥιπίζεσθαι μὲν γὰρ δεῖται τὸ ἔμφυτον θερμὸν καὶ τρέφεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ψυχικόν. πολὺ δὲ πλείων ἡ εἰς ἀραιότητα τροπὴ τῶν γερόντων τῆς εἰς βραδύτητα, διὰ τὸ τὴν χρείαν τῶν σφυγμῶν οὐ μόνον πληροῦσθαι τελέως ὑπὸ τῆς

ne ſi ad magnitudinem quidem eos arteriarum perpendas; ſiquidem, quod nec facultas eorum perveniat ad ſummum robur, et coarctentur etiamnum molles arteriarum tunicae, multum de maxima diſtentione detrahitur; nihilominus tamen tantum retinent pulſum, ut medium ſuperet. Ac celeritatem habent parem in diſtentione et contractione; nam et motus utriusque par uſus eſt, non ut in ſenibus; quo enim minor contractionis uſus eſt quam diſtentionis, hoc contractio tardior diſtentione eſt. Nec injuria quidem ſenes minorem habent, quoniam parum omnino, aut nihil ex aduſtis humoribus excrementi provenit, eſt enim imbecillus calor; praeterea, quod non magnopere nutriantur, nec ullo modo augeantur. Tamen uſus diſtentionis, etſi non magnus, mediocris tamen adhuc ſenibus manet; etenim ventilari oportet innatum calorem, atque nutriri animalem ſpiritum. Quia vero uſus pulſuum non completur tantum undequaque a functione, ſed et exolutus per ſe eſt omnino, longe magis

Ed. Chart. VIII. [208.] Ed. Baſ. III. (104.)

ἐνεργείας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἐκλελύσθαι παντελῶς. μακροτάτην οὖν εὔλογον ἐν τούτῳ γίνεσθαι τὴν ἡσυχίαν, ὥσπερ γε καὶ ὅτε οὐκ ἐπληροῦτο μετὰ τοῦ μεγάλως ηὐξῆσθαι, συνεχεῖς ἠνάγκαζεν εἶναι τὰς κινήσεις. ὅτι γὰρ ἐπὶ τῶν βρεφῶν οὐκ ηὔξηται μόνον εἰς ἔσχατον ἡ χρεία τῆς γενέσεως τῶν σφυγμῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς μεγίστης διαστολῆς, ἣ μόνη τάχ' ἂν ἐπλήρωσε τὴν χρείαν, οὐκ ὀλίγον ἀφῄρηται, πρότερον εἴρηται, εἶναι τὸ ἀφαιρούμενον εἰπόντων ἡμῶν ὅσον ἥ τε δύναμις ἀπολείπεται τῆς ἄκρας ῥώμης καὶ βαρύνεται καὶ στενοχωρεῖται τὰ ὄργανα, μαλακὰ δὲ ὑγρότητα τοῖς τηλικούτοις ὄντα. καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦτ' ἔμπροσθεν εἴπομεν, ὡς αἱ μαλακότητες τῶν ὀργάνων αἱ μὲν χωρὶς τοῦ θλίβεσθαι καὶ βαρύνεσθαι καὶ στενοχωρεῖσθαι μεγέθεσι σφυγμῶν συντελοῦσιν, αἱ δὲ σὺν τούτοις μικρότησι, καὶ μάλισθ' ὅταν ἡ δύναμις ἐνδεέστερον ἔχῃ τόνου. εἰς ὅσον δὲ μεταπέπτωκεν ὁ τῶν γερόντων σφυγμὸς ἐκ τῆς τῶν παιδίων πυκνότητος εἰς ἀραιότητα, σχεδὸν εἰς τοσοῦτο καὶ ἡ τῆς συστολῆς κίνησις ἐκ τοῦ τάχους εἰς τὴν βραδύτητα. καὶ ἡ αἰτία πρόδηλος, εἴγε

in raritatem immutant pulſus ſenes quam in tarditatem; quare hic oportet longiſſimam quietem fieri; quomodo quum non impleretur, praeter quod magnopere augebat, perpetuos etiam concitabat motus. Nam non ſolum in infantibus non eſſe auctum ad ſummum uſum generandorum pulſuum, verum etiam de maxima diſtentione, quae compleret forſitan una uſum, non parum diſceſſiſſe ante demonſtravimus, quum tantum detrahi diceremus quantum facultas a ſummo robore abſit, ac degraventur coarctenturque inſtrumenta, quae infantes ex humiditate habent mollia. Sane hoc quoque diximus ſupra, inſtrumentorum mollitiem, quae remota eſt a compreſſione, nec gravatur, vel coarctatur, referre ad pulſuum magnitudinem; quae vero his conjuncta eſt, ad parvitatem, praecipue ſi robore facultas deficiatur. At quantum ſenum pulſus ex puerorum degeneravit crebritate in raritatem, tantumdem prope motus contractionis in tarditatem ex celeritate. Nec obſcura eſt cauſa, ſiquidem ſe-

Ed. Chart. VIII. [208.] Ed. Baſ. III. (104.)

quam quae de dignoſcendo prodidimus didicerit, quorum nos nihil ex priscis medicis docuit ullus, ſed progrediuntur quidam usque ad veriſimilem orationem, commentationes ſcilicet Herophilias quasdam de pulſuum rhythmis conſcribendo; aliqui inanem loquacitatem vocant eam meditationem penitusque eam repudiant, veritatem autem neutri cognoverunt, quod ſcilicet in celeritatem et tarditatem diſtentionis contractionisque reſpicere oportet, quarum multa valet utraque indicare, ut ſummatim nunc declaravimus, explicaturi poſthac, quum de morbis agemus latius.

Cap. II Nunc quidem ad crebritatem me raritatemque convertam; quarum duplex eſt utraque, quod etiam quieti contigit arteriae duplici eſſe, uni a diſtentione ante contractionem, alteri poſt contractionem ante diſtentionem. At quiddam ambabus eſt commune, aliquid proprium utrique: commune, quod duabus de cauſis breviantur, vel quod productus ſit motus, vel quod ſequens anticipet; contra

Ed. Chart. VIII. [259.] Ed. Baſ. III. (129.)

μένης, μηκύνονται τε πάλιν ἤτοι τῆς προηγουμένης κινήσεως βραχυνθείσης, ἢ τῆς ἑπομένης ὀψιζούσης· ἴδιον δ' ἑκατέρας ὃ σημαίνειν πεφύκασιν. δῆλον δ' ὡς ἐκεῖνο σημαίνουσιν ὅπερ ἂν ἐκ τοῦ μεμηκύνθαι τὴν ἑτέραν κίνησιν, ἢ πρωϊαίτερον ἄρχεσθαι τὴν ἑτέραν ὑπάρχει δηλούμενον, ἢ πάλιν ἐκ τοῦ βραχεῖαν μὲν γεγονέναι τὴν ἑτέραν, βραδύνειν δὲ τὴν λοιπήν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ μὲν καθαρὰ θερμότης καὶ ἥκιστα περιττωματικὴ τὴν διαστολὴν ἐργάζεται μείζονά τε ἅμα καὶ ὠκυτέραν, ἡ δὲ τεθολωμένη σηπεδονώδεσι περιττώμασι τὴν συστολήν, ὅταν δὲ ἐπὶ τῷ πρωϊαίτερον μὲν ἐπὶ τῷ μεγέθει τῆς διαστολῆς ὁ σφυγμὸς γένηται πυκνότερος, ηὐξῆσθαι δηλώσει θερμότητα πολλὴν ἐν τῷ σώματι καθαρὰν, ὅταν δ' ἐπὶ τῷ πρωϊαίτερον ἄρχεσθαι τὴν συστολὴν, ἀκαθάρτου τε καὶ περιττωματικῆς θερμασίας ἐνδείξεται πλῆθος. ὡσαύτως δὲ κἂν ἀραιότερος ὁ σφυγμὸς γένηται κατὰ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν, εἰ μὲν ἐπὶ βραχύτητι τῆς διαστολῆς, ἐψῦχθαι τὴν ἐν τῷ ζώῳ θερμότητα δηλώσει, εἰ δὲ διὰ τὸ βραδύνειν τὴν συστολὴν, ἐλάττω γεγονέναι τὰ καπνώδη περιττώματα· κατὰ δὲ τὴν ἐντὸς ἠρεμίαν ἔμπαλιν, εἰ μὲν ἐπὶ τῷ μηκυνθῆναι τὴν συστολὴν

protenduntur, ſi vel brevior fuerit prior motus, vel ſi moretur poſterior: utrique proprium quod denotare ſolent. Illud autem ab iis planum eſt ſignificari quod ex producto altero motu, vel anticipante altero, poteſt prodi; aut contra a breviato altero motu et morante altero. Quando enim ſincerus calor pauciſſimisque inquinatus excrementis diſtentionem concitat majorem ſimulque celeriorem; contra qui conſuſus excrementis eſt putribus, contractionem; ubi ex anticipatione et magnitudine diſtentionis pulſus crebrior fiat, calorem purum indicabit multum in corpore increviſſe; ubi vero, quod maturius incipiat contractio, impuri copiam atque excrementis referti caloris arguet. Nec aliter, quum rarior pulſus externa quiete ſit, ſi quidem ob diſtentionis brevitatem, refrigeratum calorem demonſtrabit eſſe; ſin ob moram contractionis, fumoſa imminuta eſſe excrementa; in quiete interna e diverſo, ſi ex productione contractionis

Ed. Chart. VIII. [259.] Ed. Baſ. III. (129.)

ὁ σφυγμὸς πυκνωθείη, πλῆθος ὑποτρέφεσθαι καπνωδῶν περιττωμάτων, εἰ δὲ διὰ τὸ πρωϊαίτερον ἄρχεσθαι τὴν διαστολήν, ηὐξῆσθαι τὴν θερμότητα. πάλιν δ' αὖ κατὰ τὴν ἠρεμίαν ταύτην ἀραιούμενος ὁ σφυγμὸς, εἰ μὲν διὰ τὸ μεμειῶσθαι τὴν συστολὴν, ἠλαττῶσθαι τὰ περιττώματα δηλώσει, εἰ δὲ διὰ τὸ βραδύνειν τὴν διαστολὴν, μεμειῶσθαι τὴν θερμότητα. συνελθόντων δὲ ἀμφοῖν ἅμα, τοῦ τε μεμηκύνθαι τὴν προτέραν κίνησιν καὶ τοῦ πρωϊαίτερον ἄρχεσθαι τὴν δευτέραν, εἴτε κατὰ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν, εἴτε κατὰ τὴν ἐντὸς τοῦτο συμβαίνει, σύνθετον ἐνδείξεται διάθεσιν ἐξ ἐκείνων, ὧν ἑκάτερον ἐδήλου κατὰ μόνας. ὁμοίως δὲ κἂν ἀραιὸς ὁ σφυγμὸς γένηται, καθ' ὁποτερανοῦν τῶν ἠρεμιῶν ἀμφοῖν ἅμα συνελθόντων, τοῦ τε συνῃρῆσθαι τὴν προτέραν κίνησιν καὶ τοῦ μετὰ πλέον ἄρχεσθαι τὴν ἑτέραν, ἡ διάθεσις ἔσται καὶ οὕτω διττή τε καὶ σύνθετος ἐξ ἑκατέρας τῶν ἤδη προδεδηλωμένων, ὑπομεμειωμένης μὲν ὁποτερασοῦν τῶν κινήσεων, ἀναβεβλημένης δὲ καὶ μετὰ πλέον ἀρχομένης τῆς ἑτέρας. οὐ μὴν ἥ γε διάγνωσις εἰς ἴσην ἐνέργειαν ἥκει καθ' ἑκατέρας τὰς ἡσυχίας. ἡ μὲν γὰρ ἐκτὸς ἐναργῶς αἰσθητὴ, τὴν δ' ἐντὸς οὐχ ὅπως ἐναργῶς, ἀλλ'

creber ſit pulſus, ali abundantiam fumoſorum excrementorum; ſi ob maturiorem diſtentionis exorſum, auctum calorem eſſe. At vero quum rarior in hac quiete pulſus eſt, ſi ob imminutam contractionem, pauciora annunciabit excrementa; imminutum calorem eſſe, ſi ob diſtentionis moram. Quod ſi conjuncta ambo ſint, ut et protendatur motus prior et alter anticipet, ſive in externa hoc quiete, ſive accidat in interna, compoſitum declaraverit affectum ex illis, quorum ſigillatim ſignificabat utrunque. Itidem ſi pulſus ſit rarior, in utra haec coierint ambo quiete, contractus prior motus et multum tardans alter, erit ſtatus tum quoque duplex atque compoſitus ex utroque, quae jam ante declaravimus, quum alteruter diminutus ſit motus, tardet autem ac multo poſt incipiat alter. Verum enimvero non perinde eſt aperta utriusque quietis cognitio, externa enim clare ſentitur, internam vero ne obſcure quidem, nedum eviden-

Ed. Chart. VIII. [259. 260.] Ed. Baſ. III. (129.)

οὐδ' ἀμυδρῶς ἔνεστιν αἰσθήσει διαγνῶναι. στοχασμῷ δ' ἄν μόνῳ τις αὐτὴν ἐξεύροι, συλλογισάμενος ἐκ τῆς καθ' ἑκατέτεραν τὴν κίνησιν ὁρμῆς, καὶ μᾶλλον ἐπ' ἐκείνων τῶν σφυγμῶν ἐν οἷς ἐναργῶς ἔστιν αἰσθήσει διαγνῶναι τὴν συστολήν. εἴρηταί μοι καὶ περὶ τούτου τοῦ γένους τῶν σφυγμῶν ὅσον ἱκανὸν εἰς τὰ παρόντα.

Κεφ. γ'. [260] Ἐξῆς δ' ἐστὶν ἐπί γε τῇ τάξει τοῦ λόγου περὶ ῥυθμῶν διελθεῖν, ὑπὲρ ὧν Ἡροφίλῳ μὲν ἐπὶ πλέον εἴρηται τήρησίν τινα καὶ ἐμπειρίαν ἱστοροῦντι μᾶλλον ἢ λογικὴν μέθοδον ἐκδιδάσκοντι. τοὺς γὰρ καθ' ἑκάστην ἡλικίαν ὡς τὸ πολὺ φαινομένους ῥυθμοὺς τῶν σφυγμῶν ἔγραψε, πρῶτον μὲν οὐδ' ἐφ' ὧν τινων φύσεων ἐτήρησεν αὐτοὺς οὐδὲν ἡμῖν εἰπών· εἶτ' ἐξ αὐτῶν ὧν διδάσκει δῆλον ὅτι συγκέχυταί τε καὶ ἀδιάρθρωτός ἐστι περὶ τὴν τῆς συστολῆς τε καὶ τῶν ἠρεμιῶν διάγνωσιν. εἴπερ γὰρ ἠγεῖταί ποτε δύνασθαι γενέσθαι συστολὴν ἐπὶ τῶν γεγηρακότων, ἄχρι δὴ τῶν δέκα πρώτων χρόνων ἐκτεταμένην, εὐδηλός ἐστι τῆς ὄντως συστολῆς ἀναισθήτως ἔχων. αὕτη γὰρ ἐνίοτε μὲν ὀλιγοχρονιωτέρα τῆς διαστολῆς ἐστιν, ἐνίοτε δ' ἰσόχρονός ἐστιν, ὁτὲ δὲ, ὡς

ter, ſenſu dignoſcas; at ſola ad hanc aſpires conjectura, ſi colligas ex impetu utriusque motus, praecipue in iis pulſibus in quibus clare ſenſus valet aſſequi contractionem. Ac de hoc quoque genere pulſuum quantum refert ad propoſitum diximus.

Cap III. Nunc poſtulat ſermonis ſeries ut de rhythmis exponamus, de quibus prolixius Herophilus diſputavit, observationem potius et experientiam prodens quam rationalem docens methodum. Nam rhythmos pulſuum per ſingulas fere animadverſos aetates conſcribit, nec primum, quibus illos in naturis obſervaverit, nobis declarat, deinde ex ipſa inſtitutione manifeſtus eſt quod confuſam habuerit nec diſtributam contractionis atque quietis notitiam. Nam ſi contractionem in ſenibus usque ad decem prima tempora extendi putet poſſe, planiſſime veram contractionem ſenſit nunquam. Haec enim interdum non tam diuturna eſt quam diſtentio, interdum aeque diuturna, interdum, ut ſcri-

Ed. Chart. VIII. [260.] Ed. Baſ. III. (129.)

ἐκεῖνος γράφει, πολυχρονιωτέρα μὲν, οὐ μὴν, ὡς οἴεται, πεντα-πλασίων, ἀλλὰ βραχεῖ τινι μείζων. ὅσα δ' ἄλλα μοχθηρὰ καὶ ἀδιάρθρωτα καὶ ἀδύνατα πρὸς τὰς προγνώσεις ἔχει τὰ περὶ ῥυθμῶν ὑφ' Ἡροφίλου λεγόμενα, τὰ μὲν ἐκ τοῦ τρίτου περὶ τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν ἔνεστι μαθεῖν, τὰ δ' ἐξ ὧν ἰδίᾳ γράψομεν ὑπὲρ τῆς Ἡροφίλου περὶ τοὺς σφυγμοὺς τέχνης. νῦν δὲ, οὔτε γὰρ ἱστορικὴν οὔτ' ἀντιλογικὴν ποιοῦ-μαι πραγματείαν, ἀλλὰ τῶν ἡμῖν ἐγνωσμένων διδασκαλι-κὴν, ἐπὶ τὸν περὶ τῶν ἀνωμάλων σφυγμῶν ἤδη μεταβήσομαι λόγον.

Κεφ. δ'. Διττὸν δ' αὐτῶν ἐστι τὸ γένος· ἔνιοι μὲν ἐν μιᾷ πληγῇ τὴν ἀνωμαλίαν λαμβάνοντες, ἄλλοι δ' ἐν ἀθροίσματι. καὶ καλεῖν ἔθος ἐστὶ τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς συστηματικὴν τὴν τοιαύτην ἀνωμαλίαν, ὅτι, οἶμαι, καὶ τὸ ἄθροισμα σύστημα προσαγορεύουσιν. ἰστέον οὖν ὑπὲρ τῶν ἀνωμάλων σφυγμῶν κοινῇ μὲν τοῦτο κατὰ πάντων, ὅπερ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων ἐπιδέδεικται, δι' ἐμ-φράξεις αὐτοὺς, ἢ θλίψεις ὀργάνων, ἢ πλῆθος τὸ πρὸς τὴν δύναμιν νοούμενον, ἢ τὴν τῆς καρδίας ἀνώμαλον δυσκρασίαν

bit ille, diuturna quidem eſt, non quintuplo tamen, ut autumat, ſed paulo major. Reliqua errata et confuſiones inauditasque abſurditates, quibus ſcripta ſcatent Herophili de rhythmis dignoſcendis, partim ex tertio commentario De dignoſcendis pulſibus, partim ex illis quae ſeorſum in Herophili artem de pulſibus ſcribam, cognoſcas licet. Nunc vero, quia nec hiſtoriam hac lucubratione, nec confutationem complector, ſed quae perſpexi doceo, ad inaequales pulſus convertam orationem.

Cap. IV. Horum duplex eſt genus; quidam in uno ictu inaequalitatem habent, alii in acervo, quam juniores medici inaequalitatem ſolent appellare collectivam, quod et, ut opinor, acervum collectionem appellant. Igitur de inaequalibus pulſibus hoc in communi omnibus ſciendum eſt, quod in ſecundo libro de pulſuum cauſis oſtendimus, ex obſtructionibus eos, aut ex compreſſionibus inſtrumentorum, aut humorum abundantia ad facultatem quidem collata, aut

Ed. Chart. VIII. [260.] Ed. Baſ. III. (129.)

συνίστασθαι, χαλεπωτέραν δ' εἶναι τὴν καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίαν τῆς ἐν ἀθροίσματι. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ μηδόλως κινεῖσθαι τὴν ἀρτηρίαν, ὅπερ ὀνομάζεται διαλείπειν, ἄν τε καθ' ἕνα σφυγμὸν ἄν τε κατὰ σύστημα γένηται, χαλεπόν ἐστιν ὡς οὐδὲν ἁπάντων τῶν εἰδῶν ἄλλο τῶν ἀνωμάλων γινομένων. ἰδίᾳ δὲ καθ' ἑκάτερον γένος ὑπὲρ ἁπάντων τῶν εἰδῶν ἐπίστασθαι χρὴ, ἀπὸ τῆς ἐν ἀθροίσματι τῶν σφυγμῶν ἀνωμαλίας ἀρξαμένους. γυμνάσωμεν δὲ τὸν λόγον, καὶ πρῶτον ἐν τῇ κατὰ σύστημα, ἐπειδὴ σαφεστέρα τῆς καθ' ἕνα τετύχηκεν οὖσα. τοὺς μὲν δὴ διαλείποντας σφυγμοὺς ἤτοι διὰ τὸ βαρύνεσθαι πρὸς τοῦ πλήθους ἡ δύναμις ἐργάζεται, κωλυομένη κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἐπὶ τὴν κίνησιν ἐξορμᾶν διὰ πάχος, ἢ πλῆθος χυμῶν ἐμφράττον, ἤτοι τὰ στόματα τῶν πλησίων τῆς καρδίας ἀρτηριῶν, δι' ὧν ἔλκει τε καὶ αὖθις ἐκπέμπει τὰς ὕλας, ἢ καὶ μέχρι τινὸς ἀπὸ τῶν στομάτων ὅλην τῶν ἀγγείων τὴν εὐρύτητα. πολλάκις δ' ἔξωθεν αὐταῖς περιχυθὲν τὸ τοιοῦτον πλῆθος οἷον δεσμὸς γίνεται, τὸ μέν πού τι βαρῦνον αὐτὰς οἷον φορτίον, ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰς

ex cordis inaequali intemperie conſtare; difficiliorem porro eſſe unius pulſus inaequalitatem ea quae in acervo conſiſtit. Quinetiam haudquaquam moveri arteriarum, quod vocatur intermittere, ſive in unum pulſum, ſive in acervum inciderit, periculoſum eſt, ut nulla omnium ſpecierum alia, quae inaequales ſunt. At ſeorſum de utriusque generis omnibus ſpeciebus dicendum eſt, incipiendumque a pulſuum collectiva inaequalitate. Meditemur vero orationem, primum in aequalitate collectiva, quod apertior inaequalitate ſit unius pulſus. Intermittentes pulſus facultas, vel quod gravetur ab humorem copia, creat impedita quo minus motum debito tempore auſpicetur, vel per craſſitudinem, vel per copiam humorum, quae obſtruat, aut oſcilla cordi vicinarum arteriarum, qua attrahit materiam rurſusque emittit; aut ex oſcillis quodamtenus univerſam vaſorum capacitatem. Saepe etiam foris illis, quaſi vinculum ſit, copia ejuſcemodi offunditur, nonnunquam inſtar oneris gravat; interdum

Ed. Chart. VIII. [260. 261.] Ed. Baſ. III. (129. 130.)

χώρας εἰς ἃς διαστέλλονται κατα(130)λαμβάνον, ἐνίοτε δὲ καὶ φλεγμονή τις, ἢ σκίῤῥος, ἤ τις ἕτερος ὄγκος τοιοῦτος ἐν τοῖς περιέχουσι τὰς ἀρτηρίας σώμασι συνιστάμενος [261] ἐμποδὼν ἵσταται ταῖς διαστολαῖς αὐτῶν. εἰ δὲ καὶ κατὰ τοὺς χιτῶνας αὐτῶν τῶν ἀρτηριῶν τοιοῦτόν τι συσταίη, μείζων ὁ κίνδυνος· εἰ δὲ καὶ κατὰ τὸ τῆς καρδίας αὐτῆς σῶμα, τοῦτο μὲν ἤδη κακὸν ἔσχατον, ἐξαιφνίδιον γὰρ οἱ τοιοῦτοι συγκόπτονται. οὐ μὴν ἥ γε δυσκρασία τῆς καρδίας ὁμοίως ὀλέθριος, ἀλλ' ἐπιεικεστέρα μακρῷ φλεγμονῆς. ἕπεται δ' αὐτῇ δυνάμεως ἀῤῥωστία. καὶ ὅ γε ἀμυδρὸς σφυγμὸς οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν ἢ τῆς τοιαύτης διαθέσεως γνώρισμα. συμμέτρως μὲν γὰρ ἔχουσα κράσεως ἡ καρδία τὸν σφοδρὸν σφυγμὸν ἀπεργάζεται, μοχθηρῶς δὲ τὸν ἀμυδρόν. τὸ δ' ἧττόν τε καὶ μᾶλλον ἑκατέρῳ διά τε τὴν τῆς εὐκρασίας ἐπίτασίν τε καὶ ἄνεσιν. ἐδείχθη γὰρ πλάτος ἔχειν, καὶ διὰ τὴν τῆς δυσκρασίας οὐδὲν ἧττον ὑπάρχον τοῖς σφυγμοῖς. ἀλλὰ μόνη μὲν ἡ δυσκρασία μικρὸν καὶ ἀμυδρὸν ἀποτελεῖ τὸν σφυγμόν, οὐ μὴν ἤδη γέ πω καὶ ἀνώμαλον, εἰ μὴ παραβαλλομένη τοῖς χυμοῖς ἡ δύναμις, ὅσοι τε κατ' αὐτὴν τὴν καρδίαν εἰσὶ

etiam ſpatia in quibus diſtenduntur occupat; eſt quum inflammatio, vel ſcirrhus, vel alius id genus tumor, qui cingentia arterias corpora teneat, earum arceat diſtentiones; ſi vero ipſarum arteriarum tunicis tale quid inſederit, majus eſt diſcrimen; at vero ſi ipſius corpus cordis, hoc jam malum eſt extremum, etenim hi ſubito ſyncope corripiuntur. At intemperies cordis non eſt perinde exitialis, imo vero inflammatione longe mitior; cujus quidem imbecillitas facultatis comes eſt, pulſus languidus, praeterque eum affectum indicat nihil. Nam moderato cor praeditum temperamento pulſum edit vehementem, pravo languidum; ac eſt in utroque exceſſus et defectus, prout major vel minor ſit temperamenti mediocritas, etenim latitudinem demonſtravimus habere, quam pulſus habent etiam non minus ex majore, vel minore intemperie. Verum parvum et languidum ſola intemperies pulſum reddit, non ſtatim inaequalem tamen; niſi cum humoribus facultas comparata contentis in ipſo

Ed. Chart. VIII. [261.] Ed. Baſ. III. (130.)

καὶ ὅσοι κατὰ τὰς πλησίον αὐτῆς ἀρτηρίας τε καὶ φλέβας, ἐλάττων αὐτῶν φαίνοιτο κατὰ τὴν ἰσχὺν, ὅπερ οὐδὲν ἄλλ' ἐστὶν ἢ τὸ πρὸς τὴν δύναμιν πλῆθος. ἐν γὰρ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ἀνωμαλία τις ἐξ ἀνάγκης συνυπάρξει τοῖς μικροῖς καὶ ἀμυδροῖς σφυγμοῖς. ἔνθα δ' ἀῤῥωστεῖ μόνον ἡ τῆς καρδίας δύναμις, οὐ μὴν βαρύνεταί γε πρὸς τῶν χυμῶν, ἐνταῦθα μικροὶ καὶ ἀμυδροὶ πάντως εἰσὶν οἱ σφυγμοὶ διὰ τὴν ἀτονίαν τῆς δυνάμεως, ἀνωμαλία δ' οὐδεμία σύνεστιν αὐτοῖς, εἰ μή ποτε ἄρα καὶ αὐτὸ τῆς καρδίας τὸ σῶμα δυσκρασίαν ἀνώμαλον ἐπιδέξεται, περὶ ἧς ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται. νυνὶ δ' ἐπὶ τοὺς διαλείποντας ἐπάνειμι, παρακειμένους μὲν τοῖς ἀραιοτέροις, διοριζομένους δ' αὐτῶν τῷ ῥυθμον ὅλον ἀπολωλεκέναι σφυγμοῦ κατὰ τοὺς διαλείποντας. εἰ δὲ μὴ μόνον ἑνὸς σφυγμοῦ χρόνον ἡσυχάσειεν, ἀλλὰ καὶ πλέονα, σαφέστερόν τ' ἂν ὁ τοιοῦτος διαλείπων φαίνοιτο καὶ κινδυνωδέστερος εἰς τοσοῦτον ἔσται τοῦ πρόσθεν εἰς ὅσον ἂν ἐπὶ πλέον ἡσυχάζῃ. ὥστε οὐκ οἶδα εἴ τινα σωθῆναι δυνατόν ἐστι δυοῖν σφυγμῶν χρόνον ἡσυχαζούσης τῆς ἀρτηρίας. ἑνὸς δὲ σφυγμοῦ χρόνον ἢ καὶ βραχεῖ πλέον πολλάκις ἐθεασάμεθα,

corde, et in continentibus cum ipſo arteriis venisque robore iis cedat; quod aliud nihil eſt ac copia humorum facultate major. In ejuscemodi enim affectibus adjuncta neceſſario ad parvos ac languidos pulſus inaequalitas eſt. At quum debilitata duntaxat facultas eſt cordis, non gravatur tamen ab humoribus, hic omnino pulſus parvi ſunt et languidi ex facultatis imbecillitate; nulla vero illis adeſt inaequalitas, niſi quando ipſum etiam corpus cordis inaequali intemperie detineatur, de qua paulo poſt dicemus. Nunc ad intermittentes me refero, qui rarioribus finitimi ſunt, verum ab iis ſecernuntur, quod rhythmum pulſus totum intermittentes perdiderunt. Quod ſi non unius modo tempus quieſcat, ſed diutius etiam, clarius is intermittere videatur, periculoſiorque hoc erit priore quo quieſcat diutius. Itaque quum duorum pulſuum tempus arteria quieſcat, haud ſcio an ſuperſtes eſſe quisquam poſſit. Unius certe tempus pulſus aut paulo amplius ſaepenumero conſpeximus, in-

Ed. Chart. VIII. [261.] Ed. Baſ. III. (130.)

διαλειπούσης τῆς κινήσεως τῶν ἀρτηριῶν, ἀναῤῥωθέντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ μάλισθ' ὅταν ἄγῃ πρεσβυτικὴν ἡλικίαν, καίτοι τάχ' ἂν δόξειεν ἄλογον εἶναι τὸ τοιοῦτον. εἰ γὰρ καὶ ἄλλως ἀσθενής ἐστιν ὁ γέρων καὶ κάμνουσιν αἱ δυνάμεις αὐτῷ καὶ πρὸ τοῦ νοσεῖν, τί ποτε χρὴ προσδοκᾶν ἀποβήσεσθαι τῷ διὰ τὴν ἡλικίαν καμάτῳ προσγενομένου τοῦ διὰ τὴν νόσον; ἀλλ' ὡς ἔοικεν, οὐ ταύτῃ χαλεπόν ἐστιν, ἀλλ' ἐκείνῃ μᾶλλον ἐπιεικὲς, ὅτι τὰς ἀσθενεῖς δυνάμεις ὑπὸ μικρῶν πολλάκις αἰτίων ἐπηρεάζεσθαι συμβαίνει, τὰς δ' ἰσχυρὰς ὑπὸ τῶν μεγίστων μόνον νικᾶσθαι. ταῦτά τοι καὶ ὅσοι ταῖς ἕξεσιν ἰσχυροὶ καὶ χρόνῳ παμπόλλῳ διετέλεσαν ἄνοσοι κινδυνεύουσι νοσήσαντες, οἱ δ' ἀσθενεῖς καὶ συνεχῶς ὑπὸ παντὸς αἰτίου βλαπτόμενοι ῥᾷστα διασώζονται, ὅτι δηλαδὴ τούτων μὲν οὐδεὶς ἀναμένει μέγεθος αἰτίου, φθάνων ὑπὸ παντὸς ἐπηρεάζεσθαι καὶ τοῦ σμικροτάτου, τῶν δ' ἰσχυρῶν ἡ ῥώμη πρὸς ἅπαν ἀπομάχεται τὸ μικρὸν κακὸν, ὥσθ' ὑπὸ μόνων νικᾶσθαι τῶν μεγάλων. γέροντες μὲν οὖν διὰ τοῦτο τοὺς διαλείποντας σφυγμοὺς ἧττον ὀλεθρίους ἔχουσι τῶν ἀκμαζόντων. οἱ δὲ δὴ παῖδες ἐξῆς, ὅτι τήν τε πεπτικὴν δύναμιν ἰσχυρό-

termittente motu arteriarum ſuperſtitem hominem fuiſſe, praeſertim quum aetatem ageret ſenilem, quanquam hoc videri abſurdum poſſit; etenim ſi vel ſua ſponte imbecillus ſenex eſt, laborantque ejus etiam ante valetudinis infirmitatem facultates, quem expectemus eventum, ſi ad aetatis imbecillitatem altera acceſſerit ex morbo? Nempe hac de re non eſt periculoſum, ſed eo potius leve, quod imbecillae facultates a parvis ſaepe cauſis fiat ut offendantur, at firmae tantum dejiciuntur a maximis. Itaque qui habitu ſunt valente et admodum diu in morbos non inciderunt, periclitantur, ſi incidant, at vero imbecilli, quique aſſidue objecti ad omnes cauſas ſunt, facillime ſervantur; quod ſcilicet de his nemo, quum a qualibet laedatur vel minima, expectet cauſam magnam; robur validorum omnem excipit cauſam parvam, ut a ſolis magnis vincatur. Quamobrem intermittentes pulſus minus habent ſenes quam juvenes perniciales: mox pueri ab illis, quod (quia quum concoctri-

Ed. Chart. VIII. [261. 262.] Ed. Baſ. III. (130.)

τατοι καὶ τὸ σῶμα μαλακώτατοί τε καὶ ῥᾳδίως διαπνεόμενοι, ἐκπέπτουσί τε οὖν καὶ διαφοροῦσι τάς τε ἀνωμάλους δυσκρασίας καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ πάχος τῶν χυμῶν. συμβαίνει δὴ καὶ τούτους ἧττον κινδυνεύειν τῶν ἀκμαζόντων ἐν τοῖς διαλείπουσι σφυγμοῖς, διὰ διττὴν αἰτίαν, ὅτι τε τὴν σφυγμικὴν δύναμιν ἀσθενεστέραν ἔχουσι τῆς τῶν ἀκμαζόντων, [262] ὥσθ' ὑπὸ βραχυτέρων αἰτίων ἑτοιμότερον νικᾶσθαι, καθάπερ οἱ γέροντες, καὶ ὅτι τὴν πεπτικὴν ἰσχυροτέραν, ὡς ῥᾷον ἐπανορθοῦσθαι τὰ λυποῦντα. πρόσεστι δὲ καὶ τὸ τῆς διαπνοῆς ἕτοιμον, οὐ μικρὸν ἀγαθὸν εἰς ἐπανόρθωσιν νοσημάτων, ὡς καὶ πρὸς Ἱπποκράτους ἐλέγετο. εἰ μὲν οὖν ἀρέσκοιτό τις τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς, ἔνεστιν αὐτοῖς χρῆσθαι, εἰ δ' οὐκ ἀρέσκοιτο, τὸ γοῦν ἐκ τῆς πείρας φαινόμενον ἴστω τοιοῦτον ὑπάρχον οἷον εἴρηται. μάλιστα μὲν οὖν οἱ ἀκμάζοντες, ἧττον δ' αὐτῶν οἱ παῖδες, ἥκιστα δ' οἱ γέροντες ἐν τοῖς διαλείπουσι κινδυνεύουσιν. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν ὀλεθριωτάτην εἶναι τῶν ἀνωμαλιῶν τὴν διαλειπτικήν. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πλημμελεῖς πώς εἰσι κινήσεις, ἡ δὲ κατὰ

ce facultate ſint validiſſima tum corpore molliſſimo atque facile perſpirabili) concoquant, digerantque per halitum intemperies inaequales, copiamque humorum et craſſitudinem. Quare etiam hi in minus periculum veniunt quam juvenes, quum pulſus intermittunt, duobus nominibus; nam tum quod facultate quae pulſibus praeſidet imbecilliore quam juvenes ſint, ut a minoribus cauſis, ſicut ſenes, ſuperentur proclivius, tum quod concoctrice firmiore, ut facile offenſae corrigantur. His additur perſpiratus facilitas, non mediocre ad tollendos morbos momentum, quod etiam Hippocrates confirmavit. Hae ſi tibi rationes probantur, utaris licet; ſin ſecus, at ut docet experientia, rem ſcito ita ut diximus habere Itaque praeter caeteros in pulſibus intermittentibus juvenes, minus his pueri, minime ſenes in periculum vocantur. Neque vero quicquam habet admirationis inaequalium perniciosiſſimum eſſe intermittentem; nam caeteri quidem vitioſi aliquatenus ſunt motus; at

Ed. Chart. VIII. [262.] Ed. Baſ. III. (130.)

τὸ διαλείπειν ἐν στερήσει κινήσεως γίνεται. καθ' ὃν γὰρ χρόνον ὁ σφυγμὸς διαλείπει, κατὰ τοῦτον οὐδόλως ἡ ἀρτηρία κινεῖται. καὶ σχεδὸν εἰς ὅσον ἀλλήλων διαφέρουσιν ὑγεία καὶ θάνατος καὶ νόσος, εἰς τοσοῦτον καὶ ἡ κατὰ φύσιν κίνησις ἀκινησίας τε καὶ μοχθηρᾶς κινήσεως. ἡ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν κίνησις οἷόν περ ὑγεία, ἡ δὲ μοχθηρὰ κίνησις οἷόν περ ἡ νόσος, ἡ δ' ἀκινησία θανάτῳ προσέοικεν. οἷς μέντοι δοκεῖ κατὰ τὰς ἐνεργείας αὐτὰς γίνεσθαι τό θ' ὑγιαίνειν καὶ τὸ νοσεῖν, οὐ κατὰ τὰς τοῦ σώματος διαθέσεις; ἀφ' ὧν ἐνεργοῦμεν, τούτοις οὐχ οἷόν περ ὑγεία τις ἡ κατὰ φύσιν κίνησις τῶν ἀρτηριῶν, ἀλλ' ἄντικρυς ὑγεία λεχθήσεται. κατὰ ταῦτα γοῦν καὶ ἡ πλημμελὴς κίνησις οὐχ οἷόν περ νόσος, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο νόσον, ἡ δ' ἀκινησία νέκρωσίς τις, εἰ μὲν ἐπὶ πλέον γένοιτο παντελὴς, εἰ δ' ἄχρι τοῦ δοκεῖν ἑνὸς σφυγμοῦ χρόνοιν δυοῖν ἡσυχάζειν, οἷόν περ κάρος, ἢ ἀποπληξία τις, ἢ παράλυσις τῶν καθ' ὁρμὴν ἐνεργειῶν. οἷα γὰρ ταῦτα περὶ ἑτέραν ἀρχήν ἐστι τὴν ἐν ἐγκεφάλῳ, τοιοῦτό τι καὶ ἡ τῶν σφυγμῶν ἡσυχία περὶ τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ ὥσπερ ἐπ' ἐκείνης

intermittens in motus poſitus eſt abolitione; ſiquidem quo tempore intermittit pulſus, tum nihil arteria movetur. Ac fere quantum inter ſe ſanitas, mors et morbus differunt, tantum naturalis motus ab immobilitate et pravo motu; quod naturalis motus ſit inſtar ſanitatis, vitioſus motus morbi et immobilitas imaginem referat mortis. Nam qui in ipſis functionibus ſtatuunt ſanitatem et morbum, non in corporis dispoſitionibus, ex quibus functiones obimus, his non inſtar eſt ſanitatis motus arteriarum naturalis, caeterum aperte dicetur ſanitas, itemque vitioſus motus non inſtar morbi, ſed ipſe ſcilicet morbus; ac immobilitas extinctio quaedam atque mors, ſiquidem integra diutius conſtet; nam ſi hactenus procedat, ut unius pulſus vel alterius videatur tempus quieſcere, inſtar veterni eſt, aut apoplexiae cujuſpiam, aut reſolutionis actionum voluntariarum. Qualia enim haec in aliud principium ſunt, quod ſedem habet in cerebro, tale quiddam pulſuum eſt quies adverſus principium quod in corde ſitum eſt. Et ut recte de illo eſt

Ed. Chart. VIII. [262.] Ed. Baſ. III. (130.)

ὀρθῶς εἴρηται λύειν ἀποπληξίην, ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηϊδιον, οὕτω κἀνταῦθα καλῶς εἰρήσεται, λύειν ἀκινησίαν σφυγμῶν μακροχρόνιον μὲν ἀδύνατον, βραχυχρόνιον δὲ οὐ ῥᾴδιον. μακροχρόνιος μὲν οὖν ἐστιν ἡ δυοῖν σφυγμοῖν χρόνον ὑπερβαίνουσα, βραχυχρόνιος δὲ ἡ τοῖν δυοῖν ἐντός. ἡ δὲ περὶ τῶν ἑνὸς σφυγμοῦ χρόνων ἡσυχία μετριωτάτη τῶν διαλήψεών ἐστι καὶ πολλοὶ διεσώθησαν ἐκ ταύτης γέροντές τε καὶ παῖδες, ἀκμάζων δ' οὐδείς οὐδὲ ἐκ ταύτης. ἀλλ' ὑπ' ἀγνοίας ἔνιοι τὴν μακρὰν ἀραιότητα διάληψιν εἶναι νομίζοντες ἡγοῦνται σεσῶσθαί τινας ἀκμάζοντας ἐκ τῆς τοιαύτης κακοσφυξίας. ἔστι μὲν οὖν καὶ ἥδε χαλεπὴ, καὶ μάλιστα τοῖς ἀκμάζουσιν, οὐ μὴν ὀλέθριος πάντως ἐπὶ μέντοι τῶν παίδων τε καὶ τῶν γερόντων ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐπιεικής. ὅ γε μὴν θάνατος ἐξαιφνίδιος ἐπὶ τοῖς διαλείπουσι γίνεται σφυγμοῖς ἀνάλογον ἀποπληξίᾳ. σβέννυται γὰρ ἐν ἀμφοτέροις ἡ ἐν τῇ καρδίᾳ θερμότης, ἀναπνοῆς στερηθεῖσα. ἀραιότης μὲν οὖν διαλείποντος σφυγμοῦ διώρισται τῷ μήκει τοῦ χρόνου προσδιορισθήσεται δ' ἐνίοτε καὶ τῷ τὴν μὲν ἀραιότητα

dictum, *apoplexiam ſolvere impoſſibile eſſe, ſi ingens ſit, ſin levis ſit, non ſine magno negotio,* ita etiam dicetur hic recte, quies pulſuum, ſi ſit diuturna, ut tollatur non fieri poſſe; ſin brevis ſit, non citra negotium. Porro diuturna eſt quae excedit duorum pulſuum tempus; brevis quae intra duorum pulſuum tempus manet. Quies vero temporum unius pulſus inter omnes intermiſſiones moderatiſſima eſt, multique ex ea ſenes pariter et pueri evaſerunt, juvenum autem ne ex hac quidem ullus. Verum longam raritatem quidam imperitia adducti, quod intermiſſionem exiſtimarent eſſe, ex hoc pulſus vitio quosdam arbitrati ſunt juvenes fuiſſe ſuperſtites. Eſt quidem haec quoque gravis, praecipue juvenibus, non tamen plane exitialis, pueris et ſenibus multo etiam levior. Porro autem mors a pulſibus intermittentibus repentina corripit, non aliter ac ab apoplexia, utrobique enim cordis calor extinguitur deſtitutus reſpiratione. At raritas quidem ab intermittente pulſu diſcernitur prolixitate temporis, interdum etiam quod raritas interim

Ed. Chart. VIII. [262. 263.] Ed. Baſ. III. (130. 131.)

καὶ μεθ' ὁμαλότη(131)τός ποτε συνίστασθαι πάντων τῶν πληγῶν, τὸν διαλείποντα δὲ σφυγμὸν ἐξ ἀνάγκης ἀνώμαλον γίνεσθαι, ἐνίοτε μὲν γὰρ διὰ τριῶν, ἐνίοτε δὲ διὰ τεσσάρων, ἔστι δ' ὅτε διὰ πέντε πληγῶν, ἢ καὶ πλειόνων, εὑρίσκεται διαλείπων τε καὶ ἡσυχάζων ἕνα χρόνον ἢ καὶ πλέονα κινήσεως, συμμεταβάλλεται δ' εὐθὺς αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων τι γενῶν εἰς ἀνωμαλίαν τρεπόμενον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο ταῖς ἐκτεταμέναις ἐπὶ πλείονα χρόνον ἀραιότησιν ἀχώριστον ὑπάρχει, τὸ βραδυτέραν τοῦ προσήκοντος ἀποτελεῖσθαι τὴν κίνησιν, ἐνίοτε μὲν εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον περ καὶ ἡ ἀραιότης, ἐνίοτε δ' ἐπὶ πλέον, ἢ ἔλαττον, ὡς ἂν ἡ τὴν τοιαύτην κακοσφυξίαν ἐργαζομένη διάθεσις ἔχῃ. [263] κατάψυξις δ' ἐστὶν ἰσχυρὰ τῶν τοιούτων σφυγμῶν αἰτία τῆς γενέσεως, ἤτοι κατὰ τὸ σῶμα τῆς καρδίας, ἢ κατὰ τὸ πνεῦμά τε καὶ αἷμα τὸ ἐν ταῖς κοιλίαις αὐτῆς, ἢ κατά τι τῶν ὁμιλούντων μορίων. ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸ σῶμα τῆς καρδίας αὐτὸ κατάψυξις μεγάλη εἰς τοσοῦτο καὶ τοὺς σφυγμοὺς ἀμυδροὺς ἐργάζεται καὶ βραδεῖς καὶ μικροὺς εἰς ὅσον ἂν καὶ αὕτη δυναστεύῃ· ἡ δ' ἀπό τινος τῶν ἄλλων ὁρμωμένη τὴν ἀραιό-

habet aequalitatem conjunctam omnium ictuum: intermittens autem pulſus neceſſario eſt inaequalis; nunc enim in trinis, nunc in quaternis, ac nonnunquam in quinis ictibus, vel etiam in pluribus intermittere invenitur, et quieſcere unum motus tempus, aut etiam plura. Jam ſimul cum illo aliquod mutatur aliud genus, convertiturque ad inaequalitatem. Et hoc etiam in raritatibus diuturnioribus eſt perpetuum, ut tardior quam par eſt reddatur motus, nunc tanto quanto raritas, nunc plus, aut minus, prout qui id pulſus vitium concitat comparatus affectus ſit. Eſt autem eorum pulſuum ingens frigiditas cauſa generandorum, quae occupet vel corpus cordis, vel ſpiritum et ſanguinem, quem continent ejus ſinus, vel partem aliquam vicinam. Atque ſi corpus ipſum cordis teneat ingens frigiditas, ita languidiſſimos reddit pulſus et tardiſſimos et minimos, ut maxime haec viget, quae vero proficiſcatur ex parte alia,

Ed. Chart. VIII. [263.] Ed. Baſ. III. (131.)

τητα πλέον ἢ τὰ ἄλλα τὰ εἰρημένα γένη τοῦ κατὰ φύσιν ἐξίστησιν. ὥστ' ἔνιοί τινες ἐξ αὐτῶν οὐ πολὺ τῶν κατὰ φύσιν ἐλάττους τε καὶ βραδυτέρους καὶ ἀμυδροτέρους ἔχοντες τοὺς σφυγμοὺς ὅμως ἀπόλλυνται διὰ ταχέων. ὁ δὲ θάνατος ἀφυκτότερος μέν ἐστιν, ὅταν αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς καρδίας δέξηται τὴν κατάψυξιν, ἐξαιφνίδιος δὲ γίνεται καὶ κατὰ τὴν ἑτέραν διαφοράν. καὶ ἀποθνήσκουσιν οἱ μὲν πρότεροι κοιμώμενοι μᾶλλον, ὡς μηκέτ' ἐξαναστῆναι, οἱ δὲ δεύτεροι καὶ οὕτως μὲν, ἀλλὰ καὶ διαλεγόμενοί τινες ἐξ αὐτῶν, ὡς δοκεῖν τοῖς ἰδιώταις μηδὲν ἔχειν ἄτοπον, ἐξαίφνης οἷόν περ λειποθυμήσαντες ἀπέθανον, οἱ μὲν ἐφιδρώσαντες, οἱ δὲ καὶ χωρὶς τούτου. καὶ καταλαμβάνει τὸ συμπτωμα τοῦτο καὶ ἡ διάθεσις αὕτη καὶ τῶν ἐν νόσοις μέν τινας, ὅταν ἀπύρετοι γένωνται παραλόγως, καὶ τῶν ὑγιαινόντων δέ τινας ἐν πρεσβυτικῇ μάλιστα τῇ ἡλικίᾳ. ἀραιότης μὲν οὖν σφυγμῶν εἰς τοσοῦτον ὀλέθριος. καὶ μὲν δὴ καὶ οἱ διαλείποντες ἔτι καὶ μᾶλλον, εἴ γε καὶ ἡ γένεσις αὐτῶν ἐπιτεινομένης τῆς ἀραιότητος καὶ ἡ λύσις ἐπάνοδος εἰς τὴν ἀρχαίαν συμμετρίαν ἐστὶ

raritatem longius quam caetera quae diximus genera a natura avertit. Itaque quidam in illis ſunt, qui quum pulſus habeant, non longe minores juſto et tardiores languidioresque tamen e veſtigio pereunt. Mors autem tum minus poteſt declinari, quum teneat frigiditas corpus ipſum cordis, repentina porro et in altera differentia ſit. Ac moriuntur priores illi inter dormiendum potius, ut jam non amplius expergiſcantur; alteri hi quum illo modo tum etiam inter loquendum nonnulli eorum, ut imperitis commode videantur habere ſubito, ut qui animo deficiunt, expirant; quorum quibusdam ſimul prorupit ſudor, aliquibus non prorupit. Hoc ſymptoma atque hic affectus quosdam aegrotantes, quum febre liberantur praeter rationem, ac etiam nonnullos ſanos potiſſimum in ſenectute arripit. Ac raritas quidem pulſuum tantam habet perniciem, ac intermittentes multo majorem, ſiquidem generantur hi producta raritate, ac quum procurantur, revertuntur per raritatem ad priſtinam

Ed. Chart. VIII. [263.] Ed. Baſ. III. (131.)

διὰ ἀραιότητος, οὐδεὶς γὰρ τῶν σωθέντων ἐπὶ διαλείπουσι σφυγμοῖς ἑτέρως ἐσώθη, ἀλλὰ καθ' ὃν εἴρηται τρόπον ἅπαντες, ἀραιότητος μὲν πρῶτον ἱκανῶς ἐκτεταμένης διαδεξαμένης τὸν διαλείποντα σφυγμὸν, ἐπ' αὐτῇ δ' ἀεὶ καὶ μᾶλλον ὀλιγοχρονιωτέρας γινομένης τῆς ἡσυχίας ἄχρι τοῦ τὴν κατὰ φύσιν ἀπολαβεῖν συμμετρίαν.

Κεφ. ε'. Ἐναντίοι δ' εἰσὶ τοῖς εἰρημένοις σφυγμοῖς ἕτεροι δύο, τῷ μὲν ἀραιῷ πυκνὸς, τῷ διαλείποντι δ' ὁ παρεμπίπτων, οὓς ὁ Ἀρχιγένης ἔοικεν οἴεσθαι χαλεπωτέρους εἶναι τῶν προειρημένων, ἐξαπατώμενος ὑπὸ τῶν πυκνῶν, ὅτι καὶ προηγοῦνται καὶ συνεδρεύουσι συγκοπαῖς· ἐπὶ δὲ τῶν παρεμπιπτόντων, ὅτι περιπνευμονικοῖς ἐνίοτε προσπίπτουσιν ὀλεθρίως ἔχουσι καὶ πυρετοῖς ἔστιν ὅτε, καθ' οὓς ἔμφραξις ἢ θλίψις ἐστὶν ἀρτηριῶν κυρίων. οὐ μὴν εἴς γε τὴν γένεσιν ἀποβλέψαντι τῶν τοιούτων σφυγμῶν ἀληθὴς ἡ δόξα φαίνεται τοῦ Ἀρχιγένους. ὁ μὲν γὰρ παρεμπίπτων ἐπ' ἀνωμάλῳ γίνεται πυκνότητι, διὰ τὸ πολλάκις ἐνδεέστερον τῆς χρείας ἐνηργηκέναι τὴν καρδίαν. αὐτὸ δὲ τοῦτο πάλιν ἤτοι βαρυνομένης γίνεται τῆς καρδίας ὑπὸ πλήθους, ἢ τῶν ὀργάνων

mediocritatem. Nullus enim fuit qui ab intermittentibus pulſibus alia ratione ſuperſtes eſſet, verum quomodo dixi omnes; producta enim primum admodum raritas excipit intermittentem pulſum, ab illa quies fit etiam, atque etiam brevior, dum reditum ſit ad naturalem mediocritatem.

Cap. V. Illis pulſibus quos commemoravimus adverſantur alteri duo, raro creber, intermittenti intercurrens, quos illis Archigenes arbitratur pernicioſiores eſſe, a crebris falſus, quod et praecedant et ſocii ſint ſyncopes, atque ab intercurrentibus, quod peripneumonicis interim, qui in ſtatu periculoſo ſunt, accidant, nonnunquam item febribus, in quibus obſtructae vel compreſſae ſunt principes arteriae. Atqui ſi originem reſpicias horum pulſuum, vanam reperias ſententiam Archigenis; nam intercurrens ex crebritate ſit inaequali, quod functionem obiit cor minus plenam ac poſtularet uſus. Jam id ipſum ſit, ubi a copia humorum oneratum cor ſit, aut inſtrumenta obſtructa, aut

Ed. Chart. VIII. [263. 264.] Ed. Baſ. III. (131.)

ἐμπεφραγμένων, ἢ στενοχωρουμένων, ἅπερ, οἶμαι, καὶ τῶν διαλειπόντων ἦν αἴτια· διαλλάττουσιν οὖν ἀλλήλοις τῷ τοὺς μὲν παρεμπίπτοντας ἀπομαχομένην τε καὶ διαγωνιζομένην τοῖς ἐνοχλοῦσιν αἰτίοις ἔχειν τὴν δύναμιν, τοὺς δὲ διαλείποντας ὀκνοῦσαν τοῦτο πράττειν. ἀμέλει πολλάκις οἱ παρεμπίπτοντες σφυγμοὶ κρίσιν ἤνεγκαν. εἰ γὰρ καί ἐστιν ὥσπερ κατ' ἄπειρον τῆς εἰς ἀγῶνα παρασκευαζομένης φύσεως. εἰ δὲ ἐκ τῶν τοιούτων κρίσεων ἀπόλλυνταί τινες, οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸ χαλεπωτέραν εἶναι τὴν τῶν παρεμπιπτόντων διάθεσιν τῆς τῶν διαλειπόντων. πολὺ πλείους γὰρ ἐκ τῶν διαλειπόντων ἀπόλλυνται, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκ τῶν ἱκανῶς ἀραιῶν ἢπερ ἐκ τῶν πυκνῶν. οἱ γοῦν περικαεῖς ἅπαντες πυρετοὶ πυκνὸν ἔχουσι τὸν σφυγμὸν, [264] ἔνιοί τινες αὐτῶν ὄντες ακίνδυνοι. οἱ δ' ἐν ταῖς συγκοπαῖς πυκνοὶ διὰ τὴν ἀμυδρότητα κινδυνώδεις εἰσὶν, ἀχώριστον οὖσαν ἁπασῶν συγκοπῶν, καὶ χρὴ, οἶμαι, τοὺς ἀμυδροτάτους σφυγμοὺς εἴπερ τινὰς καὶ ἄλλους κινδυνώδεις νομίζειν, οἷοί περ οἱ τῶν συγκοπτομένων εἰσὶν, ὅλως δ' ἐπισκέψασθαι καλῶς ἔχει περὶ τῶν ἐν ἅπασι τοῖς τῶν σφυγμῶν γένεσιν ἀκρο-

in arctum coacta, quae quidem cauſae erant etiam intermittentium. At diſſident haec re inter ſeſe, quod repugnat in intercurrentibus et decertat cum noxiis cauſis facultas in intermittentibus, hoc piget illam facere. Sane judicationem ſaepe pulſus intercurrentes attulerunt; eſt enim et veluti conatus quidam naturae ad pugnandum paratae. Quod ſi qui ex ejusmodi judicationibus extincti ſunt, non hoc arguit majoris periculi eſſe affectum pulſuum intercurrentium quam intermittentium; multo enim major numerus perit ex intermittentibus et item quoque ex valde raris quam ex crebris. Certe quidem febres omnes valde urentes pulſum habent crebrum, quarum extra periculum quaedam ſunt. Qui vero in ſyncope ſunt crebri, propter remiſſionem ſunt periculoſi, quae perpetuo conjuncta eſt cum omnibus ſyncopis. Et vero languidiſſimi pulſus, ſi qui alii, periculoſi ſunt habendi; quales in ſyncope ſunt. Omnino attendere convenit extremitates in omnibus generibus pul-

Ed. Chart. VIII. [264.] Ed. Baſ. III. (131.)

τήτων. ὅτι μὲν γὰρ ὀλέθριοι καὶ προς Ἀρχιγένους ὡμολόγηται. ποία δ' ὀλεθριωτάτη πασῶν ἐστιν οὔτ' ἐκεῖνος οὔτ' ἄλλος τις ἀκριβῶς ἐπεσκέψατο. καίτοι δῆλον ὡς ὅση περ ἂν ἀκρότης σφυγμῶν φαίνηται τῶν ἄλλων ὀλεθριωτάτη, καὶ τὸ κατ' ἐκείνην γένος ὀλεθριώτατον εἰκότως νομισθήσεται τῶν ἄλλων γενῶν. οὕτω δὲ καὶ εἰ παραβάλλοντες ἓν ἑνὶ, τὸ κατὰ θάτερον αὐτων ἄκρον εὑρίσκοιμεν ὀλεθριώτερον, οὐκ ἂν ἀλόγως οὐδε το γένος ὅλον τοῦ γενους ολεθριώτερον εἴποιμεν. ἡ μὲν οὖν ἄκρα πυκνότης οὐδὲν ἧττον τῶν συγκοπτομένων ὑπάρχει τοῖς περικαῶς πυρέττουσιν, οὐκ ἐξ ἅπαντος ὀλεθρίως διακειμένοις, ἡ δ' ἀραιότης οὐκ ἔστιν ὅτε ἀκίνδυνος ὑπάρχει, καθάπερ οὐδ' ἡ ἀμυδρότης, οὐδ' ἡ σμικρότης. αἱ μὲν γὰρ τρεῖς αὗται διαφοραὶ τῶν σφυγμῶν εἰς ἄκρον ἥκουσαι κινδυνώδεις εἰσὶ διαπαντὸς, οὐ μὴν τό γε μέγεθος, ὥσπερ οὐδ' ἡ σφοδρότης, ἀλλ' αὐτὴ μὲν μόνη πασῶν ἀκροτήτων οὐχ ὅπως κινδυνώδης, ἀλλὰ καὶ μέγιστον ἀγαθὸν, ἄν πέρ τις αὐτὴν ἐπίστηται διαγινώσκειν. τὸ δ' ἔσχατον μέγεθος, ἐπειδαν μὲν ἅμα νοσώδει μαλακότητι συνίστηται, κινδυνῶδες,

ſuum; nam exitioſas eſſe vel Archigenes fatetur. At quae ſit exitioſiſſima nec ille nec alius graviter expendit quisquam; et quidem in confeſſo eſt, quae pulſuum extremitas caeterarum pernicioſiſſima videatur, genus etiam illius exitioſiſſimum merito existimandum reliquorum generum. Ita etiam ſi quum alterum alteri comparamus, extremitatem alterius inveniamus exitioſiorem, non immerito totum genus affirmemus exitioſius eſſe. At crebritas quidem ſumma non ſecus ac ſyncopis adeſt febribus vehementer urentibus quae non prorſus ſunt pernicioſae. Raritas vero nunquam vacat periculo, ſicut nec remiſſio, nec parvitas; ſiquidem tres hae pulſuum differentiae, quum ad ſummum perveniant, perpetuo periculoſae ſunt; at non magnitudo, nec vero etiam vehementia; ſed haec omnium ſola extremorum non modo libera periculo eſt, verum etiam ſummum commodum eſt, ſi dignoſcere eam queas. Ultima magnitudo, ubi conjuncta ſit cum mollitie morboſa, periculum creat, ſin cum

Ed. Chart. VIII. [264.] Ed. Baſ. III. (131.)

ἐπειδὰν δὲ μετά τινος ὑγιεινῆς τοῦ χιτῶνος συστάσεως, οὐδὲν ἄτοπον ἔχει. μυριάκις γὰρ ἐν τοῖς πυρετοῖς ἀκινδύνοις μὲν, θερμοῖς δὲ καὶ περικαέσιν ὁ σφυγμὸς γίνεται μέγιστος, ὅταν ἡ δύναμις εὐρωστῇ. οὐκοῦν οὐδ' ἐκ τῆς τῶν ἀκροτήτων παραβολῆς οὔτε τὸ τῶν πυκνῶν σφυγμῶν γένος ὀλεθριώτερον ἂν ἐπιδείξειέ τις τῶν ἀραιῶν οὔτε τὸ τῶν παρεμπιπτόντων τοῦ τῶν διαλειπόντων. ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος ἔσπευδε μὲν ἐπὶ τὴν περὶ τούτων ἀπόδειξιν μόνων, ἐν παρέργῳ δὲ καὶ περί τινων ἄλλων ἐσκέψατο γενῶν, οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ἔργον τὸ πάρεργον ποιησαμένους τῇ μνήμῃ παραθέσθαι τὰ διδαχθέντα περὶ μεγάλου τε καὶ μικροῦ καὶ σφοδροῦ καὶ ἀμυδροῦ σφυγμοῦ. κάλλιον δ', εἰ καὶ τὴν λοιπὴν διαφορὰν αὐταῖς προσθείημεν τὴν κατὰ βραδύτητα καὶ τάχος. φαίνεται γὰρ κἀνταῦθα τὸ τῶν ταχέων γένος ἀκινδυνότερον ὑπάρχον τῶν βραδέων, εἴ γε δὴ καὶ ἡ ἄκρα ταχύτης τῆς ἄκρας βραδύτητος. ἡ μὲν γὰρ ἄκρα βραδύτης, ὥσπερ γε καὶ ἡ ἀραιότης, σβεννυμένης ἀποτελοῦνται τῆς ἐμφύτου θερμασίας· ἡ δ' εἰς τὸ τάχος αὔξησις διά τε τὴν χρείαν ἐπείγουσαν γίνεται καὶ πάντως ὑπὸ δυνί-

ſalubri aliquo arteriae ſtatu, tum nihil ei ſubeſt mali; millies enim in febribus, tutis illis quidem, at calidis et valde urentibus, pulſus ſit, quum robuſta facultas ſit, maximus. Quare nec ex comparatione extremorum pulſuum genus crebrorum perniciosius eſſe raris, vel genus intercurrentium genere intermittentium. Quum vero huic orationi propoſita eſſet horum demonſtratio ſolorum, nunc autem etiam attigit obiter alia quaedam genera; nihil eſt factum damni, quod acceſſorium, ut ſi inſtrumentum ſit, perſecuta, ob oculos diſciplinam illam propoſuit de magno, parvo, vehementi languidoque pulſu. Jam praeſtiterit etiam ut reliquam illis differentiam addamus tarditatis celeritatisque. Videtur enim et hic quoque velocium genus tardis eſſe ſecurius, ſiquidem extrema celeritas extrema tarditate, etenim ſumma tarditas non ſecus atque raritas tum incidit, quum calor nativus extinguitur. Celeritatis procedit incrementum ab uſu urgente atque omnino a facultate valida.

Ed. Chart. VIII. [264. 265.] Ed. Baſ. III. (131. 132.)

μεως ἐῤῥωμένης. Ἀρχιγενης δὲ κἂν τούτῳ σφάλλεται τὸν μυρ(132)μηκίζοντα σφυγμὸν ὑπολαμβάνων ταχὺν ὑπάρχειν. οὔτε γὰρ ταχὺς ὅλως ὁ τοιοῦτός ἐστι σφυγμὸς οὔτ' εἰς ἄκρον ἥκει πυκνότητος. ὅτι δ' ἐπιεικεῖς αἱ κατὰ πυκνότητα καὶ μέγεθος καὶ τάχος ἀκρότητες, ἔνεστί σοι κἀνθάδε καταμαθεῖν. ἐπιλεξάμενος ὑγιαίνοντα νεανίσκον ὀξύτατα κέλευσον δραμεῖν, καὶ τὰς τρεῖς εὐθέως εὑρήσεις γινομένας ἀκρότητας, οὐδὲν οὔτ' ἔχοντος οὔθ' ἕξοντος κακὸν ἀνθρώπου. ὁ δὲ σκληρότατος σφυγμὸς, εὔλογον γὰρ καὶ περὶ ταύτης ἀποφήνασθαί τι τῆς διαφορᾶς, ὅπως μηδὲν ἐλλείπῃ τῷ λόγῳ, παραπλησίως ἐστὶ τῷ μαλακωτάτῳ κινδυνώδης. ὁ μὲν γάρ ἐστιν ἤτοι διὰ σκίῤῥον, ἢ φλεγμονὴν τοῦ σπλάγχνου μεγάλην, ἢ πῆξιν ἐκ ψύξεως, ἢ ξηρότητα τὴν ἐκ καυσωδεστάτου πυρετοῦ γινομένην, ἢ σπασμὸν ἰσχυρόν· ὁ δὲ διά τε κῶμα βαθὺ καὶ τοὺς λευκοφλεγματίας ὑδέρους καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἄμετρον ὑγρότητα τῆς ἕξεως τοιοῦτος ἀποτελεῖται. ἀναλαβόντες οὖν αὖθις ἐν κεφαλαίοις τὰ λεχθέντα, τελευτὴν [265] ἐπιθῶμεν ἤδη τῷ λόγῳ. πάντες οἱ σφυγμοὶ τῆς κατὰ φύσιν ἐπὶ πολὺ συμμετρίας ἀποχωροῦντες οὐκ ἀγαθοὶ, ἀλλ' ὁ μὲν ἀμυδρότατός τε καὶ

Archigenes vero etiam hic labitur, qui formicantem pulſum habeat pro celeri, neque is enim pulſus prorſus celer eſt, neque ſummum attingit crebritatis; nam leves eſſe crebritatis, magnitudinis celeritatisque extremitates hinc perſpicias. Delige juvenem ſanum ac velociſſime jube currere; tres mox extremitates citra ullum incommodum hominis vel praeſens vel imminens deprehenderis. Duriſſimus jam pulſus (neque enim haec praetereunda differentia eſt, quo ſit integer et abſolutus ſermo) perinde eſt ut molliſſimus periculoſus. Nam ex ſcirrho ille, aut inflammatione inſigni viſceris, aut ex conſtrictione per frigus, aut ex ſiccitate ab ardentiſſima febre profecta, aut ex valida convulſione; hic ex alto comate et hydrope, leucophlegmatia, unoque verbo ex immodica humiditate habitus gignitur. Quare oratione ſummatim repetita ſermonis hic finem faciamus. Omnes pulſus, qui longe a naturali mediocritate diſceſſerunt, non ſunt boni; languidiſſimus vero et tardiſſimus

Ed. Chart. VIII. [265.] Ed. Baſ. III. (132.)

βραδύτατος καὶ ἀραιότατος ἁπάντων χείριστος, ἑξῆς δ' αὐτῶι ὁ μικρότατος καὶ μαλακώτατος καὶ σκληρότατος, εἶθ' ὁ πυκνότατος, οὐ μὴν ὁ τάχιστός γε, οὐδέ γ' ὁ μέγιστος, ἀλλὰ μετρίως οὗτοι κινδυνώδεις. μόνος δ' ἐκ τῶν ἄκρων ἄριστος ἁπάντων ὁ σφοδρότατος. Ἀρχιγένης δὲ περὶ τούτων ἑτέρως ἀπεφήνατο, μήτ' ἀπόδειξίν τινα τῷ λόγῳ προσθεὶς, οὐδὲ γὰρ εἶχε, μήτε τὴν ἐμπειρίαν ὁμολογοῦσαν ἔχων, ἀλλὰ παραλογισθεὶς ὑφ' ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον. ὅστις οὖν ἐθέλει τῶν ἔργων τῆς τέχνης ἔχεσθαι φιλοπόνως, ἐξεταζέτω τὰ νῦν ὑφ' ἡμῶν εἰρημένα διὰ τῆς τῶν καμνόντων ἐμπειρίας. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οἶδ' ὅτι πράξουσιν οἷς ἀληθεια σπουδάζεται. ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως εἴρηται, καιρὸς ἂν εἴη λέγειν ἤδη τι καὶ περὶ τῆς καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίας.

Κεφ. στ'. Ἔστι δὲ κἀνταυθοῖ χαλεπωτάτη πασῶν ἡ διαλείπουσα. γίνεται δ' αὕτη διακοπτούσης ἡσυχίας τὴν διαστολήν. ἰδέαι δὲ πλείους αὐτῆς, ἅπασαι μὲν χαλεπαὶ, διαφέρουσαι δ' ἀλλήλων τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. ὅταν μὲν γὰρ ἡ δευτέρα κίνησις σφοδροτέρα γίνηται τῆς προτέρας,

rariſſimusque omnium peſſimi ſunt; ab illis minimus, molliſſimus, duriſſimus; inde creberrimus, at non celerrimus, vel maximus, ſed ſunt hi modice periculoſi, unus vero inter omnes extremos optimus eſt, vehementiſſimus. Verum de his aliter ſenſit Archigenes, nec ullam tamen demonſtrationem in ſermone protulit, quam enim haberet? nec ei aſſentiebatur experientia; ſed impoſitum ei eſt ab illis, quae paulo ante connumeravi. Cui ergo ſtat opera artis gnaviter observare meditando ad aegrotos, quae docuimus expendat, quod quidem, certo ſcio, facient qui veritatem colunt. Sed quoniam ſatis haec explicavimus, nunc jam de inaequalitate in uno pulſu dicendum eſt.

Cap. VI. Est periculoſiſſima hic quoque omnium intermittens. Haec fit, ubi diſtentionem interpellat quies, cujus multae ſunt ſpecies, omnes illae quidem periculoſae, ſed inter ſe ſecundum magis aut minus diſſidentes. Ubi enim vehementior ſecundus motus ſit priore, commodius

Ed. Chart. VIII. [265.] Ed. Baſ. III. (132.)

ἐπιεικέστερον, ὅταν δ' ἀμυδροτέρα, χαλεπώτερον. οὕτω δὲ καὶ ἡ μὲν βραδυτέρα χαλεπώτερον σημεῖον, ἡ δὲ θάττων ἐπιεικέστερον. γίνονται γὰρ οἱ τοιοῦτοι σφυγμοὶ διαγωνιζομένης τε ἅμα καὶ ἐμποδιζομένης τῆς φύσεως ὑπὸ τῶν νοσωδῶν αἰτίων. ὅταν μὲν οὖν ἀποσείσασθαί πως αὐτὰ δυνηθεῖσα καὶ οἷον ἐκ δεσμοῦ τινος ἀπολυθεῖσα τὴν μετὰ τὴν ἡσυχίαν κίνησιν ἀμείνονα ποιήσεται τῆς ἔμπροσθεν, ἐπιεικέστερόν ἐστιν, ὁπόταν δὲ χείρονα, χαλεπώτερον. βελτίων δὲ κίνησις ἡ σφοδρὰ καὶ ταχεῖα τῆς ἀμυδρᾶς καὶ βραδείας. ἡ μέντοι κατὰ μέγεθός τε καὶ σμικρότητα διαφορὰ τῆς προτέρας κινήσεως πρὸς τὴν δευτέραν οὐδεμίαν ἀξιόλογον ὑπεροχὴν ἔχει. ἐνδέχεται γὰρ ὁμοίως καὶ ἴσης οὔσης τῆς διαθέσεως ποτὲ μὲν τὸ πρὸ τῆς ἡσυχίας μέρος τῆς κινήσεως μεῖζον, ποτὲ δὲ τὸ μετὰ τὴν ἡσυχίαν, ἔστιν ὅτε δ' ἄμφω γενέσθαι παραπλήσια. κατὰ μέντοι σκληρότητά τε καὶ μαλακότητα διαφορὰ τῶν δύο προσβολῶν τῆς ἀρτηρίας οὐκ ἄν ποτε γένοιτο, διὰ τὸ χρόνου πλέονος ἀεὶ δεῖσθαι τὴν τοιαύτην μεταβολήν, ὅπου γε κἀν ταῖς συστηματικαῖς ἀνωμαλίαις σπάνιόν ἐστι κατὰ μίαν ἐπίσκεψιν ἀνωμάλῳ κατὰ σκληρότητά τε καὶ μαλακότητα περιτυχεῖν σφυγμῷ. κλονωδεστέρα μέντοι πολλάκις ἡ δευτέρα

eſt; ubi languidior, periculoſius. Jam tardior item ſignum eſt periculoſius, celerior commodius. Hi enim pulſus generantur, quum ſimul et certat natura et impeditur ab inſalubribus cauſis. Ergo quum rejicere illas quodammodo valet atque veluti vinculo aliquo ſoluta motum a quiete praeſtat priore potiorem, ſignum eſt commodius; quum deteriorem, periculoſius. Melior autem motus eſt vehemens et celer languido et tardo. At vero prior motus alterum nihil excedit pene in magnitudinis et parvitatis differentia, poteſt enim ſimili parique affectu nunc praecedens quietem pars motus major eſſe, nunc ſequens, nunc ambae eſſe pares. Caeterum duritie et mollitie nunquam diſtent arteriae duo occurſus, eo quod majus ſpatium requirat ea mutatio, quum vel in collectivis inaequalitatibus raro in una conſideratione pulſum offendas duritie et mollitie inaequalem. Vibratus tamen magis alter ſaepe occurſus tum

Ed. Chart. VIII. [265. 266.] Ed. Baſ. III. (132.)

προσβολὴ φαίνεται τῆς προτέρας ἔν τε τῇ καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίᾳ καὶ τῇ συστηματικῇ. καὶ διὰ τοῦτ' ἂν ἴσως ἐξαπατήσειεν τοὺς ἀνασκητοτέρους, ὡς σκληροτέρα. σύμπτωμα δ' ἐστὶν ὁ κλόνος ἀρτηρίας σκληρᾶς, ἐπιπλέον ἀναγκαζομένης βιαίως διαστέλλεσθαι. γίνεται δ' οὐ σκληροτέρα τηνικαῦτα κατά γε τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐπιπλέον ἀναγκαζομένη βιαίως διαστέλλεσθαι τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα πάσχει. καί ἐστιν ἡ κλονώδης προσβολὴ χείρων τῆς ὁμαλοῦς, ὅταν μὴ διά τινα πρόσφατον αἰτίαν ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας ἐσκληρυμμένος ᾖ, χειρίστη δὲ ἧς ὁ τῆς ἡσυχίας χρόνος ἐπιμηκέστερος. ἡ μὲν οὖν διαλείπουσα καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλία χαλεπωτάτη πασῶν ἐστιν ἀνωμαλιῶν. γίνεται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν αὐτῶν κατὰ γένος αἰτιῶν ὑφ' ὧν περ καὶ ἡ συστηματικὴ, πολὺ δὲ χείρων αὐτῆς ἐστιν. ἐκείνη μὲν γὰρ εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὰς γοῦν ἁπλᾶς κινήσεις ἀπαρεμποδίστους ἐᾷ συντελεῖσθαι, [266] αὕτη δὲ οὐ ταύτας ἐᾷ γίγνεσθαι κατὰ φύσιν, ἀλλ' ἐμποδὼν ἵσταται καὶ στερίσκει τῆς κινήσεως τὰς ἀρτηρίας, οὐ διὰ τριῶν, ἢ τεττάρων, ἢ διά τινων ἔτι πλειόνων σφυγμῶν, ἀλλὰ κατὰ τὸν πρῶτον εὐθὺς αὐτόν. ἅπερ οὖν ἐπ' ἐκείνης εἴρηται, ταῦτα πάντα καὶπὶ ταύτης εἰρῆσθαι χρὴ δοκεῖν

in unius pulſus inaequalitate tum in collectiva apparet priore: quocirca imperitiores fallat fortaſſe, quaſi durior ſit. Symptoma vero eſt vibratio durae arteriae, quum amplius cogitur vi diſtendi; atqui non ſit tum re vera durior, ſed violenter impulſa, ut diſtendatur amplius, hoc habet ſymptoma. Atque eſt quidem vibratus occurſus aequali deterior, niſi tunica arteriae ex cauſa repentina induruerit; peſſimus vero cujus tempus quietis ſit prolixius. Intermittens in uno pulſu inaequalitas omnium inaequalitatum eſt incommodiſſima; cauſas enim habet genere easdem ac collectiva, ſed deterior illa eſt multo, nam illa ſi nihil aliud, at ſimplices motus confici praeter ullum obicem permittit, haec ne hos quidem pro lege naturae obiri ſinit, ſed obſtat motuque privat arterias, non in tertio quoque, vel quarto, vel pluribus etiam pulſibus, ſed in ipſo ſtatim primo. Quae igitur diximus de illa, haec ſunt ad hanc omnia transferenda,

Ed. Chart. VIII. [266.] Ed. Baſ. III. (132)

ηὐξημένα, κἂν τούτῳ μόνῳ παραλλάττοντα, τῷ τὸν θάνατον ὑπόγυον ἀπειλεῖν. ἐκ τούτου τοῦ γένους τῶν σφυγμῶν ἐστι καὶ ὁ δορκαδίζων. ἐξηγήμεθα δ' αὐτοῦ τὴν ἰδέαν, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν.

Κεφ. ζ'. Ἕτερον δέ ἐστι γένος σφυγμῶν ἀνωμάλων κατὰ μίαν διαστολήν, κοινὸν μὲν ἐχόντων τὸ δὶς παίειν, οὐ κοινὴν δὲ τὴν αἰτίαν. ἀλλ' ὡς καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτιῶν εἴρηται, τρεῖς εἰσιν αἱ πρῶται τῆς γενέσεως αὐτῶν αἰτίαι. περὶ μὲν δὴ τῶν δυοῖν εἴρηται μὲν καὶ δι' ἐκείνου τοῦ γράμματος, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ἀναμνήσεως ἕνεκα περὶ τῆς τρίτης αἰτίας. εἴρηται μὲν ἤδη καὶ περὶ ταύτης τό γε τοσοῦτον, ὡς ἀνώμαλός ἐστι δυσκρασία τοῦ σώματος αὐτοῦ τῆς καρδίας, ἀνεβαλλόμεθα δὲ τὸν σύμπαντα λόγον ὑπὲρ αὐτῆς ἐνταῦθα ποιήσασθαι. καὶ τοίνυν ἥκει καιρὸς αὐτῷ καὶ λεγέσθω. διὰ δὲ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀνωμάλους σφυγμοὺς, ὅσοι ταῖς τοῦ σώματος αὐτοῦ τῆς καρδίας ἀνωμάλοις ἀκολουθοῦσι δυσκρασίαις, ἐν τῷδε τῷ λόγῳ διέξιμεν, ἀρξάμενοι

ſed cum acceſſione, unaque hac diverſitate, quod praeſentem mortem denunciat. In hoc genere pulſuum caprizans eſt, cujus expoſuimus naturam, aliorumque omnium in libro primo De eorum differentiis.

Cap. VII. Porro aliud pulſuum genus eſt in una distentione inaequalium, qui in communi habent binos ictus, cauſam tamen non habent communem. Caeterum horum ſunt, ut declaravimus in ſecundo libro De pulſuum cauſis, tres unde generantur cauſae. De duabus certe in illo libro diximus; nunc vero etiam commemorandi gratia dicemus de tertia cauſa: de qua tantum jam dictum eſt, inaequalem eam eſſe intemperiem ipſius corporis cordis, verum totam ejus explicationem in hunc locum reiecimus. Nunc jam locus eſt ejus declarandae, atque etiam reliquos omnes pulſus inaequales, quia oratio cohaeret, qui ipſius corporis cordis ſuccedant inaequali intemperici, hoc ſermone per-

Ed. Chart. VIII. [266.] Ed. Baſ. III. (132. 133.)

κἀνταῦθα πάλιν ἀπὸ τῶν σαφεστέρων ἀνωμαλιῶν, ἃς ὀνομάζουσι συστηματικάς. τὸ σῶμα τῆς καρδίας ἐν ἑαυτῷ τινα δύναμιν ἔχει διασταλτικήν τε καὶ συσταλτικήν, οὐ μάτην οὐδ' ὡς ἔτυχεν οὔτε δοθεῖσαν ὑπὸ τῆς φύσεως οὔτ' ἐνεργοῦσαν, ἀλλ' ὡς ἐν ἑτέροις ἐπιδέδεικται, τοῦ φυλάττειν ἕνεκα τὴν ἔμφυτον θερμότητα. κατὰ μὲν οὖν τὰς συστολὰς ἀποχεῖ τὸ λιγνυῶδες περίττωμα, κατὰ δὲ τὰς διαστολὰς ἐπισπᾶται τὸ ἀναψῦχον αὐτήν. ὅταν μὲν οὖν ὁμαλῶς θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ καθαρὸν, ἢ τεθολωμένον ᾖ, πάντ' αὐτοῦ τὰ μόρια πρὸς τὴν ἐνέργειαν ὡσαύτως ἐξορμᾷ. ὅταν δ' ἤτοι τὰ μὲν θερμότερα, τὰ δὲ ψυχρότερα τύχοι τῶν μορίων αὐτοῦ, καὶ τὰ μὲν ἀκριβῶς καθαρὰ, τὰ δὲ τεθολωμένα τῷ πλήθει τῶν περιττωμάτων, οὐ τὴν αὐτὴν ὁρμὴν ἴσχει πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἅπαντα, ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτῶν φθάνει, τὰ δὲ μέλλει. κἂν τούτῳ τοῖς πλείοσί τε καὶ ἰσχυρότερον ἐξορμήσασι πρὸς τοὔργον ἕπεται τά τ' ὀλιγώτερα καὶ ἀσθενέστερα. οὐ γὰρ δὴ διασπασθῆναί τε καὶ χωρισθῆναι δυνατὸν αὐτοῖς ἀπ' ἀλλήλων ἑνὸς ὀργάνου μέρεσιν οὖσιν. (133) ὥσπερ δὲ τὰ πλείω

curram, exordiarque hic rurſus orationem ab apertiſſimis inaequalitatibus, quas collectivas appellant. Corpus cordis facultatem quandam obtinet, quae diſtendit et contrahit, non temere illam quidem nec fortuito a natura donatam, neque otioſam, ſed ſicut aliis locis demonſtravimus, tuendi gratia innati caloris. Haec in contractionibus ſuliginoſum excrementum effundit, in diſtentionibus allicit refrigerium. Itaque quum ex aequo calidum, vel frigidum, vel purum, vel turbidum ſit, omnes ejus partes pari impetu ad functionem contendunt: ubi vero aliae calidiores, aliae frigidiores ſint ejus partes, ac hae omnino mundae, illae abundantia excrementorum confuſae, non eodem omnes impetu ad munus feruntur, ſed hae antevertunt, illae cunctantur. Atque hic majorem numerum et validius ad opus contendentem pauciores imbecillioresque conſequuntur, neque enim divelli illae, neque diſtrahi a ſe mutuo, quae unius inſtrumenti ſint partes, poſſunt. Ut autem plures et majori vi

Ed. Chart. VIII. [266. 267.] Ed. Baſ. III. (133.)

τε καὶ σφοδρότερον ἐνεργεῖν ἐπειγόμενα σύμπασαν ἐξορμᾷ τὴν καρδίαν, οὕτω πάλιν, ὅταν ἐλάττω μὲν ᾖ τὰ πρὸς τὴν κίνησιν ἐπειγόμενα, πλείω δὲ τὰ μένοντα, σύμπασαν ἐν ἡσυχίᾳ κατέχει πλείονι. καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς κινήσεως ποιὸν ἐκ τῶν κρατησάντων ἐν αὐτῇ μερῶν ὅλῳ τῷ σπλάγχνῳ γίνεται. εἰ μὲν γὰρ τὰ θερμότερα τῆς κινήσεως ἐξηγεῖται, πρωϊαίτερόν τε ἅμα καὶ θάττων καὶ μείζων ἡ διαστολὴ γίνεται, τῶν ψυχρῶν δ' ἡγουμένων ὀψιαίτερόν τε καὶ βραδυτέρα καὶ μικροτέρα. πολλάκις μὲν οὖν τῷ πλήθει τῶν μορίων ἡ τῆς κινήσεως ἡγεμονία συνέπεται, πολλάκις δὲ τῷ μεγέθει τῆς χρείας. ὅσα γὰρ ἱκανῶς δεῖταί τινος, ἑτοιμότερόν τε καὶ σφοδρότερον ἐπὶ τοὔργον ἐξορμᾷ μὲν, κἂν ἴσα τῷ πλήθει ὑπάρχῃ τοῖς μὴ δεομένοις. ὅταν μὲν οὖν πολὺ πλείω τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων [267] ᾖ, κατ' ἐκεῖνα διαπαντὸς κινεῖται καὶ ἐνεργεῖ τὸ σπλάγχνον· ὅταν δὲ ἢ τοι βραχεῖ τινι τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων, ἢ πλείω, ἢ ἀκριβῶς ἴσα, διαπαντὸς μὲν οὐκ ἐνδέχεται κρατεῖν τὰ ἕτερα, νικῶντα δὲ ἐν μέρει τε καὶ νικώμενα ποικίλας τε καὶ ἀνωμάλους ἐργάζεται τὰς ὅλου τοῦ σπλάγχνου κινήσεις. ἔστω γὰρ, εἰ τύχοι, πλείω μὲν, οὐ μὴν πολλῷ γέ τινι τὰ ψυχρὰ

ad actionem properantes, univerſum cor excitant; ita contra, ubi pauciores ſint, quae ad motum properant, quae conſiſtunt plures, univerſum in longiori quiete continent. Jam vero etiam motus qualitatem ex praepollentibus in ſe partibus comparat totum viſcus; nam calidiores ſi motui praeſint, maturior ſimul et celerior majorque ſit diſtentio, ſin frigidae, ſerior, tardior atque minor, ac ſubinde motus principatus majori numero partium defertur; ſaepe etiam magnitudini uſus, quae enim efflictim quippiam deſiderant, haec expeditiores ad opus et intentiores ſunt, etiam ſi numerum aequent non requirentium. Quum igitur longe alterae plures ſint alteris, pro illarum ratione movetur perpetuo viſcus et agit, at ſi paulo alterae alteris vel plures ſint vel plane pares, non poſſunt perpetuo alterae eſſe ſuperiores, ſed viciſſim vincunt atque vincuntur; itaque varios efficiunt et inaequales totius viſceris motus. Sint enim exempli gratia plures, at non multo, partes frigidae cali-

Ed. Chart. VIII. [267.] Ed. Baſ. III. (133.)

μόρια τῶν θερμῶν, ἀνάγκη τὴν πρώτην ἐνέργειαν ἐλάττονά τε καὶ βραδυτέραν γίνεσθαι, καὶ μὲν δὴ καὶ τὴν ἡσυχίαν ἐν τούτοις κρατοῦσι μακροτέραν ἢ εἴπερ ἐκράτει τὰ θερμά. καὶ τοίνυν καὶ ἡ δευτέρα τῆς καρδίας ἐνέργεια τῶν ψυχρῶν κρατούντων γινέσθω, καὶ μετ' αὐτὴν αὖθις ἡσυχία. καὶ τρίτη γε καὶ τετάρτη πρὸς ταύτας ἐνέργειά τε καὶ ἡσυχία κατὰ τὰ ψυχρὰ νικῶντα συντελείσθω, ἆρ' οὐ πρόδηλον ὡς τὰ θερμότερα μόρια τὰ μείζονός τε ἅμα καὶ θάττονος καὶ πυκνοτέρας δεόμενα τῆς κινήσεως ἐνδεῶς ἀπολαύσει τῆς ἑαυτῶν χρείας; ὥστε ἐν τούτῳ θερμότερα γενήσεται καί τι καὶ τοῖς ὁμιλοῦσι μεταδώσει θερμότητος. οὐκοῦν ἔτι φυλαχθήσεται τῆς καρδίας ἡ ἐξ ἀρχῆς διάθεσις, εἴπερ καὶ πλείω γενήσεται τὰ θερμότερα μόρια καὶ μᾶλλον ἢ πρόσθεν θερμά. τούτου τοίνυν ἀεὶ συμβαίνοντος, ἔσται ποτὲ χρόνος ἐν ᾧ καὶ αὐτὰ κρατήσει τῶν ἐναντίων, ὥστε καὶ πρωϊαίτερον ἐπὶ τὴν ἐνέργειαν ἐξορμῆσαι, διὰ τὴν τῆς χρείας ἔπειξιν, αὐτήν τε τὴν κίνησιν ποιήσασθαι θάττονά τε καὶ μείζονα τῶν ἔμπροσθεν ἁπασῶν κινήσεων, ὧν ἡγεῖτο τὰ ψυχρά. συμβήσεται τοιγαροῦν ἐν τούτῳ τὰ μὲν κρατοῦντα συμμέτρως ἀπολαύειν

dis; hic primam actionem neceſſe eſt minorem tardioremque eſſe; nec non quietem in harum victoria longiorem, quam ſi ſuperarent calidae. Jam etiam altera cordis actio vincentibus frigidis fiat; a qua iterum quies. Quin etiam tertia et quarta praeterea actio, et quies ex frigidarum victoria obeatur, quid partes calidiores, quibus majore pariterque celeriore atque crebriore motu eſt opus, nonne deficient eo quo indigent? Itaque interea fient calidiores ac nonnihil impartient caloris etiam vicinis; quo minus cordis primus ſtatus ſervabitur, ſiquidem et plures fient calidiores partes et magis quam antea calidae. Quod quia perpetuo fit, erit aliquando, quum hae etiam victurae contraria ſint, ut et maturius ſe ad opus conferant ob uſus ſtimulum ipſamque reddant actionem celeriorem atque majorem omnibus prioribus motibus, quibus praecerant frigidae. Accidet igitur interea ut quae excellebant juſto fruantur

Ed. Chart. VIII. [267.] Ed. Baſ. III. (133.)

ἐμψύξεως, ὅσα δ' ἦν ψυχρότερα, πλέον ἤδη καταψύχεσθαι, καὶ οὕτως μεταπεσεῖν αὖθις ἐν τῷ χρόνῳ τὴν διάθεσιν ὅλης τῆς καρδίας, ὡς κρατῆσαι τὰ ψυχρότερα. τῶν μὲν γὰρ θερμοτέρων ἱκανῶς ἀπολαυόντων ἐμψύξεως, τῶν δὲ ψυχροτέρων αὐτῶν τε πλέον ἢ δεῖ ψυχομένων καὶ τὰ πλησιάζοντα συγκαταψυχόντων, ἀναγκαῖον οὕτω γενέσθαι πλέονα τὰ ψυχρότερα· πάλιν δ' αὖ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὴν κίνησιν ὅλης τῆς καρδίας ἀναγκαῖον ἔσται κατὰ τὴν τοιούτων χρείαν τυπωθῆναι καὶ γενέσθαι τὰς διαστολὰς αὐτῆς ἀραιὰς καὶ βραδείας καὶ μικράς, οἷαί περ ὑπέκειντο γίνεσθαι κατ' ἀρχάς. ἅπερ οὖν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρητο περὶ τῆς μεταπτώσεως αὐτῶν, ταῦτα γοῦν λεγέσθω καὶ νῦν· ὡσαύτως καὶ ὅσα περὶ τῆς εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς κατάστασιν ἐπανόδου λέλεκται πρόσθεν, ἀναμνήσθητι νῦν. οὕτω γὰρ οἶμαί σε πεισθήσεσθαι περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν συνεχοῦς μεταπτώσεως ἄχρι περ ἂν ἡ εἰρημένη δυσκρασία κατὰ τὴν καρδίαν παραμένῃ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, ἐπειδὰν ἐν τῷ πλήθει τῶν λιγνυωδῶν περιττωμάτων ἀνώμαλος ἡ δυσκρασία κατὰ τὸ σπλάγχνον εἰς τὴν συστηματικὴν ἀνωμαλίαν καὶ ἡ τῶν

refrigerio; quae vero erant frigidiores, largius jam refrigerentur; itaque diuturnitate immutetur iterum totius cordis ſtatus, ut vincant frigidiores. Nam quum abunde calidiores fruantur refrigerio, ipſae vero frigidiores praeter modum refrigerentur, unaque finitimis frigiditatem impertiant, non poterunt ſic frigidiores non fieri plures; ſimulque interdum motum totius cordis neceſſe eſt denuo ad talium uſum fingi, fierique ejus raras, tardas et parvas diſtentiones, quales poſuimus primo fieri. Proinde quae retulimus paulo ante de illarum immutatione, haec nunc commemorentur iterum; ſimulque de reditu in priſtinum ſtatum quae diximus ante ad memoriam revoca; nam ita demum probaturum me puto tibi pulſuum continentem variationem, dum intemperies illa in corde conſiſtat. Eodem modo poſteaquam ob fumoſorum excrementorum multitudinem intemperie inaequali viscus corripiatur, in collectivam inaequali-

Ed. Chart. VIII. [267. 268.] Ed. Baſ. III. (133.)

σφυγμῶν κίνησις ἀχθήσεται. οὐδὲν δὲ δήπου θαυμαστὸν οὐδὲ τὴν καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίαν ἐπὶ ταῖς τῆς καρδίας γίνεσθαι. τὰ μὲν γὰρ τοῖς θερμοτέροις αὐτῆς μέρεσι κατευθὺ τῶν ἀρτηριῶν μόρια θερμότερά τε γενήσεται τῶν ἄλλων καὶ διαστήσεται μεῖζον καὶ κινήσεται θᾶττον· τὰ δὲ τοῖς ψυχροτέροις αὐτά τε ἔσται ψυχρότερα καὶ βραδύτερον κινήσεται καὶ διαστήσεται μεῖον. ὅταν δ' ὅλον ἀγγεῖον ποτὲ κατευθὺ γένηται τοῖς θερμοτέροις μέρεσι τῆς καρδίας, θᾶττόν τε κινήσεται καὶ μεῖζον διαστήσεται τοῦτο τῶν τοῖς ψυχροτέροις κατευθὺ τεταγμένων. καὶ χωρὶς δὲ τῆς καρδίας οἰκεῖαί τινες γινόμεναι ταῖς ἀρτηρίαις δυσκρασίαι τάς τε εἰρημένας ἀνωμαλίας ἀποτελοῦσι, τὰς κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα καὶ τάχος καὶ βραδύτητα καὶ ἀραιότητα καὶ πυκνότητα, καὶ εἰ πολὺ τοῦ κατὰ τὴν φύσιν ἐκτρέποιντο, καὶ τὰς κατὰ σφοδρότητά τε καὶ ἀμυδρότητα. καὶ μὲν δὴ καὶ κατὰ αὐτήν γε τὴν καρδίαν, καὶ προσέτι τὰς ἀρτηρίας ἁπάσας, [268] ἐκ τῆς κατὰ τὸ σπλάγχνον ἀνωμάλου δυσκρασίας ἐν μιᾷ διαστολῇ πλείους γενήσονται διαφοραὶ τῶν κινήσεων, τῶν μὲν εἰς τάχος αὐτὴν ἐξορμώντων, ἐνίων

tatem motus pulſuum erumpet. Neque vero mirum eſt vel inaequalitatem unius pulſus fieri ob cordis intemperiem; etenim partes arteriarum calidioribus ejus partibus obductae et calidiores fient aliis et dilatabuntur magis celeriusque movebuntur; frigidioribus vero obductae et ipſae erunt frigidiores et movebuntur tardius atque minus dilatabuntur. Quum vero obductum fuerit totum vas calidioribus cordis partibus, tum celerius movebitur tum magis diſtendetur hoc quam illa, quae frigidioribrs obducta ſunt. Et etiam praeter cor intemperies quaedam arteriarum peculiariores inaequalitates illas commemoratas concitant magnitudinis, parvitatis, celeritatis, tarditatis, raritatis, crebritatis; quae ſi longe a natura recedant, etiam vehementiae et remiſſionis. Jam vero etiam in ipſo corde omnibusque praeterea arteriis ex visceris illius inaequali intemperie plures in una diſtentione motuum differentiae prodibunt, partim illam ad celeritatem concitantium, partim ſuſtinentium et motuum

Ed. Chart. VIII. [268.] Ed. Baſ. III. (133.)

δ' ἐπεχόντων τε καὶ βραδύνειν ἀναγκαζόντων. ὥστε ποτὲ καὶ στῆναι μεταξὺ κατὰ τὴν ἄνοδον, οἷόν τι συμβαίνει καὶ τοῖς ἐν ὁδοιπορίαις, ἢ καὶ ἄλλως ὁπωσοῦν ἕλκουσιν ἑτέρους βραδύνοντας. ἀντισπώμενοι γὰρ ὑπ' αὐτῶν ἀτάκτως ἐκκόπτονταί τε καὶ διακόπτονται τὴν ὁρμὴν, ὡς μήτε διαπαντὸς ὁμοίαν ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν ἴσχεσθαί τε πολλάκις. εἰ δὲ καὶ ἀντιπράττοντάς τε καὶ ἀντισπῶντας ἕλκοιεν, οὐ μόνον ἴσχονται τῆς κινήσεως, ὡς ἤτοι βραδύτερον ἢ μηδόλως ἐνίοτε βαδίζειν, ἀλλὰ καὶ ἀνθελκύσθησάν ποτε εἰς τοὐπίσω. ταῦτ' οὖν ἅπαντα συμβαίνει τῇ τε καρδίᾳ καὶ ταῖς ἀρτηρίαις ἐν ταῖς ἀνωμάλοις δυσκρασίαις.

Κεφ. η'. Καὶ ὅ γε δορκαδίζων σφυγμὸς ἐκ τοῦ γένους μέν ἐστι τῶν ἐν ἡσυχίᾳ διαλαμβανομένων, ἐπιγίνεται δ' ἐνίοτε τοιούτοις πάθεσι καρδίας· ὥσπερ γε καὶ ὁ δίκροτος ἐκ τοῦ γένους μέν ἐστι τῶν ἀνθελκομένων ἔσω, συνεδρεύει δὲ καὶ αὐτὸς ἔστιν ὅτε ταῖς ἀνωμάλοις τῆς καρδίας δυσκρασίαις, καὶ μᾶλλόν γε, ὅταν ἀξιόλογον ᾖ κατ' αὐτὴν τὸ πλῆθος τῶν αἰθαλωδῶν περιττωμάτων ἐν πολλοῖς τῶν μορίων αὐτῆς.

cogentium adeo ut etiam in medio interdum aſcenſu ſubliſtat. Id quod et illis uſu venit qui in itinere, vel alio quovis modo alteros cunctantes trahunt; retracti enim ab illis inordinate frangunt impetum et interpellant, ut non eodem ſemper modo moveantur, imo reſiſtant frequenter. Qui ſi obtinentes ac retrahentes trahant, non modo eorum impeditur motus, ut vel tardius, vel nequaquam interdum procedant, verum etiam retrahuntur aliquando rurſum. Atque haec quidem cordi et arteriis omnia accidunt per inaequalem intemperiem.

Cap. VIII. Caprizans autem ex genere eſt illorum quidem qui in quiete intercipiuntur; nonnunquam tamen fit in ejuscemodi cordis affectibus, ut etiam dicrotus, qui ex genere eſt intro retractorum; comitatur tamen nonnunquam et ille cordis inaequalem intemperiem, atque adeo quum collectus ſit in multis ejus partibus ingens excremen-

Ed. Chart. VIII. [268.] Ed. Baſ. III. (133. 134.)

ἂν γὰρ ἅμα συμβῇ τὰ μὲν ἁπλῶς εἶναι πάνυ θερμά, τὰ δὲ καταπνίγεσθαι καπνώδει λιγνύϊ, πρὸς τὰς ἐναντίας ἐξορμήσει κινήσεις, ὡς διαστέλλεσθαι μὲν ἐπιχειρεῖν τὰ ἕτερα, συστέλλεσθαι δὲ θάτερα. καὶ οὕτως ἤτοι διαστελλομένης τῆς ἀρτηρίας ἐνεργησάντων τῶν συστελλόντων διαδέξεταί ποτε τὴν διαστολὴν ἡ συστολὴ καὶ χωρὶς τῆς ἐκτὸς ἠρεμίας, ἢ συστελλομένης ἐνεργησάντων τῶν διαστελλόντων, ἢ διαδέξεται τὴν συστολὴν ἡ διαστολή, χωρὶς τῆς ἐντὸς ἡσυχίας. ἑκάτερον δὲ αὐτῶν ἔσται κατὰ πλείονας τρόπους, ἤτοι γὰρ ἐκνικήσει τελείως ἡ δευτέρα κίνησις τὴν προτέραν, ἢ ἐπ' ὀλίγον μὲν ἀντισπάσει, νικήσασα δὲ ἡ προτέρα πληρώσει τὸ προκείμενον ἑαυτῇ μέτρον, ὥστε γίνεσθαι τρεῖς τὰς πάσας διαφορὰς σφυγμῶν ἔν τε τῷ διαστέλλεσθαι καὶ ἐν τῷ συστέλλεσθαι· πρώτην μὲν, ἐπειδὰν ἐν τῷ διαστέλλεσθαι πρὶν πληρῶσαι τὸ μέτρον ἡ συστολὴ διαδέξηται, δευτέραν δ', ὅταν ἀκριβῶς πληρωθεῖσαν ἐκδέξηται τῆς ἐκτὸς ἠρεμίας ἀπολλυμένης. τὴν τρί(134)την δ', ὅταν ἔτι γιγνομένην τὴν διαστολὴν ἀντισπάσῃ μὲν ἡ ἐναντία κίνησις, ἀσθενεστέρα δὲ γενομένη συγχωρήσει τὸ λεῖπον ἐκπληρῶσαι. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὴν συστολὴν ἡ διαστολὴ ποτὲ μὲν ἤδη

torum fuliginoſorum acervus. Nam ſi una contingat, ut quaedam omnino ſint praecalidae, aliae fumoſa fuligine praefocentur, ad contrarios proſilient motus; ut alterae diſtentionem moliantur, alterae conſidant. Itaque ſive quia dum diſtenditur arteria, partes, quae contrahunt, actione ſint functae, ſuccedet contractio interdum diſtentioni, vel citra externam quietem, ſive quia, dum contrahitur, partes quae dilatant actione ſint functae. Quorum utrumque pluribus modis fiet. Aut enim plane vincet fecundus motus priorem, aut aliquantum retrahet, victor autem prior modum inſtitutum complebit, ut tres numero differentiae fiant et in diſtentione et contractione; prima, quum diſtentionem, priusquam menſuram impleverit, contractio excipiat; altera, quum prorſus completae ſuccedat externa quiete perdita; tertia, quum diſtentionem motus contrarius nondum abſolutam retrahat, qui debilior redditus reliquum ſinat compleri. Haud aliter etiam contractionem diſtentio

Ed. Chart. VIII. [268. 269.] Ed. Baſ. III. (134.)

γεγενημένην ἐκδέχεται, μὴ συγχωρήσασα στῆναι, ποτὲ δὲ καὶ πρὸ τοῦ πληρωθῆναι κολούσασά τε καὶ νικήσασα διεδέξατο, ποτὲ δ' ἀντέσπασε μὲν ὀλίγον, ἐνικήθη δέ. τοιαῦται κινήσεις ἀρτηριῶν γίνονταί ποτε καὶ χωρὶς τοῦ τὴν καρδίαν πεπονθέναι, ἤτοι διὰ δυσκρασίαν ἀνώμαλον ἐν αὐταῖς συστᾶσαν, ἢ δι' ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως, ἢ διὰ σκληρότητα τοῦ χιτῶνος, ὑπὲρ ὧν εἴρηται μὲν ἤδη τι κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ἐν κεφαλαίοις, ἐκεῖνο πρότερον ἐπισημηναμένων ἡμῶν, ὡς τὸν περὶ τῆς κατὰ τὴν καρδίαν ἀνωμάλου δυσκρασίας λόγον, ὃν νῦν διήλθομεν, εἰς τήνδε τὴν πραγματείαν ἀνεβαλλόμεθα διά τε τὸ ζητεῖν ἔτι καὶ βασανίζειν αὐτὸν ἐμπειρίᾳ μακρᾷ, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα τὰ εἰρημένα τε καὶ λεχθησόμενα, καὶ διότι κατ' ἐκείνην τὴν πραγματείαν οὐδέπω περὶ δυνάμεως οὐσίας οὐδὲν εἰρήκαμεν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο τὸ δόγμα, πρὶν ἐν ἅπασι τοῖς κατὰ μέρος ὁμολογουμένοις ἐξευρεῖν, ἐτολμήσαμεν ἀποφήνασθαι. [269] νῦν δ' ἐπειδὴ πεπείσμεθά τε τὴν οὐσίαν τῶν δυνάμεων οὐδὲν ἄλλο παρὰ τὴν ποιὰν εἶναι κρᾶσιν, ἅπαντά τε τὰ κατὰ

nunc abſolutam conſequitur, nec permittit conſiſtere, nunc etiam, priusquam confecta ſit, impeditam et victam excipit; nonnunquam retrahit nonnihil, ſuperatur tamen. Hi motus arteriarum fiunt interdum vel extra affectum cordis, aut propter earum inaequalem intemperiem, aut facultatis imbecillitatem, aut propter duritiem tunicae; de quibus etſi ſermonem jam ante habuimus in ſecundo libro De cauſis pulſuum, tamen hic exponam, ſed ſummatim, ſi hujus primum admonuerimus quod de inaequalis cordis intemperie modo explicavimus, in hanc nos commentationem produxiſſe, quum ut etiam inveſtigaremus eam et expenderemus longa experientia, ſicut alia omnia quae dixi et ſum dicturus; tum quod nihil dum in illis commentariis attulimus de facultatis eſſentia. Neque enim prius hoc decretum quam omnibus particularibus reperiſſem conſentiens pronunciare fui auſus. Nunc quando eſſentiam facultatum perſuaſi ſumus nihil eſſe praeter qualitatem temperamenti, om-

Ed. Chart. VIII. [269.] Ed. Baſ. III. (134.)

τὰς διαγνώσεις τε καὶ προρρήσεις καὶ θεραπείας ἐπὶ τούτῳ τῷ δόγματι συμφωνοῦνθ' εὑρίσκομεν, εὐλόγως, οἶμαι, καὶ τοὺς ἑπομένους ταῖς ἀνωμάλοις δυσκρασίαις τῆς καρδίας σφυγμοὺς ἐνταῦθα διήλθομεν. εἰσὶ δ', ὡς ἐλέγομεν, ἔνιοί τινες ἐξ αὐτῶν καὶ χωρὶς ἐκείνης συνιστάμενοι. δίκροτος οὖν τίς ἐστι σφυγμὸς κλονώδης, ὃν δὴ καὶ μόνον ᾤμην τό γε κατ' ἀρχὰς εἶναι πλήττοντα δὶς, ἐξαπατώμενος ὑφ' ὧν ἔλεγεν Ἀρχιγένης, εἰκάζων αὐτὸν ταῖς τῆς σφυρᾶς διπλαῖς πρὸς τὸν ἄκμονα πληγαῖς. ἀποπάλλεσθαι γάρ τι σκληρὸν ἀφ' ἑτέρου σκληροῦ κατὰ τὰς τοιαύτας πληγὰς ὑποθέμενος, ἐξ ὧν ἐσφάλην περὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ πράγματος, ἐκ τούτων καὶ περὶ τὴν διάγνωσιν ἐσφαλόμην. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ χρόνῳ προσεδρεύων ἀεὶ καὶ λιπαρῶς ἐγκείμενος τῇ διαγνώσει τῆς συστολῆς ἐναργῶς ᾐσθόμην ἀρτηρίας ποτὲ μαλακῆς καὶ ἀκλόνου συσταλείσης ἐπὶ βραχὺ, κἄπειτ' αὖθις ἐκπληρωσάσης τὴν διαστολὴν, ἐκ τούτου τάς τε διαθέσεις ἐφ' αἷς οἱ τοιοῦτοι γίνονται σφυγμοὶ παρεφύλαξα, καὶ χρόνῳ ποτε μακρῷ σὺν πολλῇ τῇ σκέψει βεβαίως ἠδυνήθην ἀποφήνασθαι ταῦθ' ἅπερ νῦν διεξέρχομαι. φαίνεται δέ μοι καὶ ὁ Ἀρχιγένης ἐπιμελῶς μὲν

niaque et in dignoscendo et praecognoscendo et curando convenire cum hoc decreto animadvertimus, non abſurde nos arbitramnr feciſſe, qui pulſus hic comitantes cordis inaequalem intemperiem explicavimus. In quibus ſunt nonnulli, uti dicebamus, qui etiam absque illa conſtent. Itaque dicrotus quidam eſt pulſus vibratus, quem primo quidem unum bis ferire putavi verbis deceptus Archigenis, geminis ipſum mallei ictibus ad incudem aſſimulans. Quum enim durum quiddam reſultare ab altero duro ſtatuiſſem, a quibus adductus ſum circa notionem rei in errorem, ex iisdem in dignoscenda ipſa ſum lapſus. At poſteaquam incumbens ſemper et inſtans ſedulo ut contractionem dignoscerem, tandem arteriam manifeſto ſenſi modo mollem et non vibratam conſidere aliquantum, moxque diſtentionem conſicere, poſthac affectus obſervavi qui habent eos pulſus, et tandem aliquando a multa obſervatione haec potui conſtanter quae nunc expono affirmare. Sane mihi videtur etiam Archige-

Ed. Chart. VIII. [269.] Ed. Baſ. III. (134.)

παραπεφυλακέναι τοὺς δὶς παίοντας σφυγμούς, οὔτε δ' ἑρμηνεύειν αὐτοὺς ὀρθῶς οὔτε τὰς διαθέσεις αἷς ἕπονται διαγινώσκειν, ἢ οὐκ ἂν ἁπλῶς οὕτως οὔτε ταῖς τῆς σφυρᾶς διπλαῖς πρὸς τὸν ἄκμονα πληγαῖς εἴκασεν αὐτοὺς οὔτε παρέλιπεν εἰπεῖν ὅστις ὁ τρόπος ἐστὶ τῆς γενέσεως αὐτῶν. ἀλλ' ἡμῖν γε καὶ τοῦτο εὑρέθη μετὰ χρόνον πολὺν, ὥσπερ καὶ ἄλλα πάμπολλα τῆς θεωρίας. καὶ σὺ οὕτως ἔχειν τὸ πρᾶγμα μὲν εὑρήσεις, εἰ μόνον ἐθέλησάς τινα φιλοπονίαν τε καὶ σπουδὴν εἰσενέγκασθαι περὶ τοὔργον, οἵαν ἡμεῖς εἰσενεγκάμεθα. χωρὶς γὰρ ταύτης οὔτε γνῶναι δυνήσεται τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν οὔτ' αὐτὸς ὠφεληθῆναί τι. τρεῖς οὖν εὑρήκαμεν ἄχρι δεῦρο καὶ διαθέσεις καὶ γενέσεις τῶν δὶς παιόντων σφυγμῶν· μίαν μὲν τὴν τῶν κλονωδῶν, κατὰ τοῦτο μόνον αὐτῶν ἀποκεχωρηκυῖαν, ὅτι βραχέος γενομένου κατὰ τὸ μῆκος τοῦ σφυγμοῦ τῶν ἑκατέρωθεν μερῶν τῆς ἀρτηρίας ἀφανὴς ὁ κλόνος ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο δίκροτος, οὐ κλονώδης φαίνεται· δευτέραν δὲ καθ' ἣν ὁ μὲν σφυγμὸς ἄκλονός ἐστιν, ἡ δ' ἀρτηρία σκληρὰ καὶ ἡ δύναμις ἀσθενὴς εἰς τοσοῦτον ὡς βαρύνεσθαι μὲν ὑπὸ τῶν ἐπικειμένων σωμάτων, ὅμως δὲ κατά τι μέρος ἐν τῷ

nes accurate pulſus bis ferientes obſervaſſe, ſed parum bene eos declarare et affectus quos comitantur ignorare. Neque enim ita nude eos, neque mallei geminis ictibus ad incudem aſſimilaret; neque praeteriret, unde procedant, originem. Id quod etiam nos multo poſt tempore aſſecuti ſumus, necnon hujus commentationis alia complura. Tumque rem eſſe ita comperies, ſi modo diligentiam aliquam et ſtudium in opus conferre volueris, quale nos adhibuimus; nam absque eo nec cognoscere de illis quicquam veri valeas et ipſe operam ludas. Tres ergo affectus hactenus originesque bis ferientium pulſuum invenimus; unam vibratorum, hac ſola re ab illis diſtinctam, quod quum brevem pulſus longitudinem habeat ex utraque parte arteriae, obscura vibratio ſit; quamobrem dicrotus, non vibratus videtur; alteram, in qua non vibratus eſt pulſus, ſed arteria dura adeoque facultas imbecilla, ut a corporibus incumbentibus gravetur, tamen aliqua parte ſita ad cutem attol-

Ed. Chart. VIII. [269.] Ed. Baſ. III. (134.)

δέρματι τεταγμένον ἀκωλύτως ἀναφέρεσθαι. τούτου γὰρ μόνου τοῖς ἅπτομένοις εἰς αἴσθησιν ἥκοντος, ἔσται ποτὲ δίκροτος ὁ σφυγμὸς, ὅταν ἐξορμῆσαν αὐτὸ διὰ τὴν τῶν ἐπικειμένων κουφότητα πάλιν ἀντισπάσῃ κατέχοντά τε καὶ μὴ συνεπόμενα τὰ ἑκατέρωθεν μόρια, τὰ πρὸς τῶν ἐπικειμένων σωμάτων βαρυνόμενα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ μήτ' αἰσθητὴν ὅλως ποιούμενα τὴν κίνησιν μήθ' ἣν ποιεῖται τὴν αὐτὴν τῷ φαινομένῳ μέρει τῆς ἀρτηρίας, ἀλλὰ μεμελημένην τε καὶ βραδύνουσαν. ἐν τούτῳ γὰρ ἀντισπᾶσθαι συμβαίνει πρὸς αὐτῶν τὸ φθάνον ἐξορμῆσαι, σκληρᾶς οὔσης τῆς ἀρτηρίας. ἄλλως γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι τὴν ἀντίσπασιν ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν. οὗτοι μὲν οὖν οἱ δύο σφυγμοὶ δίκροτοί τ' εἰσὶ καὶ σκληροὶ, ὁ δὲ τρίτος ὁ ἐπὶ δυσκρασίᾳ γινόμενος οὔτε δίκροτος, ἀλλὰ δὶς πλήττων μόνον, οὔτ' ἐξ ἀνάγκης σκληρός. εἰ δὲ καὶ τοῦτόν τις ὀνομάζειν ἐθέλει δίκροτον, οὐδὲν διαφέρει. μεμνήσθω δὲ μόνον ὡς οὐκ ἔστιν ὅμοιος τοῖς ἀποπαλλομένοις σώμασιν ἀπὸ σκληρῶν σκληροῖς, ἀλλ' ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται, διαμαχομένων ἀλλήλαις γίγνεται τῶν δύο δυνάμεων, [270] τῆς τε διαστελλομένης καὶ τῆς συστελλούσης τὴν

latur libere; hanc enim quum ſolam ſenſu percipiant tangentes, erit aliquando pulſus dicrotus, ubi prae oneris levitate exilientem illam partes utrinque conſidentes, nec conſequentes retrahant, a corporibus impoſitis gravatae; quae idcirco nec ſenſibilem concitant motum, nec quem concitant, hunc concitant ſimiliter parti arteriae conſpicuae, caeterum cunctantem et morantem. Interea enim fit ut ab illis quae prius exiliit retrahatur, quum dura eſt arteria, nam alias in ejuscemodi affectibus non fiat retractio. Atque hi quidem duo pulſus tum dicroti ſunt tum duri. Tertius, qui ex intemperie nascitur, haud eſt dicrotus, ſed bis modo pulſans, neque neceſſario durus, quem ſi velit quis dicrotum appellare, nihil refert, hoc tantum meminerit, non eſſe ſimilem corporibus duris, quae a duris repercutiantur, ſed ut paulo ante diximus, concertantibus fit mutuo duobus facultatibus, et quae diſtendit et quae contrahit cor. At

Ed. Chart. VIII. [270.] Ed. Baf. III. (134.)

καρδίαν. ἐν τίσι δὲ νοσήμασι καὶ κατὰ ποίας αἰτίας τε καὶ διαθέσεις εἰς ἀνώμαλον ἀφικνεῖται δυσκρασίαν ἡ καρδία, νῦν μὲν οὐκ ἐπείγει λέγειν, ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασιν εἰρήσεται. κατὰ δὲ τὸ παρὸν ἀρκέσει τό γε τοσοῦτον, ὡς ἐπὶ ταῖς ἀνωμάλοις δυσκρασίαις τῆς καρδίας, καὶ ὅσα γε κατ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ σπλάγχνου συνίστανται, γίγνεται μὲν καὶ ὁ δὶς παίων σφυγμὸς, γίγνεται δὲ καὶ ὁ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν ἀπολλὺς, ἔτι τε πρὸς τούτοις καὶ ὁ κολουόμενος τὴν διαστολήν. ἐδείχθη δ' ὅτι καὶ οἱ διακοπτόμενοι τὴν κίνησιν ἡσυχίᾳ καὶ αὐτοὶ γίγνονται πάντες ἐπὶ ταῖς ἀνωμάλοις τῆς καρδίας δυσκρασίαις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσοι χωρὶς τοῦ διακόπτεσθαι τὴν διαστολὴν ἀνώμαλοι φαίνονται κατὰ βραδύτητά τε καὶ τάχος, εὔδηλον ὅτι καὶ οὗτοι πρὸς ταῖς ἄλλαις αἰτίαις ὑφ' ἃν ἐδείχθησαν γίγνεσθαι καὶ αὐτὴν ταύτην ἔξουσιν ὑπὲρ ἧς ὁ λόγος ἐνέστηκε, τὴν ἀνώμαλον τῆς καρδίας δυσκρασίαν, ὅταν ἐπὶ τοσοῦτον ἀλλήλοις διαμάχηται τὰ θερμὰ μόρια τοῖς ψυχροῖς, ὡς ποτὲ μὲν ἀναγκάζεσθαι βραδύνειν τὰ θερμὰ πρὸς τῶν ψυχρῶν κατεχόμενα, ποτὲ δὲ θᾶττον κινεῖσθαι τὰ ψυχρὰ πρὸς τῶν θερμῶν ἐφελκόμενα.

Κεφ. θ'. Ἕτερον ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις γένος ἐστὶν

quibus in morbis quibusque de cauſis et affectibus ad inaequalem cor intemperiem deveniat, nihil eſt quod nunc dicam, ſed in proximis commentariis explicabitur. Tantum hoc loco ſatis ſit, inaequalem intemperiem cordis, quae quidem in ipſo corpore visceris conſiſtat, comitari pulſum bis ferientem, conſequi etiam illum qui perdidit externam quietem, ad haec illum cujus impeditur diſtentio. Praeterea demonſtravimus illos quorum motus interpellatur quiete, comitari omnes inaequalem cordis intemperiem. Quin etiam citra interpellatam diſtentionem, qui inaequali repraeſentantur tarditate et crebritate, plane etiam hi praeter alias a quibus signi eos demonſtravimus et hanc cauſam obtinebunt de qua ſermo habetur, inaequalem cordis intemperiem; ſi quando inter ſe adeo contendant calidae partes cum frigidis, ut ſubſiſtere interdum neceſſe habeant calidae retentae a frigidis, interdum celerius frigidae moveri a calidis attractae.

Cap. IX. Aliud ad ſuperiora genus eſt inaequalitatis

Ed. Chart. VIII. [270.] Ed. Baſ. III. (134. 135.)

ἀνωμαλίας τῆς καθ' ἕνα σφυγμὸν, οὐκ ὀλιγάκις φαινόμενον, οὐδ' ἐπ' ὀλίγων παθῶν, ἀλλ' εἴπερ τι καὶ ἄλλο πολλάκις τε καὶ ἐπὶ πολλῶν. εὑρίσκεται δὲ ἐν αὐτῷ τὸ ἐγγύτερον τῆς ἀρχῆς μέρος τῆς ἀρτηρίας πρότερον κινούμενον. καὶ ὅ γε κυματώδης τε καὶ ὁ σκωληκίζων σφυγμὸς ἐκ τούτου τοῦ γένους εἰσὶν, ἐπὶ μαλακῇ μὲν ἀρτηρίᾳ, δυνάμει δ' οὐκ εὐρώστῳ συνιστάμενοι. ὁ μὲν οὖν σκωληκίζων οὐ μόνον οὐκ εὔρωστον, ἀλλὰ καὶ καταλελυμένην ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν, ὁ δὲ κυματώδης ἐστὶν ὅτε μὲν αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον οὐκ εὔρωστον, οὐ μὴν ἤδη γέ πω καταλελυμένην, ἔστι δ' ὅτε καὶ τόνου μετρίου μετέχουσαν, ἡνίκα μάλιστα κρίσιμον ἱδρῶτα προδηλοῖ. εὑρίσκεται (135) μὲν γὰρ ἐν ὑγροῖς τε καὶ σφυγματικοῖς νοσήμασιν, ὅταν αὐτὰ τὰ στερεὰ σώματα μαλακὰ γένηται τῷ πλήθει τῆς ὑγρότητος τεχθέντα. συμβαίνει δὲ μάλιστα τοῦτο κατὰ τὰ ληθαργικὰ πάθη καὶ τοὺς ἀμφημερινοὺς πυρετούς, καὶ προσέτι τοὺς ἑλώδεις τε καὶ τυφώδεις ὀνομαζομένους. καὶ δὴ καὶ βραδύτητα καὶ ἀραιότητα καὶ μέγεθος ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ὁ σφυγμὸς προσλαμβάνει. εἰ δὲ καὶ ὕψος ἢ σφοδρότητά ποτε προσκτήσαιτο, κρίσιμον ἱδρῶτα δηλώσει·

in uno pulſu, quod non raro animadvertitur, nec in paucis affectibus, imo praeter caetera frequenter atque in multis. Invenitur hoc tum, quum arteriae propinquior pars principio prius movetur. In quo genere undoſus atque vermiculans pulſus ſunt, quos mollis arteria et facultas non valida conſtituunt. Ac vermiculans non modo non validam, ſed et infirmam facultatem denunciat. Undoſus interdum hoc ipſum duntaxat ſignificat, non firmam eſſe, non ſtatim tamen infirmam, interdum etiam mediocriter firmam, quum praeſertim decretorium ſudorem promittit, in humidis enim invenitur et pituitoſis morbis, quum ipſa ſolida corpora nimia humiditate imbuta emollita ſint, id quod potiſſimum accidit in morbis lethargicis et febribus quotidianis, illisque etiam quas puluſtres et typhodes appellant. Jam etiam tarditatem et raritatem magnitudinemque in his omnibus acquirit pulſus; qui ſi praeterea altitudinem et vehementiam nactus ſit, decretorium ſudorem ſignificabit. Magis hic

Ed. Chart. VIII. [270. 271.] Ed. Baſ. III. (135.)

μᾶλλον δ' ἐλπίζειν ἔσεσθαι τοῦτο πλεόνων τῶν σφοδρῶν τε καὶ ὑψηλῶν φαινομένων ἢπερ τῶν ἐναντίων. εἰ δ' ὁμαλῶς τοιοῦτοι φαίνοιντο, χρηστὸν ἅμα καὶ διὰ ταχέων ἔσεσθαι τὸν ἰδρῶτα σημαίνουσι, καὶ μᾶλλον, εἰ καὶ τὰ τῆς πέψεως τοῦ νοσήματος ὑπάρχει γνωρίσματα. πρόδηλον δὲ δήπουθεν ὡς οὔτε φλεγμονή τις οὔτε σκίῤῥος οὔτε πῆξις ἐκ ψύξεως οὔτε ξηρότης ἄμετρος οὔτε σπασμώδης διάθεσις ὑπάρχει κατὰ τὸ σῶμα τἀνθρώπου κυματώδους ὄντος τοῦ σφυγμοῦ, διότι μήτε σκληρύνεσθαι δυνατόν ἐστι μήτε τετάσθαι τὴν ἀρτηρίαν ἐν τῷ τοιούτῳ σφυγμῷ. χρὴ γὰρ, ὡς ἀρτίως εἴρηται, μαλακὴν ἀκριβῶς ὑπάρχειν αὐτὴν, ἵν' ὅταν ὁ διεγείρων τε καὶ διαστέλλων τόνος ὀκλάσῃ κατά τι, κατ' ἐκεῖνο καὶ αὕτη καταπίπτουσα τὴν οἷον κύματος ἐργάζηται περιγραφήν. ἡ σκληρὰ δὲ καὶ ἡ τεταμένη, κἂν ἐνδῷ κατά τι τῆς διαστελλούσης αὐτὴν δυνάμεως ἀῤῥωστούσης, ἀλλά τοι καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ μόριον συνεξαίρεται τοῖς ἑκατέρωθεν. [271] ὅθεν οὐδ' εἰ φανείη ποτὲ κατὰ τὴν σκληρὰν ἀρτηρίαν ὁ σφυγμὸς τοιοῦτος, ὡς τὸ πρότερον ἀεὶ μέρος αὐτῆς διαστέλλεσθαι πρότερον, οὐδὲ τότε κυματώδης ἢ σκωληκίζων γενήσεται, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνωμαλίαν ἔχων τὴν

ſperandus eſt, ſi plures vehementes et alti appareant quam contrarii. Qui ſi aequaliter appareant, ſalubrem ſimul et brevi ſudorem promittunt, maxime ſi indicia appareant concoctionis morbi, ſiquidem liquet utique nec inflammationem ullam, nec ſcirrhum, nec conſtrictionem ex frigore, nec immodicam ſiccitatem, nec affectum convellentem corpus hominis, ſi undoſus ſit pulſus, tenere, quod nec indurescere in eo pulſus, nec tendi arteria poſſit; etenim molli omnino, ut modo dictum eſt, ea eſt opus, quo quum robur, quod excitat et diſtendit, claudicet alicubi, illic haec decidat atque velut undae formam efficiat. At dura et contenta etiam ſicubi infirma quae ipſam attollit facultate cefſerit, ea ipſa tamen pars una cum illis quae ex utroque latere ſunt attollitur. Proinde in dura arteria, ne ſi quando reperias quidem ejuscemodi pulſum, ut prior ſemper ejus pars prius diſtendatur, undoſus tum vel vermiculans fiet; verum potius inaequalitatem habebit, quae conſiſtit in pri-

Ed. Chart. VIII. [271.] Ed. Baſ. III. (135.)

κατὰ τὸ πρότερόν γε καὶ ὕστερον μέρος τῆς ἀρτηρίας τοῦ χιτῶνος κινουμένης γινομένην. οἱ κυματώδεις δὲ καὶ οἱ σκωληκίζοντες καὶ τοῦτο μὲν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν οἷον κυμάτων περιγραφὴν ἐξ ἐπιμέτρου προσλαμβάνουσιν, εὑρίσκονται δ' ἐν τοῖς ὑγροῖς, ὡς εἴρηται, πάθεσιν, ὅταν μήτε σκίῤῥος ᾖ περὶ σπλάγχνον τι μήτε φλεγμονὴ, ἐπεί τοι κἂν τοῖς ὑδέροις, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνασάρκα τε καὶ λευκοφλεγματίαις ὀνομαζομένοις τοιοῦτος ἂν ἐφαίνετο διαπαντὸς ὁ σφυγμὸς, εἰ μὴ διὰ τὸ σκιῤῥοῦσθαί τινα σπλάγχνα συνέβαινον οἱ ὕδεροι τὰ πολλά. τοῖς γὰρ ἐξ αἱμορῥοΐδος ἐπισχέσεως ἢ καταμηνίων ἐποχῆς ἐθεασάμεθα πολλάκις ἀκριβεῖς κυματώδεις τε καὶ σκωληκίζοντας ἑπομένους σφυγμοὺς, ἐπειδὴ πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις ὑδέροις οὐδὲν τῶν σπλάγχνων σκιῤῥοῦται. οὐκοῦν, ἀναληπτέον γὰρ αὖθις ἐπὶ κεφαλαίων τὸν λόγον, ὁ κυματώδης σφυγμὸς ὑγρᾶς ἐστι καὶ μαλακῆς ἀρτηρίας ἔγγονος, ἅμα δυνάμει καμνούσῃ μετρίως, ὁ δὲ σκωληκίζων ἀρτηρίας μὲν μαλακῆς, ἀῤῥώστου δ' ἱκανῶς δυνάμεως. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ χωρὶς πυρετῶν ὡς τὰ πολλὰ φαίνεται γινόμενος ἐπὶ κενώσεσι

ma et ultima parte arteriae quae movetur tunicae. Undoſi et vermiculantes quum hoc habent tum vero cumulum obtinent quaſi undarum formam, qui in humidis occurrunt affectibus, quum nulli viſceri ſcirrhus ineſt, aut inflammatio. Verum enimvero et in hydrope, praecipue qui anaſarca et leucophlegmatias vocatur, talem perpetuo pulſum reperies, niſi quia induruerint ſcirrho quaedam viſcera, acciderit, quod frequens eſt, hydrops. Nam illum quidem quem ſuppreſſa haemorrhois, vel menſtruorum ſuppreſſio commiſit, attendimus exactos ſaepe undoſos et vermiculantes pulſus comitari; quandoquidem frequenter in ejuscemodi hydrope nullum indurescit ſcirrho viſcus. Itaque ut de integro ſermonem ſummatim reſumam, undoſus pulſus ex humida mollique arteria oritur, ſimulque ex facultate modice affecta; vermiculans ex molli quidem, verum ex debilitata inſigniter facultate. Quamobrem etiam ſine febribus vere ſolet largis vacuationibus ſuccedere ſanguiniſque

Ed. Chart. VIII. [271.] Ed. Baſ. III. (135.)

λάβροις αἱμορῥαγίαις τε καὶ διαῤῥοίαις καὶ χολέραις καὶ καθάρσεσιν ἰσχυραῖς ἐμέτοις τε σφοδροῖς καὶ οὔροις παμπόλλοις καὶ καταμηνίων ἀμέτροις καταῤῥήξεσιν. οὕτως δὲ καὶ ταῖς δι' αἱμορῥοϊδων κενώσεσι καὶ ταῖς ἐκ μήτρας αἱμορῥαγίαις, ἔτι τε τῷ καλουμένῳ ῥῷ γυναικείῳ καὶ μοχθηροῖς ἱδρῶσιν ὁ τοιοῦτος ἐπιγίνεται σφυγμὸς, οὐδὲν ἧττον δὲ καὶ τοῖς ὑγρότητι πολλῇ διασαπεῖσι τὴν πνεύμονα, καθ' ὃν ἤδη χρόνον ἂν ἡ δύναμις αὐτῶν κάμνῃ. εἰ μέντοι τι φλεγμονῶδες ἐπιγένηται τῇ τοιαύτῃ διαθέσει, σκληρότητα προσλαμβάνοντες οὐκ ἔτι φαίνονται σκωληκίζοντες. διὰ τοῦτο γοῦν οὐδὲ τοῖς ἑκτικοῖς ὀνομαζομένοις πυρετοῖς, ὧν εἰσι καὶ οἱ μαρασμώδεις ἅπαντες καὶ οἱ ἐπὶ ταῖς φθόαις, οὐ γίνονται σκωληκίζοντες οἱ σφυγμοὶ, γενόμενοι πάντως ἂν, ὅσον ἐπὶ τῷ κάμνειν τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἡ συνοῦσα τοῖς πάθεσι ξηρότης σκληρὰς ἀποτελεῖ τὰς ἀρτηρίας. ἡ μέντοι τοῦ γένους τούτου τῶν σφυγμῶν ἀνωμαλία συμπίπτει πάντως αὐτοῖς, ὅταν ἱκανῶς κάμνουσι τὴν δύναμιν ἐφ' ἧς εἴπομεν ἐν προτέρῳ μορίῳ τῆς ἀρτηρίας τὴν κίνησιν φαίνεσθαι πρότερον, ὅπερ

profluviis et alvi fluoribus, choleris, validis purgationibus, vomitibus vehementibus, urinis copioſis, denique menſium immodicis profluviis, ad haec vacuationibus per haemorrhoidas ſanguinisque ab utero profluviis. Jam fluorem etiam muliebrem quem vocant ſudoresque pravos hic pulſus excipit, et vero etiam hos quibus immodica humiditate computruit pulmo, id ſcilicet temporis, quum eorum jam laboret facultas. Verum ſi qua tamen eum affectum inflammatio conſequatur, additur illis durities, neque amplius videntur vermiculantes. Proinde nec hecticas quas vocant febres, in quarum numero marcidae ſunt omnes et quae tabi ſunt adjunctae conſequuntur pulſus vermiculantes, conſequuturi omnino, quod ad affectam attinet facultatem, niſi conjuncta hisce affectibus ſiccitas arterias redderet duras. Attamen habent illi prorſus hujus generis pulſuum inaequalitatem, ubi fuerit inſigniter facultas debilitata, ob quam in priore arteriae parte diximus prius appa-

Ed. Chart. VIII. [271. 272.] Ed. Baſ. III. (135.)

Ἐρασίστρατος μὲν ἀεὶ βούλεται γίνεσθαι, φαίνεται δ' οὐχ ὧδε συμβαῖνον, ἀλλ' ὡς δὴ νῦν λέλεκται.

Κεφ. ι'. Ἑξῆς τοῖς εἰρημένοις σφυγμοῖς εἰσιν οἱ προσαγορευόμενοι μύουροι. διττὸν δὲ τὸ γένος αὐτῶν ἐστι, τὸ μὲν ἕτερον ἐν μιᾷ διαστολῇ τῆς ἀρτηρίας, τὸ δὲ ἕτερον ἐν ἀθροίσματι. τὸ μὲν οὖν ἐν μιᾷ διαστολῇ γιγνόμενον ἀσθένειαν ἐνδείκνυται δυνάμεως ἅμα σώματος ἰσχνότητι. χρὴ δ' ἐπιβάλλοντα τοὺς δακτύλους ἅπτεσθαι τῆς ἀρτηρίας, εἶθ' ὅταν ἐν τούτῳ φαίνηται κατὰ μὲν τὰ πρῶτα μέρη τῆς ἀρτηρίας μείζων ὁ σφυγμὸς, ἢ σφοδρότερος, ἢ συναμφότερον, ἐν δὲ τοῖς ὑποκάτω μικρότερος, ἢ ἀμυδρότερος, ἢ ἄμφω, τὸ μὲν πρῶτον τῶν ἐπιβεβλημένων δακτύλων ἐπαίρειν καὶ σκοπεῖσθαι πότερον ὁμοίας τῇ πρὶν ἀρθῆναι τοῦτον αἰσθάνονται κινήσεως οἱ ἑφεξῆς, ἢ σφοδροτέρας τε καὶ μείζονος. ἀμυδροτέρας μὲν γὰρ, ἢ μικροτέρας ἀδύνατον αἰσθάνεσθαι, τοῦ πρώτου δακτύλου [272] μετεωρισθέντος. εἰ μὲν οὖν ὁμοίας ἔτι κινήσεως οἱ μετὰ τὸν ἐπαρθέντα δάκτυλον αἰσθάνονται, κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἡ ἀρτηρία μυούρως διεστέλλετο, καὶ εἴη

rere motum; quod eſſe Eraſiſtratus perpetuum confirmat, verum ſecus ſe res habere cernitur, ut nunc declaravimus.

Cap. X. Poſt praedictos pulſus ſunt illi quos decurtatos appellant. Horum duplex eſt genus, alterum in una diſtentione arteriae, alterum in acervo. Quod in una diſtentione fit, facultatis imbecillitatem una cum corporis gracilitate arguit. Eſt autem admotis digitis arteria tangenda, deinde, ſi animadvertatur interea in arteriae primis partibus major pulſus vel vehementior, vel uterque, in poſtremis minor vel languidior vel ambo, primus digitorum applicatorum eſt attollendus, perſpiciendumque utrum ſimilem illi qui ante erat quam hic ſuſtolleretur ſequentes digiti motum percipiant, an vehementiorem et majorem; nam languidiorem quidem certe vel minorem, ubi elevatus ſit primus digitus, omnino ſentire nequeas. Ergo ſi motum ſimilem digiti ſequentes ſublatum digitum ſentiant, ſua ſponte arteria decurtatam diſtentionem habebat, quod nobis

Ed. Chart. VIII. [272.] Ed. Baſ. III. (135.)

ἂν τοῦτο σημεῖον ἀτόνου δυνάμεως, ἣν ἀπὸ τῆς καρδίας ἐπιῤῥεῖν αὐταῖς ἐπεδείξαμεν. ἐν μὲν γὰρ τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν ἄχρι τοῦ πέρατος ἁπασῶν τῶν ἀρτηριῶν ὁ διαστέλλων αὐτας τόνος ὁμοίως ἐξικνεῖται· κατὰ δὲ τοὺς μυουρίζοντας ἐκλύεται κατὰ βραχὺ τοσοῦτον ἑαυτοῦ γινόμενος ἀσθενέστερος ὅσον ἀποχωρεῖ τῆς ἀρχῆς. εἰ δ' ἐπάραντός σου τὸν πρῶτον δάκτυλον, μετ' αὐτὸν ἰσχυροτέρας τε καὶ μείζονος ἢ πρόσθεν αἰσθάνοιο τῆς κινήσεως, ἐνδείκνυται μὲν δήπου καὶ νῦν ἀῤῥωστίαν τῆς κατὰ τὴν ἀρτηρίαν δυνάμεως, ἀλλ' ἐλάττονα τῆς προειρημένης. ἐν ἐκείνῃ μὲν γὰρ ἡ δύναμις ἐξελύετο τῆς ἀρχῆς ἀποχωροῦσα, νυνὶ δὲ διαμένει μὲν ἴση κατά γε τὸν ἑαυτῆς λόγον, ἡ δ' ἀρτηρία βαρυνομένη πρὸς τῆς τῶν δακτύλων ἐπιβολῆς ἀσθενέστερον κινεῖται. ἧττον δ' ἔσται τοῦτο κινδυνώδες. οὐ γὰρ αὐτῆς καρδίας τοσοῦτον ὅσον τῆς ἀρτηρίας ἧς ἁπτόμεθα τὴν διάθεσιν ἐνδείκνυται. τὸ δ' ἕτερον αὐτὴν μᾶλλον ἀῤῥωστεῖν ἐνδείκνυται τὴν καρδίαν, μὴ δυναμένην ὁμοίως ὡς πρόσθεν ἐκτείνειν ἀφ' ἑαυτῆς ἄχρι τῶν ἐσχάτων τοῦ ζώου μορίων τὴν ἐνέργειαν. πολυειδῶς οὖν ἐπιβάλλειν ἐν τοῖς τοιούτοις σφυγμοῖς χρὴ τοὺς δακτύλους ὑπὲρ

infirmae facultatis erit veſtigium, quam in illas docuimus ex corde influere. Nam illa quando bene comparata eſt, usque ad finem arteriarum omnino contentio, quae attollit eas, ſimiliter permeat, at in pulſibus decurtatis paulatim exolvitur tantoque efficitur ſolito imbecillior, quantum eſt a principio remota. Quod ſi elevato tu primo digito, poſtea motum percipias quam antea validiorem atque majorem, declarat ille quidem etiamnum facultatis arteriae debilitatem, ſed minorem certe quam ille quem prius diximus, quod illic facultas exolveretur discedens a principio, hic maneat quantum in ipſa eſt par, ſed gravata ab injectis digitis imbecillius moveatur arteria; quod quidem minus habet periculi, neque enim ita ipſius cordis, ut arteriae quam tangimus oſtendit affectum, alterum ipſum potius debile eſſe cor ſignificat, quod protendere non perinde ac prius a ſe actionem ad extremas usque partes animantis queat. Quare in hoc genere pulſuum, ut exquirere ad unguem poſſis

Ed. Chart. VIII. [272.] Ed. Baſ. III. (135. 136.)

τοῦ μαθεῖν ἀκριβῶς ἅπασαν τῶν ἀρτηριῶν τὴν διάθεσιν. ἡ μὲν γὰρ πιέζουσα τὴν ἀρτηρίαν ἐπιβολὴ τῶν δακτύλων ἀσφυξίαν εἶναι δόξει κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις, ἡ δ' ἐπιπολῆς ψαύουσα μυούρου φαντασίαν ἕξει τοῦ σφυγμοῦ, καὶ ἤτοι μόνοις δύο δακτύλοις, ἢ τρισὶν, ἢ καὶ τοῖς τέσσαρσιν ὑποπίπτοντος. ἔσται δὲ τοῦτο παρά τε τὴν ἰσχνότητα τοῦ ζώου καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως. εἰς ὅσον μὲν γὰρ ἰσχνότερόν ἐστιν, εἰς τοσοῦτον πλεῖον ἡ ἀρτηρία σημαίνει· εἰς ὅσον δ' ἧττον ἰσχνὸν, εἰς τοσοῦτον ἔλαττον. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν δύναμιν εἰς (136) ὅσον μὲν εὐρωστοτέρα, πλέον, ἔλαττον δ' εἰς ὅσον ἀσθενεστέρα. κατὰ δὲ τὴν τοιαύτην ἐπιβολὴν, ὁπόταν ἀρθέντος τοῦ πρώτου δακτύλου μηκέτι παραπλήσιος ὁ σφυγμὸς διαμένῃ κατὰ τὸν δεύτερον, ἀλλὰ μείζων τε φαίνηται καὶ ἰσχυρότερος, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς καρδίας τόνος εὐρωστότερος, ὁμαλῶς γὰρ ἄχρι πέρατος ἐπιῤῥεῖ, βαρυνθεῖσα δ' ἡ ἀρτηρία κατὰ τὴν ἐπιβολὴν τοῦ πρώτου δακτύλου χεῖρον ἐν τῷ μετ' αὐτὸν διαστέλλεται, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ βαρύνοντος ἀρθέντος ἄμεινον. εἰ δ' ὅμοιος ὁ σφυγμὸς φαίνοιτο κατὰ τὸν δεύτερον δάκτυλον τῷ φαινομένῳ, πρὶν ἀρθῆναι τὸν

totum arteriarum affectum, varie admotis opus eſt digitis. Nam arteriam digiti applicati ſi premant, abolitus eſſe pulſus in hisce affectibus apparebit, ſin attingas leviter, imaginem praebebit pulſus decurtati et vel duobus duntaxat digitis vel tribus vel etiam quatuor occurrentis. Hoc ex gracilitate animantis accidet et facultatis imbecillitate; quod quo ſit gracilius, hoc plus arteria appareat, quo craſſius, hoc minus. Et ex facultate item, quae quanto eſt firmior, tanto plus, et tanto minus, quanto imbecillior eſt. Atque in ea ratione tangendae arteriae, quum ſublato primo digito non jam ſimilis ad ſecundum pulſus permaneat, ſed appareat major vehementiorque, eſt validior quidem cordis contentio, ut quae aequaliter usque ad finem influat, ſed onerata admoto primo digito arteria deterius, quum ille adſit, diſtenditur, quocirca remoto illo qui gravabat, melius. Quod ſi aſſimilis pulſus ad ſecundum digitum videa-

Ed. Chart. VIII. [272. 273.] Ed. Baſ. III. (136.)

πρῶτον, τὸ μόνορον τῆς κινήσεως ἐν αὐταῖς ταῖς ἀρτηρίαις ἐστὶν, οὐκ ἐν τῇ πρὸς τὴν ἁφὴν διαγνώσει. καὶ γίνεται τοῦτο τῆς ἀπὸ καρδίας αὐταῖς ἐπιῤῥεούσης δυνάμεως ἐκλυομένης κατὰ βραχύ. εἰ δὲ κρείττων μὲν ἡ κίνησις φαίνοιτο τῆς ἀρτηρίας ἀρθέντος τοῦ πρώτου δακτύλου, μὴ μέντοι γε ἀκριβῶς ἴση τῇ κατὰ τὸν πρῶτον, ἀμφοτέρας ἐνδείκνυται τὰς διαθέσεις ὑπάρχειν ἅμα. καὶ ὡς τὰ πολλά γε οὕτω συμπίπτειν εἴωθεν ἐν ἁπάσαις ταῖς τοιαύταις ἀνωμαλίαις. ἐπιβλέπειν οὖν χρὴ μετὰ τοῦτο πολλοὺς ἐφεξῆς σφυγμους καὶ παραβάλλειν ἀκριβῶς ἀλλήλαις τὰς κινήσεις. ἐνίοτε μὲν γὰρ οἷά περ ἦ κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν, τοιαῦται γίνονται πᾶσαι. πολλάκις δὲ ἐπὶ τὸ μικρότερόν τε καὶ ἀμυδρότερον ἴασιν. ἐφ' ὧν δηλονότι καὶ ἡ δύναμίς ἐστιν ἀσθενεστέρα. εἰ δὲ καὶ τελέως ἐκλείποιεν, ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐνδείξονται τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως. ἐν τούτῳ δὲ χρὴ πάντας ἄραντας τοὺς δακτύλους, εἶτ' ὀλίγον τινὰ διαλιπόντας χρόνον αὖθις ἐπιβάλλειν. εὑρεθήσονται γὰρ τὰ πολλὰ κατὰ τὴν δευτέραν ἐπιβολὴν αἱ ἀρτηρίαι σφύζουσαι. ὡς εἴ γέ ποτε παντελὴς ἀσφυξία φαίνοιτο καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἐπιβολὴν, [273] ἰστέον ἐν ἐκείνῳ

tur ac videretur prius quam elevaretur primus, decurtatus motus in ipſis arteriis eſt et non in exploratione per tactum, id quod fit quum ex corde quae influit facultas remittitur paulatim. Sin moveri arteria ſublato primo digito melius videatur, non plane tamen ſimiliter ut ad primum digitum, ambos affectus denotat conjunctos eſſe. Et ſane ſic fere ſolet fieri in ejuscemodi inaequalitatibus. Quare multi poſtea ſunt pulſus reſpiciendi comparandique inter ſe accurate motus; etenim qualis erat in prima applicatione, tales aliquando omnes fiunt. Saepe vero minores reddunt tur et languidiores, in quibus pariter debilis eſt facultas. Sin deficiant prorſus, tum multo ſane magis declarabunt facultatis imbecillitatem. Atqui hic ſunt ſummovendi omnes digiti, deinde ſpatio parvo interpoſito de integro admovendi; etenim invenies plerumque, quum iterum digitos admoveris, arterias pulſantes. Nam ſi omnino pulſus abolitus videatur etiam in hac applicatione, ſciendum eſt ipſo

Ed. Chart. VIII. [273.] Ed. Baſ. III. (136.)

γ᾽ αὐτῷ τῷ χρόνῳ πεποιῆσθαι τὴν προτέραν ἐπαφὴν, ἐν ᾧ συνέβαινε ταῖς ἀρτηρίαις εἰς ἀσφυξίαν ἀφικνουμέναις ὀλίγον ἔτι τῆς κινήσεως ἀποσάζειν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ὡς ἔφην, σπάνιον, ὡς τὰ πολλὰ δὲ διαλείποντες, εἶτ᾽ αὖθις ἁπτόμενοι σφυζούσας εὑρίσκομεν, ᾧ καὶ δῆλον ὡς οὐ φέρουσαι τῶν δακτύλων τὴν ἐπιβολὴν εἰς ἐσχάτην ἀμυδρότητα κινήσεως ἀφικνοῦνται. καὶ τοῦτ᾽ ἦν αἴτιον ἄρα τὸ διαλανθάνειν ἡμᾶς τὸν σφυγμὸν, ὡς ἂν καὶ αὐτῆς τῆς ἀσφυξίας κατὰ διττὸν τρόπον γινομένης, ἢ τῷ μὴ σφύζειν ὅλως τὰς ἀρτηρίας, ὅπερ ἂν εἴη κακὸν ἔσχατον, ἢ τῷ σφύζειν μὲν, ἀλλ᾽ οὕτως μὲν ἀμυδρόν τε καὶ μικρὸν, ὡς ἐκφεύγειν τὴν αἴσθησιν. ἔστι μὲν δὴ καὶ ἡ τοιαύτη διάθεσις, εἰ χωρὶς λειποθυμίας τινὸς προσφάτου γίνοιτο, χαλεπωτάτη, πολὺ δὲ ἔτι χείρων ἡ ἑτέρα, καθ᾽ ἣν ὄντως οὐ σφύζουσι, μᾶλλον δ᾽ οὐ πολὺ χείρονα χρὴ λέγειν ἐκείνην, ἀλλ᾽ ὀλεθριωτάτην τε καὶ χειρίστην, ὡς ἂν ἤδη νενεκρωμένων τῶν ἀρτηριῶν. εἰ μέντοι πλέονι χρόνῳ τῶν δακτύλων ἐπικειμένων ἀβιάστως τε καὶ ὡς ψαύειν μόνον ἐπανέρχοιτο πάλιν ἡ κίνησις, ἧττον ὀλέθριος ἡ τοιαύτη διάθεσις. ἐπανέρχεται δὲ ποτὲ μὲν εἰς ἀσφυξίαν ἐσχάτην

illo tempore primam applicationem factam eſſe, quo arteriis uſu venit ad abolitionem pulſus tendentibus parvam adhuc portionem motus retinere. Sed hoc, ut dixi, eſt rarum; nam fere ſi paulo poſt iterum tangamus, offendimus pulſantes. Quare declaratur illas, quum admotos digitos non ferant, ad motus extremam remiſſionem devenire; atque hoc in cauſa erat, cur nos pulſus lateret. Etenim bifariam et ipſe aboletur pulſus, vel quia prorſus non pulſant arteriae, quod extremum malum denotat, vel quia pulſant quidem, ſed ita languide et parum ut ſenſum fugiant. Sane eſt hic affectus, ſi remotus ſit ab omni animi defectu repentino, graviſſimus; ſed vero multo etiam deterior alter, in quo vere non pulſant, deterior autem multo, imo exitioſiſſimus et peſſimus, nimirum demortuis jam arteriis. At vero ſi diutius applicatis leniter digitis palpent tantum, reciprocetur motus, is minus exitialis affectus eſt. Reciprocatur modo ad ultimam pulſus abolitionem, modo ad

Ed. Chart. VIII. [273.] Ed. Baſ. III. (136.)

ἀφικνουμένη, ποτὲ δ' εἰς μικροσφυξίαν τε καὶ ἀμυδρότητα. καὶ τοίνυν καὶ καλοῦνται παλινδρομοῦντες μὲν ἀμφότεροι, διαφέρουσι δὲ τῷ τοὺς μὲν μυούρους εἶναι παλινδρομοῦντας, τοὺς δ' ἐκλείποντας παλινδρομοῦντας. ἄμεινον δ' ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπισκέψεσιν οὕτω σχηματίζειν τὸ μόριον, ὅτου περ ἂν ἅπτόμενοι τύχωμεν, ὡς ὑποκάτω τῆς ἀρτηρίας εἶναι τὴν ἡμετέραν ἁφὴν, οὕτω γὰρ ἥκιστα πρός τε τῶν δακτύλων θλίβοιτο καὶ αὐτοῦ τοῦ προβεβλημένου δέρματος. ἔνεστι δ' ἔργῳ μαθεῖν ἑκάστῳ τῶν βουληθέντων, ὁπόσον εἰς διάγνωσιν ἀφανῆ κινήσεως ἡ τοιαύτη τῶν δακτύλων ἐπιβολὴ συντελεῖ. πολλάκις γοῦν ἡμεῖς ἄνωθεν μὲν ἐπιβεβληκότες τοὺς δακτύλους κατὰ τὰς ἀρτηρίας οὐδὲ μιᾶς αἰσθανόμεθα κινήσεως, ἐν δὲ τῷ καταστρέψαι τὸ κῶλον εὐθέως ἠσθόμεθα. χείριστοι δὲ πάντων εἰσὶν οἳ ἂν εἰς ἀκινησίαν τελευτήσαντες αὖθις μηκέτι ἐπανέρχωνται τοῦ κώλου περιστραφέντος. ἧττον δὲ τούτων οἳ ἂν ἐν τῷ περιστραφῆναι φαίνονται κινούμενοι, τούτων δ' ἔθ' ἧττον οἱ μύουροι μὲν γινόμενοι, μὴ μέντοι γ' εἰς ἀκινησίαν παντελῆ τελευτῶντες, καὶ τούτων ἔθ' ἧττον οἱ ἐπανερχόμενοι μύουροι, καὶ μᾶλλον, ἐπειδὰν ὑποπίπτωσιν ἅμα πλείοσι δακτύλοις· ᾧ καὶ αὐτῷ μάλιστα προσέχειν ἀξιῶ

parvum pulſum et languidum; quamobrem vocantur etiam reciproci utrique, ſed hoc intereſt inter hos, quod illi decurtati ſint reciproci, hi deficientes reciproci. In hujuscemodi aeſtimandis ita debemus partem componere, quamcunque tangamus, ut ſubter arteriam noſter tactus ſit; ita fiet enim ut quam minimum a digitis premantur et ab objecta cute. Poterit autem re ipſa quilibet perſpicere, quam haec digitorum applicatio ad dignoscendum conferat obscurum motum. Equidem non raro, quum admoviſſem ſuperne digitos arteriis, nullum motum animadverti; quem, ut primum converti membrum, percepi ſtatim. Omnium vero ſunt peſſimi qui ab amiſſo motu minime reciprocantur univerſo membro; minus his qui inverſo illo videntur moveri; quibus etiam minus qui ſunt decurtati, non tamen perdunt plane omnem motum; jam etiam his minus reciproci decurtati, adeoque ſi multis ſimul digitis occurrant. Cui equidem maxime

Ed. Chart. VIII. [273.] Ed. Baſ. III. (136.)

καὶ σκοπεῖσθαι τὸ ποσὸν τῆς ἰσχνότητος τοῦ σώματος ἀκριβῶς. εἰ μὲν γὰρ ἐσχάτως ἰσχνοῦ τοῦ σώματος ὄντος ἡ τῶν ἀρτηριῶν κίνησις ὑποπίπτει πλείοσι δακτύλοις, οὐ διὰ ῥώμην δυνάμεως, ἀλλὰ δι' ἕκτηξιν τοῦ σώματος οὕτω συμβαίνει. μετρίως δ' ὄντος ἰσχνοῦ, τρισὶν ἢ τέσσαρσιν ὑποπίπτειν δακτύλοις τὴν κίνησιν τῆς ἀρτηρίας οὐ μικρὸν ἀγαθὸν, ὡς ἐν τοιούτοις. ἐμφαίνεται γὰρ ἀποσώζειν τι τοῦ τόνου κατὰ τὴν ἐνέργειαν. ὁ δ' ἀριθμὸς τῶν δακτύλων, ὅσοις ὑποπίπτειν ἡ κίνησις μέλλει, καθ' ἑκάστην τῶν ἀρτηριῶν ἴδιός ἐστιν. οὐ γὰρ ἅπασῶν ἴσον ἐξέχει τε καὶ διασυμβαίνει κατὰ τὸ δέρμα. κάλλιον δ' εἰς τοῦτο τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος ἔχειν ἐμπείρως. τοῖς μὲν γὰρ φύσει μικρότερος ὁ σφυγμός ἐστι, τοῖς δὲ βραχύτερος. ἑκάστῳ δὲ τοῦ ποσοῦ τὸ μέτρον ὡς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐστίν· ἀγνοοῦντες οὖν τὸ κατὰ τὴν φύσιν ἴδιον αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος, ἀπὸ τῶν κοινοτέρων διαφορῶν στοχαζόμεθα τῶν κατά τε τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος καὶ τὴν ἕξιν, ἐν μὲν τῇ κράσει μάλιστα τὴν κατὰ τὸ θερμόν τε καὶ ψυχρὸν ἐπισκοποῦμενοι διαφοράν, ἐν δὲ ταῖς ἕξεσι τὴν κατὰ λεπτότητά τε καὶ πολυσαρκίαν.

animum advertendum cenſeo et attendendum accurate qua ſit corpus gracilitate. Nam ſi corpore extreme gracili occurrat motus arteriarum pluribus digitis, non hoc facultatis robur, caeterum corporis efficit colliquatio; ſed quum modice eſt gracile, ſi tribus vel quatuor digitis occurrat motus arteriae, non mediocre ut in talibus bonum eſt; videtur enim in agendo aliquid retinere contentionis. Numerus autem digitorum, quibus motus eſt occurſurus, ſuus cuique arteriae eſt; neque enim aeque omnes extant et ſecundum cutem poſitae ſunt. Ad hanc rem magnopere refert naturam tenere ipſius aegroti; quibusdam enim ſua ſponte pulſus minor eſt, aliquibus brevior: unicuique enim modus quantitatis ad ſuam naturam referendus eſt. Haec ſi nos naturae ipſius aegroti proprietas lateat, ex communioribus differentiis conjecturam facimus temperamenti corporis et habitudinis; ac in temperamento praeſertim calidi et frigidi differentiam reſpicimus; in habitudine gracilitas et corpu-

Ed. Chart. VIII. [273. 274.] Ed. Baſ. III. (136.)

ἐνίοτε μὲν οὖν ἅμα καὶ συμπίπτουσιν αἱ δύο ἀνωμαλίαι τῶν σφυγμῶν, ἥ τε κατὰ μίαν κίνησιν ἥ τε ἐν ἀθροίσματι. [274] πολλάκις δὲ ἡ μὲν κατὰ μίαν οὐκ ἔστιν, ἡ δ' ἐν ἀθροίσματι σαφῶς εὑρίσκεται. καὶ τοῦ μὴ φαίνεσθαι τότε τὴν κατὰ μίαν αἴτιον διττὸν, ἤτοι τῆς διαθέσεως ἢ σμικρότης ἢ τῶν σφυγμῶν αὐτῶν ἡ βραχύτης. ἄν τε γὰρ ἡ διάθεσις ἡ τοὺς ἐν ἀθροίσματι μυούρους ἐργαζομένη μὴ πάνυ τις ἢ χαλεπὴ, κατὰ τὴν μίαν διαστολὴν ὁμαλός ἐστιν, ἐν πλείοσι δὲ τὴν μυουρίζουσαν ἀνωμαλίαν λαμβάνει· ἄν τε μεγάλη μὲν ἡ διάθεσις ὑπάρχῃ, βραχὺς δ' ἢ κατὰ τὸ μῆκος ὁ σφυγμὸς, ὡς ἑνὶ μόνῳ ὑποπίπτειν δακτύλῳ, κἂν ὅτι μάλιστα κατ' ἀλήθειάν τε καὶ ὄντως ἢ μύουρος, οὐχ ἕξει τὴν ἀνωμαλίαν αἰσθητήν. πλείοσι γὰρ ὑποπίπτειν χρὴ δακτύλοις τὴν καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίαν μυουρίζουσαν. ἐξ οὖν τῶν εἰρημένων εὔδηλον ὡς ἄμφω μὲν τὰ γένη τῶν μυούρων σφυγμῶν ἀσθένειαν ἐνδείκνυται δυνάμεως, ἀλλὰ τὸ μὲν κατὰ μίαν διαστολὴν συνενδείκνυται λεπτότητα τοῦ κάμνοντος σώματος, τὸ δ' ἐν ἀθροίσματι δύναιτ' ἄν ποτε καὶ χωρὶς

lentiae. Ac ſit interdum ut ambae inaequalitates pulſuum, tum quae in uno pulſu tum quae in acervo conſiſtit, concurrant. Saepe quoque illa, quae in uno pulſu conſiſtit, non adeſt: quae autem in acervo, reperitur manifeſte. Atque cur lateat inaequalitas unius pulſus cauſa duplex eſt, aut affectionis parvitas, aut ipſorum pulſuum brevitas. Nam ſi affectio, quae decurtatos in acervo concitat, non perinde gravis ſit, in una diſtentione eſt aequalis, in pluribus autem decurtatam inaequalitatem acquirit; ſin ingens ſit affectio, brevi autem pulſus quantitate, ut uni duntaxat digito occurrat, etſi veriſſimus ſit certiſſimusque decurtatus, non perceperis ejus inaequalitatem; pluribus enim digitis occurrat oportet quae in uno pulſu inaequalitas decurtata erit. Ex his igitur liquet utrumque genus decurtatorum pulſuum ſignificare facultatis imbecillitatem; verum quod in una diſtentione eſt aegroti etiam gracilitatem corporis demonſtrat, quod autem in acervo eſt poſſet nonnunquam

Ed. Chart. III. [274.] Ed. Baſ. III. (136. 137.)

ἰσχνότητος γενέσθαι. δέδεικται δὲ καὶ ὡς ἄν τις ἐξευρίσκοι τὸ ποσὸν τῆς βλάβης ἐν ἑκατέρῳ τῷ γένει. περὶ μὲν οὖν τῶν μυουριζόντων σφυγμῶν ἱκανὰ καὶ ταῦτα.

Κεφ. ια΄. Γεγράφασι δέ τινες ὡς ἀνεστραμμένον εὑρίσκοντές ποτ' εἶδος σφυγμοῦ τοῖς εἰρημένοις. ἐπὶ γοῦν τῆς κατὰ τὸν καρπὸν ἀρτηρίας, ἧς δὴ καὶ συνηθέστατον ἅπτεσθαι, πεφαγκέναι φασὶν ἑαυτοῖς (137) εὐρύτερον τὸν ἐν τῷ κάτω πέρατι σφυγμὸν, μύουρον μὲν ὄντα δηλονότι καὶ τοῦτον, ἀλλὰ τὸ λεπτότερον αὐτοῦ μέρος οὐ κάτω τετραμμένον ὡς ἐπὶ τοὺς δακτύλους, ἀλλ' ἄνω τε καὶ πρὸς τὰ κατ' ἀγκῶνα χωρία ἔχοντα. ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τοὺς ἀνθρώπους ἐφ' ὧν εὑρηκέναι φασὶ τοὺς τοιούτους σφυγμοὺς οὐ πρόσκαιρόν τινα τὴν αἰτίαν, ἀλλ' ἐπὶ φυσικῇ διαπλάσει τῶν κατὰ τὸν καρπὸν ἐσχηκέναι μορίων. σπανίως μὲν γὰρ, εὑρίσκεται δ' οὖν ποτε τοιαύτη διάπλασις, ὡς τὸ μὲν πρὸς τῷ καρπῷ μέρος τῆς ἀρτηρίας ὑπ' αὐτῷ τῷ δέρματι τετάχθαι, τὸ δ' ἄνω πᾶν αὐτῆς τῷ μὲν ἀνωτέρῳ κεκαλύφθαι πλέονι σαρκὶ, τῷ δὲ

vel ſine gracilitate fieri. Magnitudinis noxae in utroque genere rationem docuimus inveniendae. Ac de decurtatis pulſibus hactenus.

Cap. XI. Sunt qui memoriae prodiderunt reperiſſe aliquando ſe commemoratis genus pulſus contrarium. Nam in carpi arteria, quae fere ſolet tangi, apparuiſſe ſibi ajunt latiorem pulſum ad inferiorem terminum, decurtatum illum quidem etiam, verum partem ejus tenuiorem non deorſum verſam veluti ad digitos eſſe, ſed ſuperiorem regionem et ſecundum cubitum tenere. Equidem arbitror illos homines, quos cum ejuscemodi pulſibus ſe inveniſſe ajunt, non ob temporaneam cauſam, ſed propter nativam conformationem partium ſecundum carpum ipſos habuiſſe. Siquidem raro quidem talis conformatio, ſed reperitur tamen, ut pars arteriae quae ad carpum eſt collocata ſub ipſam cutem ſit, ſuperna pars ejus tota, quae ſuperior eſt, tecta ſit majore mole carnis, inferior, quae ad ipſum carpum tendit,

Ed. Chart. VIII. [274.] Ed. Baf. III. (137.)

κατωτέρω τε καὶ κατ' αὐτὸν τὸν καρπὸν ἀθρόον εἰς τὸ βάθος ἐνδύεσθαι. τοῖς τοιούτοις οὖν ἀθρώποις οὐ νοσοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑγιαίνουσιν ὁ σφυγμὸς φαίνεται μόνρος, ἄνω μὲν ὡς πρὸς τὸν πῆχυν ἔχων τὸ στενώτερον, ἐν δε τοῖς κάτω τε καὶ πρὸς τὸν καρπὸν ὅσον εὐρύτερον. εὔδηλοι δέ εἰσιν οἱ γράψαντες ὑπὲρ τῶν τοιούτων σφυγμῶν ὡς νοσωδῶν οὐ προσεσχηκότες τῷ πράγματι τὴν διάνοιαν ακριβῶς ἔκ τε τῶν' ἄλλων ὧν γράφουσι κἀκ τοῦ μηδ' ὅ τι σημαίνουσι προσγράψαι τῷ λόγῳ. πρόδηλον γὰρ ὡς οὐδὲν εὗρον ἐξαίρετον ὑπ' αὐτῶν σημαινόμενον, ἐπὶ φυσικῇ διαπλάσει τοιούτων γινομένων, οὐ νοσώδει διαθέσει. διὸ καὶ πολλάκις εἴρηταί μοι πρὸς τὰς διαγνώσεις τῶν σφυγμῶν οὐδὲν οὕτως εἶναι χρήσιμον ὡς τὸ γινώσκειν ὁποῖός τίς ἐστιν ἑκάστῳ φύσει σφυγμός. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι τινὲς ἀρτηρίαι ταῖς εἰρημέναις ἔμπαλιν ἔχουσιν, ὡς ἐν μεν τοῖς ἄνω μέρεσιν ὑπὸ τῷ δέρματι μόνῳ τετάχθαι γυμνῷ, κατωτέρω δ' ἐρχόμεναι πρὸς τὸν καρπὸν εἰς τὸ βάθος καταδύεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τούτων ὁ σφυγμὸς φαίνεται μόνρος. ἑτέρων δέ γε φύσει περινενευκώς

affatim demergatur in profunditatem. Hisce hominibus non per morbum solum, verum etiam per sanitatem pulsus decurtatus videtur; superne quidem et ad cubitum, quod angustiam habeat: inferne atque ad carpum, quod latitudinem. At istos, qui de hisce pulsibus ut insalubribus scripserunt, rem parum diligenter attendisse apertum sit quum ex aliis quae prodiderunt, tum quod non adscripserunt quid denotent. Scilicet hoc in aperto est, nihil eximium quod ab iis pulsibus denotetur comperisse, quippe qui ex nativa conformatione, non ex insalubri affectione, proficiscantur. Quamobrem saepenumero dixi, nihil perinde facere ad dignoscendos pulsus ut pulsus nativi quem quisque habet notitiam. Etenim aliae etiam arteriae sunt quae contra ac illae comparatae sunt, ut sola cute in superiore regione sint intectae, quum vero descenderint ad carpum, demergantur. Itaque horum etiam videtur decurtatus pulsus. Aliorum item natura circumnutans pulsus est et nu-

Ed. Chart. VIII. [274. 275.] Ed. Baſ. III. (137.)

τε καὶ ἐπινενευκὼς ἑκατέρωσε πλέον ἢ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν, οὐ νοσήματος, ἢ τινος ὅλως αἰτίας παρὰ φύσιν, ἀλλὰ φυσικῆς διαπλάσεως ἐργασαμένης αὐτόν. ἅπερ εἰ μὴ γινώσκομεν, ὁπότ' εἴη φύσει, μέγιστα σφαλησόμεθα. γίγνεται μὲν γὰρ, ὡς εἴρηται, μόνυρος ὁ σφυγμὸς ἔν τισι παρὰ φύσιν αἰτίοις· εὑρίσκεται μέντοι τισὶ καὶ κατὰ τὴν τῆς δια[275]πλάσεως ἰδιότητα, καθάπερ καὶ ὁ ἐπινενευκώς τε καὶ περινενευκὼς ὀνομαζόμενός ἐστιν, ὅ γε μὲν οὖν οὕτω τῆς ἀρτηρίας κατασκευασθείσης ὡς τὸ μέσον αὐτῆς μόνον ὑπὸ τῷ δέρματι τετάχθαι ψιλῷ, τὰ δ' ἑκατέρωθεν ἀθροώτερον ἐγκαταβαίνειν τῷ βάθει. γίνεται δὲ καὶ δι' ἀῤῥωστίαν δυνάμεως, ἀδυνατούσης ἐπαίρειν τὰ βαρύνοντα· καὶ ὅταν γε τὸ τοιοῦτον πάθος ἰσχυρότερον αὐτῇ γένηται, καμπήν τινα φαίνεται κατὰ τὸ ὕψος ἔχειν ὁ σφυγμὸς, οὐ κύκλου περιφέρειαν, ἥντινα καμπὴν οὐ κακῶς ὁ Ἀρχιγένης ὀνομάζει γωνίωσιν. οὐκέτι γὰρ ὡς κύκλου περιφέρεια τὸ ὕψος τῆς ἀρτηρίας, ἀλλ' ὡς τριγώνου κορυφὴ κινεῖ τὴν ἁφήν. ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτῇ γίγνεται τοῦτο φριττούσῃ τε καὶ πηγνυμένῃ διὰ ψύξιν, ἢ ὁπωσοῦν

tans utrinque praeter communem naturam; quem non morbus, aut ulla denique cauſa praeter naturam, ſed creat conformatio nativa. Quae niſi cognoscamus, quando ex natura proficiscuntur, in maximos errores impingemus. Fit enim, uti docuimus, pulſus decurtatus in quibusdam ex cauſis praeter naturam, in nonnullis tamen invenitur etiam ex propria conformatione, quomodo etiam nutans et circumnutans quem vocant, atque hic quidem, ſi arteria ita ſit conformata ut ejus pars duntaxat media nudae ſubjecta cuti ſit, partes autem utrinque altius demergantur. Fit etiam ob imbecillitatem facultatis, quae attollere onus nequeat; qui affectus quum ſit ipſa validior, flexum in alto quendam pulſus repraeſentat, non circuli figuram; quem flexum non male Archigenes appellavit angulositatem; nam altitudo arteriae non ut circuli jam figura, ſed ut vertex trianguli movet tactum. Et magis jam ei hoc accidit horrescenti et rigenti ex frigore, vel quomodolibet aliter indu-

Ed. Chart. VIII. [275.] Ed. Baſ. III. (137.)

ἄλλως σκληρυνθείσῃ, καὶ διὰ τοῦθ' εὑρεῖν αὐτὸν ἔστι πλειστάκις ἐν ταῖς μετὰ ψύξεως ἐμβαλλούσαις ἰσχυραῖς ἐπισημασίαις· οὐ γὰρ δὴ ἐν ἅπάσαις γε, ἢ μόναις, ὡς ἔνιοι νομίζουσι. ἂν γὰρ ἥ τε σκληρότης τῶν ἀρτηριῶν ἔχῃ τὰ δυσκαμπῆ ἥ τε δύναμις ἀσθενὴς οὖσα βαρύνηται καθ' ἑκάτερα, τὴν μὲν οἷον κύκλου περιφέρειαν ἀπόλλυσιν, ὁμοιοῦται δὲ τριγώνου κορυφῇ, μὴ δυναμένης τῆς ἀρτηρίας διὰ σκληρότητα κατὰ βραχὺ κάμπτεσθαί τε καὶ πρὸς τὸ βάθος ἐπινεύειν ἑκατέρωθεν, ἀλλὰ κλωμένης μᾶλλον ἢ καμπτομένης διὰ τὴν σκληρότητα. ταῦτ' οὖν αὐτῇ τὰ παθήματα πολλάκις μὲν ἐν ταῖς ψυχούσαις ἱκανῶς ἐπισημασίαις γίνεται, συμπίπτει μὴν ἐνίοτε καὶ χωρὶς εἰσβολῆς παροξυσμῶν· ὥσπερ αὖ πάλιν ἐν ταῖς ἀπεριψύκτοις ἐπισημασίαις οὐδ' ὅλως γίνεται τοιοῦτος ὁ σφυγμός· ἄμεινον δ' ἴσως ἐστὶ μηδὲ χρονίζειν ἔτι κατὰ τὸν τόπον, ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα μέλλοντας ἐπιπλέον ὑπὲρ αὐτῶν διεξέρχεσθαι.

Κεφ. ιβ'. Ἔστι δὲ ἐκ ταὐτοῦ τοῖς εἰρημένοις γένους καὶ ὁ τρομώδης σφυγμὸς, οὐ πάνυ τι φαινόμενος ἐναργῶς. ἐπειδὴ δὲ, καθάπερ ἐπιδέδεικται διὰ τοῦ δευτέρου τῶν ἐν τοῖς

ratae. Itaque hunc ſubinde eſt cernere initio gravium acceſſionum cum refrigeratione invadentium; non in his tamen omnibus, vel ſolis, ut quidam putant. Nam ſi arteriarum durities flecti aegre queat facultasque imbecilla gravetur utrinque, perdit circuli veluti circumferentiam, refert autem verticem trianguli, quod propter duritiem arteria nequeat paulatim flecti et ad profunditatem utrinque inclinari, ſed vibretur potius quam flectatur per duritiem. Qui quidem illi affectus frequentes in acceſſionibus bene refrigerantibus ſunt; accidunt tamen interdum ſine invaſione acceſſionis, ut contra in acceſſiones quae non perfrigerant pulſus talis prorſus non cadit. Sed quoniam de his latius poſthac ſtatuimus dicere, praeſtiterit non diutius huic loco immorari.

Cap. XII. Porro ex horum etiam genere eſt pulſus tremulus, qui non perinde eſt conſpicuus. Quando vero, ut in ſecundo libro De cauſis ſymptomatum declaravimus.

Ed. Chart. VIII. [275.] Ed. Baſ. III. (137.)

συμπτώμασιν αἰτίων, ἀσθενείᾳ δυνάμεως ἕπεται τρόμος, ἀναγκαῖον οὖν ἐστι διὰ τοῦτο καὶ τὸν τρομώδη σφυγμὸν ἀμυδρόν τε ἅμα καὶ μικρὸν εἶναι, ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ λανθάνουσιν αἱ τρομώδεις κινήσεις, ἀξιολόγου διαστολῆς εἰς τὸ γνωσθῆναι δεόμεναι. φαντάζεται δὲ ἐνίοτε τοῖς ἀγυμνάστοις ὁ τρομώδης σφυγμὸς ὡς κλονώδης, καὶ διὰ τοῦτ' οἴονται πολλάκις ἑωρακέναι τοιοῦτον. ἀλλ' οὐ δεῖ μακρότερον ὑπὲρ αὐτῶν διεξέρχεσθαι κατὰ ἐνεστῶτα λόγον. εἴρηται γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐν τοῖς συμπτώμασιν αἰτίων εἰς ὅσον ἀλλήλων διαφέρουσι τρόμος καὶ κλόνος, ἐξ ὧν ὁρμώμενος ἄν τις ὁποῖός τέ τις ὁ κλονώδης ἐστὶ σφυγμὸς ἀκριβῶς εἴσεται καὶ ὡς ὀλιγάκις ὁ τρομώδης ὁρᾶται κατ' ἐκείνους μόνους τοὺς καιροὺς ἐν οἷς οὔθ' ἡ δύναμις ἐσχάτως ἀσθενής ἐστιν, οὔ τε χιτὼν τῆς ἀρτηρίας μαλακὸς, ἥ τε τοῦ σώματος ἕξις ἰσχνή. συμβήσεται γὰρ οὕτως μήτε πάνυ μικροὺς εἶναι τοὺς σφυγμοὺς, ἀλλ' ἐγγύς τι τῶν κατὰ φύσιν, μήτε ἐσχάτως ἀμυδροὺς, ἀλλ' ὥστε φέρειν ἀλύπως ἐπιβολὴν δακτύλων, ὧν ἐξ ἀνάγκης εἰς διάγνωσιν δεῖται. καὶ εἴποτε ἄρα φανείη τρομώδης σφυγμὸς, ἐνδείξεται τήν τε δύναμιν ἀσθενῆ καὶ τὸν χιτῶνα τῆς

imbecillitatem facultatis conſequitur tremor, neceſſarium eſt ideo tremulum pulſum etiam languidum ſimul et parvum eſſe, atque hac de re fugiunt tremuli motus, qui ut cognoscantur, inſignem diſtentionem requirunt. At tremulus pulſus imperitis interdum videtur vibratus; unde adducuntur ſaepe eum vidiſſe. Verum hoc loco non requirunt haec prolixiorem orationem quod ſecundo libro De cauſis ſymptomatum quid inter tremorem et vibrationem interſit explicavi, ex quibus clare qui pulſus vibratus ſit intelliges; et hoc etiam, tremulum infrequentem eſſe et apparere id temporis tantum, quum nec facultas ſemel proſtrata ſit, atque arteriae tunica mollis habitudoque corporis gracilis. Ita enim futurum eſt ut nec pulſus magnopere parvi ſint, ſed parum diſtantes a naturalibus, nec plane languidi, ſed ut innoxie applicationem ferant digitorum, quorum ad hos pulſus dignoscendos neceſſario opus eſt. Quod ſiquando pulſus tremulus incidat, facultatem imbecillam atque tu-

Ed. Chart. VIII. [275. 276.] Ed. Baf. III. (137.)

ἀρτηρίας μαλακὸν καὶ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ἰσχνήν. περὶ μὲν οὖν τῆς ἀνωμαλίας τε καὶ τῶν ἐργαζομένων αὐτὴν αἰτίων ἱκανὰ καὶ ταῦτα. καὶ γὰρ εἴ τι παραλέλειπται, ῥᾷστον εὑρίσκεσθαι τῷ ταῦτά τε τὰ νῦν εἰρημένα μὴ κατὰ τὸ πάρεργον ἐκμαθόντι καὶ ὅσα κατὰ τὸ δεύτερον εἴρηται τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων.

Κεφ. ιγ'. [276] Ὑπόλοιπον δ' ἐστὶ περὶ τάξεως καὶ ἀταξίας διελθεῖν. δοκεῖ μὲν δὴ πᾶσα τάξις ἀταξίας ὁμογενοῦς ἀμείνων εἶναι. πρόσκειται δ' ὁμογενῶς τῷ λόγῳ διὰ τὸ δύνασθαί ποτε τὴν ἐξ ἑτέρου γένους ἀταξίαν αἱρετωτέραν ὑπάρχειν ἑτερογενοῦς τάξεως, οἷον εἰ οὕτως ἔτυχεν ὁ κατὰ μέγεθος ἢ τάχος ἄτακτος ἧττόν ἐστι χαλεπὸς τοῦ διαλείποντος ἐν τάξει τινί. οὕτω δὲ καὶ ὁ μεμηκυσμένος ἀραιὸς, εἰ καὶ φυλάττοι τάξιν τινὰ, χείρων ἐστὶ τοῦ κατὰ σφοδρότητα καὶ μέγεθος καὶ τάχος ἀνωμάλου. ἀλλ' ἥ γε ὁμογενὴς τάξις ἐπιεικεστέρα τῆς ἀταξίας εἶναι δοκεῖ, διὰ τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν εἴπερ τι ἄλλο καὶ τὴν τάξιν οἰκείαν ὑπάρχειν. οὐ μὴν ἁπλῶς γε οὕτως ῥητέος ὁ λόγος, ἀλλὰ μετὰ τοιοῦδε διορισμοῦ.

nicam arteriae renunciat mollem, et vero etiam corporis gracilem habitum. Sed de inaequalitate cauſisque eam efficientibus haec ſufficiunt; etenim ſi quid praetermiſſum ſit, facile aſſequetur qui haec quae nunc docuimus diligenter didicerit et illa quae in ſecundo libro De pulſuum cauſis expoſuimus.

Cap. XIII. Reſtat ut de ordine et ejus perturbatione dicamus. Sane videtur quisque ordo perturbationi ejusdem generis praeſtare. Ejusdem generis addidi, quod fieri poſſit ut perturbatio ordinis ex altero genere praeſtet ordini alterius generis. Exempli gratia, qui magnitudine inordinatus eſt vel celeritate minus incommodus eſt intermittente in ordine aliquo. Item productus rarus, licet ordinem aliquem ſervet, deterior eſt inaequali in vehementia et magnitudine et celeritate. At ejusdem generis ordo potior eſſe perturbatione videtur, propterea quod naturae noſtrae ordo ſi quid aliud familiaris ſit. Non tamen ita abſolute hoc pronunciandum eſt, ſed hac adhibita diſtinctione,

Ed. Chart. VIII. [276.] Ed. Baſ. III. (137. 138.)

ἡ μὲν τάξις ἐστηριγμένον πως εἶναι δοκεῖ δηλοῦν τὸ αἴτιον, ἡ δ' ἀταξία μεταῤῥέον τε καὶ μὴ μένον ἐφ' ἑνὸς ἢ μεγέθους ἢ εἴδους ἢ χωρίου. τὸ δὲ τοιοῦτον αἴτιον οὐκ ὀλεθριώτερον, ἀλλὰ σφαλερώτερον εἶναι χρὴ νομίζειν. ἐνδέχεται γὰρ αὐτὸ μεταῤῥέον ἔστιν ὅτε μὲν εἰς ἀκυρώτερον, ἔστιν ὅτε δ' εἰς κυριώτερον ἀφικέσθαι χωρίον, ὥστε ἤτοι θάνατον ἐξαπιναῖον, ἢ σωτηρίαν ἐνεγκεῖν. τὸ μέντοι τῆς τάξεως οὐκ ἀδόκητον, ἀλλ' ὡρισμένην ἔχει τὴν ἔκβασιν. ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ χαλεπῆς ἀνωμαλίας τάξις, ὥσπερ εἰ οὕτως ἔτυχε τῆς διαλειπτικῆς, ὀλέθριος βεβαίως ἐστίν· (138) ἡ δ' ἐπὶ μετρίας, ὥσπερ ἐπὶ τῆς κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα, βεβαίως ἐπιεικής· ἡ δ' ἀταξία καὶ τὴν ἐπιεικῆ χαλεπὴν ἐργάσασθαι δύναται, μεταῤῥυείσης εἰς κυριώτερον χωρίον τῆς τὴν ἀνωμαλίαν ἐργαζομένης αἰτίας· καὶ μέντοι καὶ τὴν χαλεπὴν ἐπιεικῆ, μετελθούσης καὶ νῦν τῆς αἰτίας ἐκ τῶν κυριωτέρων εἰς ἀκυρώτερα. οὐδὲν οὖν ἀσφαλὲς οὐδὲ βέβαιον ἐπὶ τῆς ἀταξίας ἐστὶν, οὔτε τοιοῦτον οἷον ἐπὶ τῆς ταξεως οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν. ἂν μέντοι μετὰ σφοδρότητος σφυγμοῦ γίγνηταί τις ἀταξία, εἶτ' οὖν ὁμα-

ordo fixam quodammodo cauſam et perpetuam eſſe, videtur indicare, perturbatio ordinis variantem nec in una manentem vel magnitudine vel ſpecie vel regione. Talis autem cauſa non perniciosior, ſed incertior cenſenda eſt; poteſt enim haec commigrando nunc in regionem ignobiliorem, nunc in nobiliorem ſe conferre, itaque vel mortem repentinam, vel ſalutem afferre, ordo vero non inexpectatum habet, ſed certum eventum. Ordo enim in incommoda inaequalitate, ut exempli gratia in intermittente, certo cum exitio conjunctus eſt; qui vero eſt in moderata, ut in aequalitate magnitudinis et parvitatis, conſtanter eſt lenis. Perturbatio ordinis, ſi in nobiliorem partem cauſa migret, quae concitat inaequalitatem, lenem poteſt periculoſam reddere et periculoſam contra lenem, ſi hic quoque transeat cauſa in ignobiliores ex nobilioribus. Nihil igitur certi, nihil firmi perturbatio ordinis habet, neque tale quale ordo vel bonum vel malum. Verumtamen ſi cum vehementia pulſus fiat aliqua ordinis perturbatio, ſive aequalis, ſive

Ed. Chart. VIII. [276.] Ed. Baſ. III. (138.)

λοῦς εἴτε καὶ ἀνωμάλου τῆς σφοδρότητος οὔσης, παρόντων καὶ τῶν τῆς πέψεως σημείων, ἐλπίζειν χρὴ κρίσιν ἔσεσθαί τινα, καὶ μᾶλλον, εἰ καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα κρίσεως γένοιτο, ὅτε καὶ κατὰ τοῦτο διαφέρουσιν αἱ ἀταξίαι τῶν τάξεων, καθ' ὅσον ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς αὐτοῖς ἑτοιμότερον ἐπὶ κρίσιν ἡ φύσις ἐξορμᾷ κατὰ τὰς ἀρτηρίας.

inaequalis vehementia, quum ſigna conjuncta ſint concoctionis, expectanda aliqua judicatio eſt, multoque magis, ſi huc alia ſigna judicationis acceſſerint. Itaque hac etiam re perturbationes ordinis antecellunt ordinibus, quatenus, quum caetera omnia paria ſint, ad judicationem proclivior natura ſit in ordinis perturbationibus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΩΣ ΣΦΥΓΜΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

Ed. Chart. VIII. [277.] Ed. Baſ. III. (158.)

Κεφ. α'. Ὅτις μὲν ἑκάστου σφυγμοῦ δύναμίς ἐστιν ἐμπροσθεν εἴρηται· περὶ δὲ τῶν οἰκείων τοῖς πάθεσιν ἐν τῷδε λεχθήσεται. πάθος μὲν οὖν ὀνομάζω νῦν ἅπαν τὸ παρὰ φύσιν· οἰκείους δ' ἑκάστῳ λέγω σφυγμοὺς ὅσοι τε διαπαντὸς ὑπάρχουσιν αὐτῷ καὶ ὅσοι πλείστακις. ἐπεὶ δὲ τῶν παρὰ φύσιν ἁπάντων, ὡς ἐν ἑτέροις ἐπιδέδεικται, τὰ μέν εἰσι διαθέσεις τινές, ὑφ' ὧν πρώτως ἐνέργεια βλάπτεται, τὰ δὲ τούτων αἴτια, τὰ δὲ συμπτώματα, περὶ πρώτων τῶν διαθέσεων ῥητέον. ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων ἐδείχθησαν αἱ μέν τι-

GALENI DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVS LIBER III.

Cap. I. Hactenus quae vis inſit unicuique pulſui ante declaravimus; nunc de his agemus qui affectionibus ſunt peculiares. Affectionem hic voco quicquid praeter naturam eſt; ac peculiares cuique pulſus tum qui perpetuo illum comitentur tum qui frequenter. Quoniam autem quaecunque ſunt praeter naturam, ut alias demonſtravimus, aut ſunt quidam affectus, a quibus primo functio laeditur, aut cauſae horum, aut ſymptomata, dicam primo de affectibus. Et quando hos etiam partim oſtendimus ſimilaribus

Ed. Chart. VIII. [277.] Ed. Baſ. III. (138.)

νες ἴδιαι τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων, αἱ δὲ τῶν ὀργανικῶν, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν ὑπαρχουσῶν ἀρκτέον. εἰσὶ δὲ ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν, ἅπασαι μὲν κατὰ δυσκρασίαν γινόμεναι, διαφέρουσαι δὲ τῷ τὰς μὲν ἁπλᾶς εἶναι, τὰς δὲ συνθέτους. ἁπλαῖ μὲν οὖν εἰσι δυσκρασίαι θερμότης τε καὶ ξηρότης, ὑγρότης καὶ ψυχρότης· σύνθετοι δὲ ψυχρότης ἅμα ξηρότητι καὶ θερμότης ἅμα ὑγρότητι. δέδεικται γὰρ οὖν ἡμῖν καὶ περὶ τῆς δυσκρασίας ἐν τοῖς περὶ τῶν κράσεων ὑπομνήμασι, καὶ διώρισται πῶς μὲν ἐνίοτε τὸν ὑγιαίνοντα θερμὸν καὶ ὑγρὸν εἶναί φαμεν, ὅπως δὲ τὸ νόσημα τὸ δι' ἀμετρίαν ὑγρότητός τε καὶ θερμότητος ἐνέργειάν τινα βλάπτον. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἀναμνηστέον ἐστὶν ὡς οὐκ ἄν ποτε σφυγμὸς ἀλλοιωθείη διὰ δυσκρασίαν χωρὶς τοῦ τὰς ἀρτηρίας τι παθεῖν ἢ τὴν καρδίαν, καὶ ὡς ἐνδέχεται ποτὲ τὰς μὲν ἀρτηρίας τι πεπονθέναι, τὴν καρδίαν δὲ ὑπάρχειν ἀπαθῆ. τῆς μέντοι καρδίας πασχούσης οὐκ ἐνδέχεται τὰς ἀρτηρίας ἀπαθεῖς διαμένειν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἀπολαύειν τι τῆς δυσκρασίας αὐτὰς ἔλαττον ἢ μεῖζον. ἡ μὲν οὖν κατὰ

corporibus proprios eſſe, partim inſtrumentalibus, exordiar a ſimilarium affectibus. Hi ſunt octo numero, ex intemperie omnes profecti; ſed inter eos hoc intereſt, quod quidam ſimplices ſunt, compoſiti alii. Simplices intemperies ſunt calor, frigiditas, ſiccitas, humiditas; compoſitae frigiditas una cum ſiccitate, calor conjunctus cum ſiccitate, frigiditas cum humiditate, calor cum humiditate. Oſtenſum igitur eſt de hac intemperie in commentariis De temperamentis, explicavimusque quemadmodum interdum ſanum eſſe, calidum et humidum dicamus, ac quemadmodum morbum, qui functionem aliquam immodica humiditate et calore offendat. Hujus praeterea admonendum eſt pulſum per intemperiem, niſi affectae arteriae ſint, vel cor, nunquam alterari, et poſſe etiam arterias nihil laeſo corde affectas eſſe; at affecto corde ut innoxiae permaneant arteriae haud fieri poſſe, ſed in partem eas neceſſe eſſe venire intemperiei vel majorem vel minorem. Igitur frigida et calida intemperies cor-

Ed. Chart. VIII. [277. 278.] Ed. Baſ. III. (138.)

ψυχρότητά τε καὶ θερμότητα δυσκρασία τῆς καρδίας ἑτοίμως εἰς ἁπάσας διαδίδοται τὰς ἀρτηρίας, ἡ δὲ καθ' ὑγρότητά τε καὶ ξηρότητα χαλεπώτερον.

Κεφ. β'. [278] Ἀρκτέον οὖν ἀπὸ τῆς κατὰ θερμότητα καὶ διοριστέον ἐν αὐτῇ τόδε πρῶτον, ὡς ἐνδέχεται καθ' ὃν τοῦτο γίνεται καιρὸν ἤτοι κατὰ φύσιν ἔχειν τὰς ἀρτηρίας, ἢ πεπονθέναι τι καὶ αὐτὰς καὶ ἤτοι πάσας ἢ τινας. αἱ μὲν δὴ κατὰ φύσιν ἔχουσαι τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ δυσκρασίαν ὁμοίως διαδέξονται, τῶν δὲ παρὰ φύσιν διακειμένων ἡ διάθεσις ἔσται μικτὴ, τὸ μὲν φυλάττουσα τῆς ἰδίας κατασάσεως, τὸ δέ τι παρὰ καρδίας λαμβάνουσα. πρῶτον οὖν ὑποκείσθωσαν ἀπαθεῖς εἶναι τό γε καταρχὰς αἱ ἀρτηρίαι, θερμοτέρας γενομένης τῆς καρδίας. εἶθ' ἑξῆς σκοπούμεθα τίνες ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχουσι σφυγμοὶ τῇ τοιαύτῃ διαθέσει καὶ τίνες ὡς τὸ πολύ. πάλιν οὖν ἀναμνησθέντες ὧν ἔν τε τῷ πρὸ τούτου λογῳ διειλόμεθα κἀν τῇ περὶ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτίων πραγματείᾳ, τοὺς οἰκείους θερμότητος πλεονεκτούσης σφυγμοὺς ἐπέλθωμεν, ἵν' ἐξ αὐτῶν ἐπισκεψώμεθα τίνες μὲν ἀχώριστοι τῆς προκειμένης διαθέσεώς εἰσι, τίνες δ' ὡς τὸ πολὺ συμπίπτουσι. εἰσὶν

dis prompte permeat in omnes arterias, humida atque ſicca aegrius.

Cap. II. Exordiar igitur a calida intemperie, in qua hoc primum diſtinguam, poſſe quo hoc tempore fiat, vel naturaliter arterias comparatas eſſe, vel aliquid perpeſſas, idque aut omnes, aut quasdam. Quae in naturali ſunt ſtatu, ex aequo cordis intemperiem recipient; quae vero praeter naturam affectae ſunt, harum mixtus erit affectus, tum ut quae retineant proprii ſtatus affectum, tum quae praeterea alium a corde accipiant. Faciamus primum arterias ab initio liberas eſſe omni injuria, quum cor incaluerit; deinde videamus jam quos hic affectus pulſus habeat neceſſario et quos plerumque. Atque hoc rurſus in memoriam revocemus, in proximo nos libro explicaviſſe et in opere etiam de pulſuum cauſis, praepollenti calori pulſus peculiares, eosque recenſeamus, ut ex iis aeſtimemus qui huic affectui ſint perpetui et qui fere accidant. Peculiares

Ed. Chart. VIII. [278.] Ed. Baſ. III. (138.)

οὖν οἰκεῖοι σφυγμοὶ πλήθει θερμότητος ὅ τε μέγας καὶ ὁ ταχὺς καὶ ὁ πυκνὸς, ἀλλ' ὁ μέγας μὲν οὐ θερμότητος μόνης ἐπικρατούσης, ἀλλὰ καὶ ὀργάνων δεῖται μαλακῶν καὶ δυνάμεως εὐρώστου· ὥστ' οὐκ ἂν ἀχώριστος εἴη τῆς κατὰ θερμότητα δυσκρασίας. οὕτως δὲ καὶ ὁ ταχὺς ἐρρωμένης δεῖται δυνάμεως, καὶ ὀργάνων ἑτοίμως διαστελλομένων, ὥστ' οὐδ' οὗτος ἀχώριστος. ὁ δέ γε πυκνὸς, εἰ μὲν αὐτάρκως ὑπὸ τοῦ μεγέθους τε καὶ τάχους ἡ χρεία πληρωθείη, τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἂν συσταίη, δέδεικται γὰρ καὶ τοῦτο, μὴ πληρουμένης δὲ γίγνοιτ' ἄν. ὥστ' οὐδ' οὗτος ἀχώριστος, οὐ μὴν οὐδ' ἐκ τῶν οἰκείων εἴη ἄν τις ἀχώριστος. ἐκ δὲ τῶν οἰκείων μὲν, οὐκ ἀχωρίστων δὲ κρατήσει ποτὲ μὲν ὁ μείζων, ποτὲ δὲ ὁ θάττων, ποτὲ δὲ ὁ πυκνότερος. εἰ μὲν γὰρ ἡ θερμότης αὐξηθείη μόνη, κατὰ φύσιν δ' ἔχοιεν ἥ τε δύναμις καὶ τὰ ὄργανα, βραχείας μὲν τῆς ἐκτροπῆς γενομένης, εἰς μέγεθος μόνον ἐπιδώσουσιν οἱ σφυγμοὶ, πλέονος δὲ καὶ εἰς τάχος, ἀξιολόγον δὲ καὶ εἰς πυκνότητα. προσέχειν δ' ἐν τούτῳ δεῖ τὸν νοῦν ἀκριβῶς τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν ἑκάστῳ γένει σφυγμῶν. εἰ μὲν γὰρ εἰς τὸ μέγεθος

copioſo calori ſunt magnus, celer, creber. At magnus non tantum calorem excellentem, ſed inſtrumenta requirit mollia atque facultatem validam, itaque non erit calidae intemperiei perpetuus. Et celer item poſtulat firmam facultatem ac inſtrumenta, quae prompte diſtendantur; ita ne hic quidem perpetuus eſt. Nam creber quidem, ſi large uſui a magnitudine et celeritate ſatisfactum ſit, nulla fiat ratione, ſiquidem hoc etiam oſtendimus, ſi non impleatur uſus, fiat. Proinde perpetuus ne hic quidem eſt, quare nec ex peculiaribus ſit perpetuus ullus. At ex illis qui peculiares ſunt, non perpetui tamen, nunc major vincet, nunc celerior, nunc crebrior. Nam ſi calor ſolus increverit et in naturali ſtatu maneat facultas inſtrumentaque, quum mutatio eſt parva, magnitudo tantum pulſuum augetur, quum major, etiam celeritas, quum inſignis, jam etiam crebritas. Hic animadvertendus eſt etiam atque etiam in unoquoque genere pulſuum exceſſus defectusque. Nam ſi ad magnitu-

Ed. Chart. VIII. [278.] Ed. Baſ. III. (138.)

ἐξαλλάττοιντο πλέον ἢπερ τὸ τάχος καὶ τὴν πυκνότητα, μὴ πάνυ πολλὴν ἡγοῦ τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ θερμότητα· εἰ δ' εἰς τὰ τρία παραπλησίως, εὐθὺς μὲν δῆπου καὶ μεγάλως ἐξαλλαχθήσονται, εὐθὺς δὲ καὶ πολλὴν ἐνδείξονται τὴν θερμότητα. εἰ δ' ἐπιπλέον αὐξηθείη τὸ τάχος τοῦ μεγέθους, ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον. εἰ δὲ καὶ ἡ πυκνότης, ἔτι μᾶλλον. εἰ δ' ἅμα μέγιστός τε καὶ τάχιστος ὁ αὐτὸς εἴη σφυγμὸς καὶ πυκνότατος, εἰς ἄκρον ηὐξῆσθαι δηλώσει τὴν θερμότητα. εἰ δὲ τάχιστος μὲν εἴη καὶ πυκνότατος, μὴ μέντοι καὶ μέγιστος, ἄλλως μὲν οὐκ ἂν δύναιτο συμβῆναι τοῦτο χωρὶς τοῦ τὴν δύναμιν ἀῤῥωστοτέραν, ἢ τὴν ἀρτηρίαν γενέσθαι σκληροτέραν· εὐδιόριστον δὲ τοῖς ἀχωρίστοις ἑκάτερον σφυγμοῖς, ἥ γε μὴν ἔνδειξις κἀνταῦθα τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ θερμότητος ἡ αὐτή. καὶ μὴν καὶ ὅταν ἡ πυκνότης ἐπὶ πλεῖστον προήκῃ, μὴ συναυξάνηται δ' εἰς ἴσον αὐτῇ τὸ τάχος καὶ τὸ μέγεθος, ἀνάγκη καὶ τότε θερμότητα μὲν εἶναι πολλὴν, ἤτοι δ' ἀῤῥωστίαν δυνάμεως ἢ ὀργάνων σκληρότητα. σὺν ἀῤῥωστίᾳ μὲν οὖν ἀμυδρὸς ὁ σφυγμὸς ἔσται, σὺν σκληρότητι δὲ σκληρὸς ἅμα καὶ κλονώδης. εἰ δὲ καὶ χωρὶς κλόνου σκληρὸς εἴη πυκνὸς ὢν

dinem declinent plus quam ad celeritatem et crebritatem, non ita copioſum puta eſſe calorem cordis. Si vero ad tres illas juxta, continuo tum majorem in modum immutabuntur, tum largum prodent calorem. Quod ſi magnitudinem ſuperaverit celeritas, multo jam magis; ſi item crebritas, adhuc magis. Si vero maximus pulſus idemque celerrimus ſit et creberrimus, ſummum incrementum ſignificabit caloris. Sin celerrimus atque creberrimus ſit, non autem maximus, hoc niſi facultas ſit imbecillior, vel arteria durior, nulla alia ratione accidat; at eſt in pulſibus indiscretis utrunque explicatu facile, nihilominus cordis hic etiam calorem monſtrat. Jam quoque ubi ingens ſit crebritas, nec ſimul celeritatis et magnitudinis par incrementum, calorem quidem etiam tunc oportet eſſe copioſum, ſed vel facultatis imbecillitatem, vel inſtrumentorum duritiem. Imbecillitati autem adjunctus erit languidus; duritiei durus pariter et vibratus. Si durus citra vibrationem ſit atque ſumme cre-

Ed. Chart. VIII. [278. 279.] Ed. Baſ. III. (138. 139.)

ἐσχάτως, ἀσθενῆ τὴν δύναμιν ἅμα τῷ πλήθει τῆς θερμότητος ἐνδείξεται. πάντως οὖν ὁ τοιοῦτος ἔσται καὶ ἀμυδρὸς καὶ κίν(139)δυνον ἐπάξει συγκοπῆς. ἀναμνησθῆναι δὲ χρὴ κἀνταῦθα τίνα τρόπον ἐγχωρεῖ [279] θερμότητα μὲν ὑπάρχειν ἐν τῇ καρδίᾳ παμπόλλην, ἐῤῥῶσθαι δὲ τὴν δύναμιν. εἰ γὰρ ἡ μὲν ῥώμη ταῖς εὐκρασίαις, ἡ δ' ἀῤῥωστία ταῖς δυσκρασίαις ἕπεται, δυσκρασία κατάληψεται τὴν καρδίαν ἅμα τῇ πλεοναζούσῃ θερμότητι. ὥστ' ἐξ ἀνάγκης καὶ ἡ δύναμις ἀῤῥωστήσει. πῶς οὖν, ὅταν ὁ σφυγμὸς ἅμα μέγιστός τε ᾖ καὶ τάχιστος καὶ πυκνὸς καὶ σφοδρὸς, οὐ μόνον θερμότητα παμπόλλην ὑπάρχειν ἐν τῇ καρδίᾳ φαμὲν, ἀλλὰ καὶ δυνάμεως εὐρωστίαν; ὅτι διώρισται πολλάκις ἐν ἑτέροις ἡμῖν κἀν ταῖς τῶν πυρετῶν διαγνώσεσι τὸ θερμαίνεσθαι τοῦ τεθερμάνθαι διαφέρειν. ὅταν μὲν γὰρ θερμαίνηται τὸ σῶμα τῆς καρδίας ὑπὸ τῆς περιεχομένης ἐν ταῖς κοιλίαις αὐτῆς οὐσίας, ἐγχωρεῖ τὴν δύναμιν ἐῤῥῶσθαι, καὶ δι' αὐτό γε τοῦτο πλεῖστον μὲν καὶ τάχιστον καὶ πυκνότατον εἰσπνέουσιν οἱ τοιοῦτοι, μέγιστον δὲ καὶ τάχιστον καὶ πυκνότατον σφύζουσιν, ἀπομαχομένης ἔτι τῆς καρδίας πρὸς τὴν θερμαίνουσαν οὐσίαν καὶ

ber, imbecillem facultatem conjunctam multo calori nunciabit. Omnino vero hic languidus etiam erit et in ſynco pes periculum adducet. At commemorandum hic etiam eſt qui fieri poſſit ut calor cor teneat permultus et valeat facultas. Nam ſi robur temperiem, imbecillitas intemperiem conſequitur, intemperies in cor una cum immodico calore invadet; proinde debilitari facultatem oportebit. Qui tandem igitur quum pulſus pariter et maximus et celerrimus et creber vehemensque ſit, non modo calorem in corde amplum, verum etiam facultatis firmitatem eſſe diximus? nempe quod quum aliis locis tum in febribus dignoscendis aliud eſſe demonſtravimus incalescere et incaluiſſe. Nam ubi corpus cordis a ſubſtantia caleſiat, quam continent ejus ventriculi, poteſt firma facultas eſſe; quod etiam eſt in cauſa cur plurimum, celerrime et creberrime illi inſpirent, ac maxime, celerrime creberrimeque pulſent, repugnante adhuc caleſacienti ſubſtantiae corde et foris alte-

Ed. Chart. VIII. [279.] Ed. Baſ. III. (139.)

ψύχουσαν ἑτέραν ἐξωθεν ἐπισπωμένην ἀντίῤῥοπον τῇ θερμότητι. ὅταν δέ ποτε νικηθεῖσα τύχῃ καὶ συνεκθερμανθεῖσα τῇ κατὰ τὰς κοιλίας οὐσίᾳ, τεθέρμανται μὲν ἤδη τηνικαῦτα καὶ οὐκέτι μόνον θερμαίνεται, τῇ δυσκρασίᾳ δὲ αὐτῆς ἕπεται δυνάμεως ἀσθένεια. καὶ ἢν ἐπιπλέον θερμανθῇ, καὶ δι' ὅλης αὐτῆς τὸ πυρετῶδες δέξηται θερμὸν, τὸν καλούμενον ἑκτικὸν ἐπιφέρει πυρετον. ἐνίοτε δ' ἔμπαλιν ἢ ὡς νῦν εἴρηται συμβαίνει, ψυχροτέρας μὲν τοῦ κατὰ φύσιν ἐν ταῖς κοιλίαις τῆς καρδίας οὐσίας περιεχομένης, τοῦ σώματος δὲ αὐτῆς ἐπιπλέον τεθερμασμένου. καὶ γίγνεται τοῦτο τοῖς ἠθροικόσι μὲν ὠμοὺς καὶ ψυχροὺς καὶ φλεγματώδεις χυμοὺς, ἤτοι δὲ σφοδρότατα θυμωθεῖσιν, ἢ ἀγρυπνήσασιν ἀμέτρως μετὰ φροντίδος ἰσχυρᾶς, ἢ διὰ λοιμώδη τινὰ εἰσπνοὴν ἁπτομένου τοῦ σώματος αὐτοῦ τῆς καρδίας, ἤ τινος ὅλως δηλητηρίου ποιότητος ἰδιότητα καθ' ὁντιναοῦν τρόπον ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφικομένης. ταυτὶ μὲν οὖν ἀνεμνήσθην πρὸς τὸ μὴ θαυμάζειν τινὰ πῶς ἐγχωρεῖ θερμότητος ἐπικρατούσης ἀκμάζειν τῆς καρδίας τὸν τόνον. ἐπανέλθωμεν οὖν αὖθις ἐφ' ἃ λέγοντες ἀπελίπομεν.

ram, quae refrigeret parem calori alliciente. Quod ſi quando ſuccubuerit atque in eundem delapſum ſit in quo eſt ſubſtantia quam ventriculi continent calorem, jam tum incaluit, nec poſthac incalescit tantum, cujus ſequitur intemperiem imbecillitas facultatis. Ac ſi largius incaluerit et per ipſum totum calor febrilis permanaverit, febrem excitat, quam hecticam vocant. Interdum contra ſit ac nunc expoſuimus, quum ſubſtantia juſto frigidior ſit quam continent ſinus, corpus autem ejus largius incaluerit; id quod his uſu venit, qui crudos frigidosque humores et pituitoſos acervarunt, aut vehementiſſima ira concitati ſunt, aut nimium vigilaverunt cum gravi ſolicitudine, aut ob aërem peſtilentem ſpiritu attractum offenſo cordis corpore, denique ob venenoſae cujuspiam proprietatem qualitatis, quae aliquo modo ad cor penetraverit. Haec ego commemoravi, ut nequis in admirationem adducatur qui poſſit dominante calore vigere cordis robur. Itaque unde digreſſi ſumus,

Ed. Chart. VIII. [279.] Ed. Baſ. III. (139)

ἡ γάρτοι θερμότης ἡ ἐν τῇ καρδίᾳ τρέπει μὲν, ὡς εἴρηται, τοὺς σφυγμούς. ἀλλ' ἐπεὶ διττὴ κατ' εἶδός ἐστιν, ἡ μὲν ἑτέρα καὶ σηπεδόνος χυμῶν ἔγγονος, ἧς ἡ ποιότης δριμεῖά τέ ἐστι καὶ καπνώδης, ἡ δὲ ἑτέρα μεθ' ὑγρότητος ἡδείας, αὐτῷ μόνῳ τῷ ποσῷ τοῦ κατὰ φύσιν ἀποκεχωρισμένη, μόνιμος μέν ἐστι καὶ δύσλυτος ἡ πρότερον ῥηθεῖσα, ὀλιγοχρόνιος δὲ ἡ ἑτέρα, λουτροῖς καὶ γυμνασίοις καὶ τροφῇ θερμαινούσῃ καὶ οἴνου πόσει καὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, αἰδοῖ καὶ θυμῷ συνεπομένη. εἰ δ' ἐκ τούτου τοῦ γένους τῆς θερμασίας εἰσί τινες πυρετοὶ, καθάπερ οἱ ἐπὶ κόποις, ἢ ἐγκαύσεσιν, ἢ ψύξεσιν, ἢ ἐπὶ βουβῶσιν, ἢ θυμοῖς, τῶν ἀμφισβητουμένων ἐστί. καὶ λέλεκται μὲν ἐπιπλέον ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ περὶ τῶν πυρετῶν πραγματείᾳ· λελέχθω δὲ καὶ νῦν εἰς τοσοῦτον, ὡς ἡ μὲν ἑτερογενὴς τοῦ κατὰ φύσιν θερμότης ὀλιγοχρόνιον μὲν ἔχει τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν, ταχεῖαν δὲ τὴν συστολὴν ἐπιπλέον ἢ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς διαστολῆς, ἡ δὲ τῷ ποσῷ μόνῳ διαλλάττουσα μείζονά τε ἅμα καὶ θάττονα τὴν διαστολὴν ἢπερ τὴν συστολήν. ἡ μὲν γὰρ τοιαύτη θερμότης μόνης ἐμψύξεως δεῖται,

revertamur. Cordis calor pulſus, ut diximus, variat. Verum quia ſpecie duplex eſt, alter quidem a putredine humorum genitus, cujus qualitas acris et fumoſa eſt; alter cum humiditate ſuavi exiſtit, quantitate ſola a naturali ſtatu remotus, ille prior conſtans et aegre ſolubilis eſt, hic non diuturnus, ac balneas, exercitationes, cibum calidum, vini potum animique affectus, verecundiam etiam atque iram comitatur. An vero in hoc genere ſint ullae febres, ut illae quas laſſitudo vel fervor vel frigus vel bubo vel ira committit, in controverſia eſt. De quibus etſi in commentariis de febribus longum ſermonem habuimus, tamen hic tantum dicam; calor qui alterius generis eſt a nativo, brevem habet externam quietem, celeriorem autem quam pro diſtentionis proportione contractionem; qui autem quantitate ſola variat, majorem ſimul et celeriorem diſtentionem quam contractionem, ſiquidem ejuscemodi calor quaerit ſolum refrigerium, quod ex diſtentione docuimus

Ed. Chart. VIII. [279. 280.] Ed. Baſ. III. (139.)

ἣν ἐδείξαμεν ἐν τῷ διαστέλλεσθαι γινομένην, ἡ καπνώδης δὲ καὶ ταύτης μὲν ἐπὶ πλέον, ἀλλὰ ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἀποχύσεως τοῦ περιττοῦ, ὅπερ ἔργον ἦν τῆς συστολῆς. ὥσθ' ἡ μὲν τοιαύτη καὶ τὴν διαστολὴν ὠκυτέραν ἐπὶ πλέον ἐργάσεται καὶ τὴν συστολὴν ἐπὶ πλεῖστον· ἡ δ' οὐ τοιαύτη τὴν συστολὴν μὲν οὐδ' ὅλως ἀλλοιώσει, τὴν διαστολὴν δ' εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον ἂν ἐκβῇ τὰ μέτρα τῆς κατὰ φύσιν εὐκρασίας. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐπιπλέον ἐξῆς ἐροῦμεν ἐν τοῖς περὶ τῶν πυρετῶν λογισμοῖς.

Κεφ. γ'. [280] Ἐν δὲ τῷ παρόντι τὸν περὶ τῶν ἀρτηριῶν λόγον διέλθωμεν, ὅταν ἐναντίως ἔχωσι τῇ καρδίᾳ, λέγω δὲ ὅταν ἐκείνη μὲν ᾖ θερμοτέρα τοῦ κατὰ φύσιν, αἱ δὲ ἀρτηρίαι ψυχρότεραι, ἤτοι χυμῶν τινων ψυχρῶν ἐν αὐταῖς περιεχομένων οὐδέπω διασηπομένων, ἢ καί τινος ἑτέρας ψύξεως ἐπικρατούσης. ἀνάγκη δὲ ταύτας τηνικαῦτα τὸ μὲν ἐψῦχθαι κατὰ τὴν οἰκείαν ἔχειν διάθεσιν, ἐπικτᾶσθαι δ' ἔτι παρὰ τῆς καρδίας τὸ θερμαίνεσθαι. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τὴν κινοῦσαν αὐτὰς δύναμιν ἐξ ἐκείνης ἐπίῤῥυτον ἔχουσιν, καὶ τόνος εἷς ἐστιν ὁ διαστέλλων τε καὶ συστέλλων ἅμα τῇ καρδίᾳ τὰς ἀρτηρίας, ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ μέν τι ταὐτὸν ὑπάρχειν τῇ τε τῆς

ſuppeditari; at fumoſus, quum hoc majus requirit, tum vero multo maxime excrementorum expulſionem, quod munus erat contractionis; itaque diſtentionem quoque hic longe citatiorem reddet et contractionem minime commutabit; diſtentionem autem hactenus, quatenus ſepta tranſiliit moderati temperamenti. Caeterum inferius haec amplius declarabimus, ubi de febribus tractatio fiet.

Cap. III. Nunc de arteriis disputemus, quum contra ac cor affecta ſint, quum illud, inquam, calidius juſto ſit, arteriae autem frigidiores, quod aut humores contineant frigidos, nondum tamen putrescentes; aut ſi qua polleat alia frigiditas, his tum neceſſe eſt ex ſuo proprio affectu refrigeratis eſſe ac calefieri a corde. Quia vero et facultatem, quae ipſas moveat, ab illo influentem habent, unaque eſt contentio, quae una cum corde diſtendat arterias atque contrahat, quiddam neceſſe eſt motui cordis conve-

Ed. Chart. VIII. [280.] Ed. Baſ. III. (139.)

καρδίας κινήσει καὶ τῇ τῶν κατὰ μέρος ἀρτηριῶν ἁπασῶν, τὸ δέ τι διαλλάττον. αἱ μὲν δὴ πρῶται τῶν κινήσεων ἀρχαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν ἔσονται χρόνον, ὅταν γε δέχωνται τὴν παρ' αὐτῆς δύναμιν ἀμέμπτως. οὔτε δὲ τὸ μέγεθος οὔτε τὸ τάχος οὔθ' ἡ σφοδρότης ὁμοίως ἀμφοτέραις ὑπάρξει, ἀλλ' ἡ καρδία τηνικαῦτα καὶ μείζονα καὶ θάττονα καὶ σφοδρότερον ἕξει τὸν σφυγμὸν ἁπασῶν τῶν κατὰ μέρος ἀρτηριῶν. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ τῆς κινήσεως αὐταῖς ἐκ τῆς καρδίας ἐστὶν, ὁ δὲ τρόπος ἑκάστῃ τῆς οἰκείας κινήσεως, ὡς ἂν καὶ τύχῃ τῇ καρδίᾳ συνδιατεθεῖσα. συνδιατίθεται γὰρ ἡ μὲν ὡσαύτως ἔχουσα τῇ κράσει καθ' ὃν ἂν ἡ καρδία τρόπον ἐνεργῇ, ἡ δ' ἐναντίως εἰς ὅσον ἂν καὶ τύχῃ δεξαμένη τὴν ἐξ αὐτῆς ἀλλοίωσιν. ἐνδέχεται τοιγαροῦν ἐνίοτε τὴν ψυχρὰν ἀρτηρίαν ὑπὸ τῆς καρδίας θερμαινομένην οὔτε μικρὸν ἐργάσασθαι τὸν σφυγμὸν, οἷός περ ὁ τῆς ψυχρᾶς ἐστι, οὔτε μέγαν, οἷός περ ὁ τῆς θερμῆς, ἀλλὰ τὸν ἀμφοῖν μέσον, ὅσπερ δὴ καὶ σύμμετρος καὶ κατὰ φύσιν ἐστίν. οὕτω δὲ καὶ τῷ τάχει σύμμετρος ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ὁ σφυγμὸς ἔσται καὶ τῇ σφοδρότητι μέτριος. ἐναργῶς δὲ διαγνώσῃ τὸ λεγόμενον, εἰ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον

niat cum motu ſingularum arteriarum, et aliquid inter eos interſit. Nam motuum prima principia in idem incident tempus, ſiquidem ab illo facultatem citra omnem offenſionem recipiant; at magnitudinem et celeritatem et vehementiam non ex aequo utraque obtinebunt, ſed cor tunc ſingulis arteriis majorem, celeriorem vehementioremque pulſum habebit. Etenim illae motus principium a corde habent, rationem vero ſui ſingulae motus, prout cordi conſentiant. Conſentiunt autem quae ſimili ſunt temperamento, quocunque modo cor agat, quae contrario, quatenus ex illo immutatae fuerint. Quocirca contingit aliquando ut arteria, quae frigida eſt, ſed a corde calefit, nec parvum pulſum, qui frigidae eſt, edat, nec magnum, qui calidae, ſed inter utrumque medium, qui moderatus eſt et naturalis. Et celeritate etiam moderata pulſus erit horum affectuum, itemque vehementia moderata. Quod dico clare intelliges,

Ed. Chart. VIII. [280.] Ed. Baſ. III. (139.)

ἅπτοιο τῇ μὲν ἑτέρᾳ χειρὶ τῆς καρδίας, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν ἀρτηριῶν τινος. αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ τῶν κινήσεων ἅμα σοι φανοῦνται γίνεσθαι. διαλλάξουσι δὲ μεγέθει καὶ τάχει καὶ σφοδρότητι τηνικαῦτα. ἐνίοτε δὲ συμβαίνει καὶ τὸ μὴ δέχεσθαι καθ' ἕνα χρόνον ἁπάσας τὰς ἀρτηρίας τὴν ἐκ τῆς καρδίας ἐπιῤῥέουσαν δύναμιν τοῦ σπλάγχνου, ἀλλὰ τὰς μὲν ἐγγυτέρω τοῦ σπλάγχνου προτέρας, ὑστέρας δὲ τὰς ποῤῥώτερον. γίνεται δὲ μάλιστα τὸ τοιοῦτον, ἐπειδὰν εἰς ἕνα χρόνον συνέλθοι τάς τε ἀρτηρίας εἶναι ψυχροτέρας ἀτονόν τε τὴν καρδίαν. ἐὰν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἀρτηριῶν τὰ ποῤῥωτέρω τῆς ἀρχῆς μέρη μᾶλλον ᾖ ψυχρὰ, καθάπερ ἐν ἐπισημασίαις τέ τισι καὶ τοῖς λιπυρίαις συμβαίνει πυρετοῖς, οὐ μόνον ὑπάρξεται πρωϊαίτερον, ἀλλὰ καὶ τὴν κίνησιν αὐτὴν θάττονά τε καὶ μείζονα ποιήσεται τὰ τῆς καρδίας ἐγγυτέρω. καὶ μὲν δὴ ὁ τόνος ἐν ταῖς τοιαύταις περιστάσεσιν ἀσθεν�ὴς μὲν ἐν ἁπάσαις φαίνεται, μᾶλλον δ' ἐν ταῖς ποῤῥωτέραις, ὥστ' ἐναργῶς εἶναι τὸν σφυγμὸν ἐν αὐταῖς ἀμυδρότερον τοῦ κατὰ φύσιν τῶν ὑπερκειμένων. συμβαίνει δέ ποτε καὶ κατὰ τὴν καρδίαν ἡ τοιαύτη τῶν κράσεων ὑπεναντίωσις. ἐνίοτε μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ

ſi altera manu eodem tempore cor, altera aliquam arteriam tangas; principia enim motuum animadvertes una fieri; ſed diſſidebunt magnitudine, celeritate et vehementia. Nonnunquam accidet ut arteriae eodem tempore non accipiant ex corde influentem facultatem; verum quae cordi propiores ſunt, primae; poſteriores, quae remotiores; quod potiſſimum accidit, ubi incidant in idem tempus arteriae frigidiores et cor imbecillius. Quod ſi etiam ipſarum arteriarum frigidiores ſint partes, quae longius a principio diſtant; quod in acceſſionibus quibusdam et in febribus accidit lipyriis, non ſolum incipient maturius, verum etiam ipſum motum reddent celeriorem et majorem partes cordi propinquiores. Ad haec contentio per ejusmodi ſtatus in omnibus imbecilla videtur, ſed in remotioribus magis, ita ut in iis pulſus languidior ſit quam pro natura ſuperiorum. Nonnunquam percipitur in corde hujuscemodi pugnantia temperamentorum; nam modo frigidius viſceris corpus ae-

Ed. Chart. VIII. [280. 281.] Ed. Baſ. III. (139. 140)

σπλάγχνου ψυχρότερόν ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν, ἡ περιεχομένη δὲ ἐν ταῖς κοιλίαις οὐσία θερμοτέρα, ἐνίοτε δ' ἐμπαλιν ἡ μὲν οὐσία ψυχροτέρα, θερμοτέρα δ' ἡ καρδία. καὶ γίνονται καὶ τότε τῆς (140) καρδίας οἱ σφυγμοὶ τοῖς κατὰ φύσιν ὅμοιοι, μέση γάρ πως ἐν αὐτῇ κατάστασις ἀποτελεῖται ἐκ δυοῖν ἐναντιοτήτων συγκειμένη, καὶ σφάλλουσί γε καὶ τοὺς ἀρίστους ἰατροὺς αἱ τοιαῦται διαθέσεις, ὥσπερ καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ μεγάλου λοιμοῦ συνέπεσεν. [281] ἔνιοι μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἕως πλείστου, τινὲς δὲ καὶ δι' ὅλου τοῦ νοσήματος ἦσαν εὔσφυκτοι βραχύ τι τοῦ κατὰ φύσιν ἐξηλλαγμένους ἔχοντες τοὺς σφυγμούς. ἀλλ' οὗτοι μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀπώλοντο, καὶ διαγινώσκομεν αὐτοὺς εὐθέως ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ὅτι τε λοιμώττουσι καὶ ὅτι χείριστα διάκεινται τῷ τε τῆς θερμασίας δριμεῖ καὶ αὐτῷ τῷ τῆς θερμασίας εἴδει, καὶ αὐτῷ βραχύ τι τοῦ κατὰ φύσιν ἐξηλλαγμένους ὄντας αὐτοῖς τοὺς σφυγμοὺς ἀεὶ διαμένειν τοιούτους. ἐν εἴδει γὰρ μάλιστα τῶν ἐκτικῶν ὀνομαζομένων πυρετῶν οἱ τοιοῦτοι σφυγμοὶ συνίστανται. καὶ ὅσοι γε τῶν καμνόντων οὐκ ἔφασκον πυρέττειν, ἐν ἕξει τούτοις ἀκριβῶς ἦν ὁ πυρετὸς, αὐτὸ τῆς καρδίας

quo eſt, et in ventriculis contenta ſubſtantia calidior, modo e diverſo ſubſtantia frigidior, cor autem calidius: ubi etiam pulſus fiunt moderatis ſimiles, nam medius quodammodo ſtatus hic efficitur ex duobus contrariis conflatus. Qui ſane affectus vel optimos medicos fallunt; quod nunc quoque in maxima peſtilentia accidit. Quidam inde ab initio ad finem usque, alii per totum morbum, probum pulſum habebant, qui perparum deflexiſſet a natura; qui quidem praeter caeteros perierunt: animadvertimusque eos primis ſtatim diebus et peſtilentia laborare et peſſime affectos eſſe ex acrimonia caloris, atque ipſa caloris ſpecie, denique quod pulſus parum praeter naturam immutati, iis in eo statu perpetuo maneant; nam in ſpeciem praecipue hecticarum, quas vocant, febrium incidunt hujuscemodi pulſus. Si qui eſſent inter aegrotos, qui ſe negarent febricitare, his febris, occupato ipſo cordis corpore, plane erat in habitu.

Ed. Chart. VIII. [281.] Ed. Baſ. III. (140.)

κατειληφὼς τὸ σῶμα. δύο γὰρ δὴ ταῦτα γνωρίσματα τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν ἐστιν ἴδια, τό τε διαπαντὸς ὁμοίους ἑαυτοῖς ὑπάρχειν αὐτοὺς, οὔτε εἰσβολὴν παροξυσμοῦ τινος οὔτ' ἀνάβασιν οὔτ' ἀκμὴν οὔτε παρακμὴν οὐδεμίαν ἔχοντας, τό τε μὴ γινώσκειν ὅτι πυρέττει τὸν κάμνοντα. γίνονται δ' οἱ τοιοῦτοι τῶν σφυγμῶν οὐκ ἐξ ἀνάγκης μὲν μείζονες τῶν κατὰ φύσιν, ἐνίοτε δ' οὐδὲ πυκνότεροι, θάττονες μέντοι πάντως. καὶ ὀρθῶς ἄρα τοῦτο τοῖς πλείστοις τε καὶ ἀρίστοις τῶν ἰατρῶν ἐπιστεύθη, τῶν πυρεττόντων τοὺς σφυγμοὺς ἀχώριστον ἔχειν τὸ τάχος. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ αὖθις. ὅπερ δὲ λέγοντες ἀπελίπομεν, ἐπειδὰν ὑπὸ σηπεδονώδους ποιότητος ὁ εἰσπνεόμενος ἀὴρ μιανθῇ, καὶ ἅψηται τοῦ σώματος τῆς καρδίας ἡ σηπεδὼν, οἱ τοιοῦτοι γίνονται σφυγμοί. καὶ οὐδὲν ἔτι θαυμαστὸν οὔθ' ὅτι τοὺς σφυγμοὺς ἔχουσιν ὁποίους εἰρήκαμεν οἱ οὕτω λοιμώττοντες οὔθ' ὅτι λοιμώδη τὴν ἀναπνοὴν οὔθ' ὅτι τεθνήξονται πάντως. τί γὰρ ἄκος εὑρεθείη τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ σηπεδόνος; ὡς ὅσοις γε τὸ σηπεδονῶδες τοῦτο θερμὸν εἰς τοὺς ἐν ταῖς κοιλίαις ἐτράπετο χυμοὺς μᾶλλον ἢπερ

Etenim febrium hecticarum duo haec ſunt propria ſigna, ſi perpetuo ſibi illae ſimiles ſint, nec invaſionem ullam acceſſionis, nec incrementum, nec vigorem, nec remiſſionem habeant, ſique febricitare se non percipiat aegrotus. Hos pulſus nihil eſt neceſſe majores juſto, atque interdum ne crebriores quidem eſſe, at omnino celeres tamen. Itaque iure ſane cenſuerunt plurimi medici atque praeſtantiſſimi celeritatem febricitantium pulſibus perpetuam eſſe, ſed de his adhuc dicetur. Quod vero in ſermone praetermiſimus, ubi aër, quem ſpirando attrahimus, infectus putredine ſit, ac putredo corpus cordis attigerit, illi pulſus fiunt. Nec jam quicquam habet admirationis, ſi eos pulſus, quos memoravimus, tali affecti peſte habeant, nec ſi peſtilentem reſpirationem; nec ſi omnino morituri ſint; quam enim excogites medicinam ad putredinem, quae in corde ſit? Nam quibus calor hic putredinoſus ad humores, quos continet cordis ſinus, magis deflexit quam ad corpus ipſum viſce-

Ed. Chart. VIII. [281.] Ed. Baſ. III. (140.)

εἰς αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ σπλάγχνου, πολλοὶ τούτων ἐσώθησαν. ἡ διάγνωσις δ' αὐτῶν τῶν λοιμωττόντων, εἰ πρῶτον μὲν αἰσθάνονται πυρέττοντες· ἔπειτα δὲ, εἰ μὴ διαπαντὸς ὡσαύτως πυρέττοιεν· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, εἰ μὴ διάτονον ἔχοιεν τὸν σφυγμόν. οἱ γὰρ ἐπὶ δυσκρασίᾳ τοῦ σώματος αὐτοῦ τῆς καρδίας ἅπαντες ἄτονοι. αἱ μὲν δὴ κατὰ θερμότητα δυσκρασίαι τῆς καρδίας ὁποίους τινὰς ἐργάζονται τοὺς σφυγμοὺς αὐτάρκως λέλεκται.

Κεφ. δ'. Αἱ δὲ κατὰ ψυχρότητα πάντως μὲν δήπου τοὺς ἐναντίους ἀποτελοῦσι, τοὺς μικροὺς καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιοὺς, ἤτοι δ' ἀνάλογον εἰς τὰς τρεῖς διαφορὰς ἀλλοιοῦσιν, ἢ τὰς μέν τινας ἐξ αὐτῶν, ἢ τινα μᾶλλον, ἢ ἧττον. ἑτέρας δέ τινας, ἢ ἑτέραν ἧττον, ἢ μᾶλλον. ἀλλὰ χρὴ καὶ ταῦθα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπίστασθαι τὴν ἐλλείπουσαν, ἢ καὶ πλεονάζουσαν, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται. πρῶτον μὲν γὰρ ὑπαλλάξει τὴν πυκνότητα, δεύτερον δὲ τὸ τάχος, ἔξῆς δὲ τὸ μέγεθος, ἀπαθοῦς γε τῆς δυνάμεως οὔσης. ὡς εἴ γε καὶ ἥδε τι πάθοι, γνωρισθήσεται μὲν ὑπὸ τῆς ἰδίας τε καὶ ἀχωρίστου ποιότητος τῶν σφυγμῶν, ἣν ἀμυδρότητα καλοῦμεν, ἢ εἰς μικρότητά τε καὶ βραδύτητα μᾶλλον ἢπερ εἰς ἀραιό-

ris, multi horum fuerunt ſuperſtites. Deprehenduntur affecti hac peſte, ſi febrem primum percipiant, deinde ſi non aequaliter perpetuo febricitent, ad haec ſi pulſum non habeant praevalidum, ſiquidem qui intemperiei comites ſunt corporis ipſius cordis, imbecilli ſunt omnes. Habes pulſus, quos cor intemperatum calore creat.

Cap. IV. Intemperies frigidae plane efficiunt contrarios, parvos, tardos et raros; hos vel in tres proportione differentias commutant, vel aliquas earum, aut aliquam, plus, vel minus; alias aut aliam minus, vel plus. At hic eodem modo, ut prius declaravimus, attendenda eſt quae deficiat, vel exuperet. Primum crebritatem immutabit, deinde celeritatem, poſtea magnitudinem, ſiquidem illaeſa ſit facultas, nam ſi quid ad haec quoque offenſa ſit, perſpicies illud ex propria pulſuum et perpetua qualitate, quam remiſſionem appellamus, quae ad parvitatem et tar-

Ed. Chart. VIII. [281. 282.] Ed. Baſ. III. (140.)

τητα τὴν ἀλλοίωσιν ἐργάζεται τῶν σφυγμῶν. ὡς ὅταν γε ἐπὶ πλεῖστον ἡ δύναμις κάμνῃ, κἂν ψύξις συνῇ, μικροὶ μὲν ἐσχάτως οἱ σφυγμοὶ γίνονται, βραδεῖς δ' οὐκ ἐσχάτως, ἀλλ' ἔστιν ὅτε τοῖς κατὰ φύσιν ὁμοιοι, πυκνότητα δ' οὐ μόνον ἀποτίθενται τὴν πρόσθεν, ἀλλὰ καὶ προσαυξάνουσι. ἐπειδὰν μέντοι τὰ τῆς δυνάμεως ἐπ' ὀλίγον ἀῤῥωστῇ, τὰ δὲ τῆς ψύξεως ἐπὶ πλεῖστον κρατῇ, μακροτάτη μὲν ἡ εἰς ἀραιότητα τροπὴ γίνεται τῶν σφυγμῶν, βραχυτάτη δ' ἡ εἰς μικρότητα, μέση δ' ἀμφοῖν ἡ εἰς βραδύτητα. τὴν αὐτὴν δὲ δηλονότι καὶ αἱ ἀρτηρίαι πᾶσαι κινηθήσονται κίνησιν, ἂν τῇ κράσει φύσιν ἔχωσιν· [282] ἂν δὲ τῆς καρδίας ψυχροτέρας γεγενημένης αὗται θερμότεραι τοῦ κατὰ φύσιν ὦσιν, ἀλλοιώσουσι τὸν τῆς καρδίας σφυγμὸν εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον ἂν ἐκστῶσι τοῦ κατὰ φύσιν. ὥστε ποτὲ καὶ ἀκριβῶς ὅμοιος ἔσται τῷ κατὰ φύσιν ὁ κατὰ τὰς ἀρτηρίας, ὅσον γε ἐπὶ μεγέθει καὶ τάχει, τοῦ κατὰ τὴν καρδίαν ἐλάττονός τε καὶ βραδυτέρου γιγνομένου. εὔδηλον δ' ὡς αἱ τοιαῦται διαθέσεις ἄνευ πυρετῶν εἰσιν αὐτῆς τῆς καρδίας μόνης ψυχθείσης ὑπὸ χυμῶν ψυχρῶν τε ἅμα καὶ γλίσχρων καὶ παχέων. σπανίως μὲν οὖν ἔστιν ἡ τοιαύτη

ditatem potius quam ad raritatem pulſus immutat. Nam quum facultas plurimum laborat, etſi conjuncta ſit frigiditas, pulſus extreme quidem parvi fiunt, ſed non tardi extreme, imo nonnunquam moderatis ſimiles: crebritatem tamen non abjiciunt priſtinam, ſed etiam adaugent. At ubi paululum facultas debilitata ſit et frigiditas vigeat plurimum, longiſſime ad raritatem pulſus deflectunt, minimum ad parvitatem, medio modo ad tarditatem. Eodem etiam arteriae modo, ſi in nativo temperamento conſtent, movebuntur; nam ſi quum cor ſit frigidius, hae calidiores aequo ſint, cordis pulſum tantum alterabunt quantum de natura deſciverint. Itaque interdum etiam ſimilis erit moderato pulſus arteriarum, quod ad magnitudinem et celeritatem attinet, quum cordis pulſus minor et tardior ſit. Jam hoc clarum eſt, vacare hoſce affectus febre, refrigerato duntaxat ipſo corde a ſuccis frigidis, iisdemque lentis et craſſis. Sane in-

Ed. Chart. VIII. [282.] Ed. Baſ. III. (140.)

διάθεσις, ἀλλὰ γιγνομένη ποτὲ, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐν πνεύμονι τοιοῦτοι περιέχωνται χυμοί. συμβαίνει δ' ὡς τὰ πολλὰ τοῖς ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ διαθέσει σφυγμοῖς εὐθὺς καὶ ἀνωμάλοις εἶναι διὰ τὰς ἐμφράξεις, ἃς οἱ προειρημένοι χυμοὶ κατὰ τὰ στόματα τῶν ἐκφυομένων τῆς καρδίας ἀγγείων ποιοῦσιν. εἰ μέντοι συμβαίη ποτὲ καὶ τὰς ἀρτηρίας ὁμοίως τῇ καρδίᾳ ψυχροτέρας γενέσθαι τοῦ κατὰ φύσιν, αὐξήσουσι τὴν ἀτονίαν τῶν κινήσεων αὐτῆς, ἐν ταὐτῷ φυλάττουσαι γένει, ὥστε τῆς καρδίας βραδύτερόν τε καὶ μικρότερον καὶ ἀραιότερον τοῦ κατὰ φύσιν σφυζούσης αὐτὰς ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐκείνης καὶ βραδύτερον καὶ μικρότερον σφύζειν, εὐθὺς δὲ δήπου καὶ ἀμυδρότερον. συμβαίνει δέ ποτε ψυχροτέραν τε ἅμα τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι τὴν καρδίαν καὶ πλήρη περιττωμάτων δακνωδῶν, ἐν ᾧ καιρῷ τὴν μὲν διαστολὴν μικροτέραν τε ἅμα καὶ βραδυτέραν γίγνεσθαι συμβαίνει, τὴν δὲ συστολὴν ὠκυτέραν. ἐφαίνετο δ' ἂν καὶ μέχρι πλείονος ἔσω χωρεῖν ἡ ἀρτηρία, εἰ μέχρι παντὸς αἰσθητὴν εἶχε τὴν κίνησιν, νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν ἀδιάγνωστον αἰσθήσει. τὸ δὲ τὸν τῆς ἐντὸς ἡσυχίας χρόνον ἐπιμηκέστερον τοῦ κατὰ φύσιν γίγνεσθαι πρόδηλον καὶ ἅπτομέ-

frequens eſt hic affectus, tamen incidit interdum; praeſertim quum contineantur in pulmone ejuscemodi humores. Atque in ejuscemodi affectu contingit fere pulſibus ſimul eſſe inaequalibus per obſtructiones, quas illi ſucci ſecundum oſcilla moliuntur vaſorum ex corde enatorum. Verum arteriae, ſi quando fiat ut perinde atque cor frigidiores juſto ſint, augebunt remiſſionem ejus motuum, in eodem retinentes genere, ut quum tardius cor, minusque et rarius, quam naturae lex poſtulat, pulſet, illae etiam hoc pulſent tardius, minus rariusque, tum etiam languidius. Accidit vero aliquando jam frigidius juſto cor eſſe ſimul et fumoſorum plenum excrementorum, quo tempore pariter et minor et rarior ſit diſtentio, contractio celerior. Videretur etiam diutius ſe arteria intro recipere, ſi in perpetuum ejus motus percipi poſſet. Nunc ſenſum id fugit, at produci internae quietis tempus ultra quam par eſt patet vel tangentibus,

Ed. Chart. VIII. [282.] Ed. Baſ. III. (140.)

νοις ἐστί. σύνθετος δ' ὁ χρόνος οὗτος ἅπας ἐκ τριῶν ἐδείκνυτο χρόνων, πρώτου μὲν τῶν ἐσχάτων τῆς συστολῆς, δευτέρου δὲ τῆς ἐντὸς ἠρεμίας, καὶ τρίτου τῶν πρώτων τῆς διαστολῆς. οὗτος μὲν ὁ χρόνος ἱκανῶς ἐκταθήσεται κατὰ τὴν εἰρημένην διάθεσιν, ὁ δὲ τῆς ἐκτὸς ἡσυχίας ἤτοι βραχύτερος ἔσται τοῦ κατὰ φύσιν ἢ παραπλήσιος. ἐπειγομένης γὰρ ἀεὶ τῆς τοὺς σφυγμοὺς ἐργαζομένης δυνάμεως ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα, καὶ σπευδούσης ἐπὶ τὴν ἐνέργειαν ἐκείνην δι' ἧς ὑπάρχει τοῦτο πράττειν αὐτῇ, τὴν πρὸ τῆς ἐνεργείας ἡσυχίαν ὀλιγοχρονιωτέραν γίνεσθαι συμβαίνει, καθάπερ καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑτέρας ἐνεργείας, λέγω δὲ τῆς διαστολῆς, μακροτέραν, τῷ ψυχροτέραν οὖσαν τὴν καρδίαν ἐκλελυμένως ἐπὶ τὴν ἐνέργειαν ἰέναι, διὰ μίαν ἔτι μόνην χρείαν τὴν τῆς ῥιπίσεως ἀπολωλεκυῖαν ἤδη τὴν ἑτέραν τὴν μείζονα, τὴν τῆς ἐμψύξεως. ἡ μὲν γὰρ ὑπόλοιπος ἡ τρίτη κατ' ἐκείνας μόνας τὰς διαθέσεις ἐπεγείρει τὴν καρδίαν εἰς τὴν ἐνέργειαν, ὅταν ἤτοι κίνησίν τινα κινῆται τὸ ζῶον ἀξιόλογον ἢ κένωσις πολλὴ ἐμπίπτῃ, τῶν ἀρτηριῶν ἐπὶ πλέον ἀνεστομωμένων μὲν εἰς τὰ ἐκτὸς, ἔν γε

Hoc tempus conflatum docuimus ex tribus eſſe temporibus, primo extremitatis contractionis, altero internae quietis, tertio principii diſtentionis. Ergo prolixe hoc tempus per illum affectum producetur; tempus vero externae quietis aut brevius quam conveniat erit, aut moderato ſimile. Nam quum ſtudeat ſemper pulſuum effectrix facultas excrementa excernere, properetque ad illam actionem, cujus haec nomine illi data facultas eſt, fit ut quies, quae actionem praecedit, minus ſit diuturna; quemadmodum etiam fit ut illa, quae alteram actionem praecedit, dilatationem inquam, ſit longior, quia cor, quod frigidius jam eſt, remiſſe ad actionem progreditur, unius adhuc tantum gratia uſus ventilandi, altero jam, qui major erat, refrigerandi amiſſo. Reliquus enim tertius cor in his ſolum affectibus excitat ad actionem, ubi moveatur magnopere animal, aut vacuatio accidat larga, arteriarum quidem admodum reſeratis externis oſcillis, ut in balneis, denique ſi quo modo lar-

Ed. Chart. VIII. [282. 283.] Ed. Baf. III. (140. 141.)

τοῖς βαλανείοις, καὶ εἰ δή τινες ἄλλοι καθ' ἡντιναοῦν αἰτίαν ἱδρῶτες ἐκχέονται πολλοί· εἰ δὲ τἀντὸς, ἔν τε ταῖς καθάρσεσι καὶ τῶν παθῶν ἐν χολέραις καὶ δυσεντερίαις καὶ ἰσχυραῖς δήξεσι τῶν ἐντέρων. ἐπειδὰν μέντοι συμβῇ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς καρδίας ἐν ἑαυτῷ τινα δυσκρασίαν ἀνώμαλον (141) ἔχειν, ἀναγκαῖον ἔσται καὶ τοὺς σφυγμοὺς αὐτῆς τε τῆς καρδίας καὶ τῶν ἐν τῷ ζώῳ πασῶν ἀρτηριῶν εἰς ἀνωμαλίαν ἐκτραπῆναι πολυειδῆ. καὶ γὰρ καὶ ἡ συστηματικὴ καλουμένη καὶ ἡ καθ' ἕνα σφυγμὸν ἁπάντων ἔσται τῶν γενῶν, εἰς μέγεθος καὶ μικρότητα καὶ τάχος καὶ βραδύτητα καὶ ἀμυδρότητα καὶ πυκνότητα καὶ ἀραιότητα συνεχοῦς τῆς μεταπτώσεως γινομένης. εἰς μέντοι σκληρότητα καὶ μαλακότητα μεταβολὴ συνεχὴς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. δέδεικται γὰρ ὑπὲρ τούτου πολλάκις. ἄκλονος μέντοι ποτὲ καὶ κλονώδης ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι συνεχῶς ἀλλήλους διαδέχονται, συνελθούσης τῇ δυσκρασίᾳ τῆς καρδίας τῆς σκληρότητος, [283] ἢ τάσεως ἀρτηριῶν. ἐδείκνυτο γὰρ, εἴ τι μεμνήμεθα, κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις, ὅταν ἐπιπλέον ὁρμήσῃ διαστεῖλαι τὰς ἀρτηρίας ἡ καρδία, κλόνος ἐμπίπτων τῇ κινήσει.

giter ſit ſudatum; internis vero in purgationibus, praeterea in affectibus, ut choleris, inteſtinorum difficultatibus, ac quum vehementer vellicanter inteſtina. At vero ubi ipſum corpus cordis inciderit in intemperiem aliquam inaequalem, non poterunt pulſus quum ipſius cordis tum omnium animantis arteriarum in variam non degenerare inaequalitatem. Quin etiam collectiva quam vocant, illaque unius pulſus omnium erit generum; quod perpetua fiat in magnitudinem, parvitatem, celeritatem, tarditatem, remiſſionem, vehementiam, crebritatem, raritatem mutatio. At in duritiem et mollitiem haud fiat continens unquam mutatio; id quod ſaepenumero declaravimus. Non vibratus autem interdum et vibratus perpetua ſeſe viciſſitudine in hiſce affectibus excipiunt, adjuncta ad cordis intemperiem duritie, vel tentione arteriarum. Oſtendimus enim, ſi recte memini, in hujuscemodi affectibus, ubi magnopere cor contendat arterias diſtendere, vibrationem in motum incurrere; quo tem-

Ed. Chart. VIII. [283.] Ed. Baſ. III. (141.)

τούτου δὲ συμβαίνοντος ἕτοιμον δικρότῳ γενέσθαι τῷ σφυγμῷ. καὶ γίνεται δύσκολον ἐν ταύτῃ τῇ διαστάσει τὴν διάθεσιν ἀκριβῶς ἐξευρεῖν, ὡς ἂν τῆς εἰρημένης ἀνωμαλίας οὐκ ἐπὶ δυσκρασίᾳ μόνῃ καρδίας, ἀλλὰ καὶ κακώσει τῶν ὀργάνων καὶ πλήθει συνισταμένης. ἐπειδὴ γὰρ αἱ τοιαῦται τῶν ἀνωμαλιῶν ἐπ' ἐμφράξεσι γίνονται τῶν κατὰ τὴν καρδίαν στομάτων, ἕπονται δὲ καὶ ταῖς ἀνωμάλοις αὐτῆς δυσκρασίαις, οὐκ ἔστι διαγνῶναι ῥᾳδίως τὴν διάθεσιν. ὁ μὲν οὖν δὶς πλήττων σφυγμὸς ἴδιόν ἐστι σύμπτωμα τῆς κατὰ τὸ σῶμα τοῦ σπλάγχνου δυσκρασίας, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου δέδεικται λόγῳ, διαφέρων τοῦ δικρότου μαλακότητι. σκληρότητος δὲ προσγενομένης ἀπόλλυται καὶ ἡ παρὰ τοῦδε διάγνωσις, εἰς γὰρ τὸν δίκροτον μεταπίπτει κοινὸν ὄντα πλειόνων διαθέσεων. ὁ μέντοι κλονώδης δίκροτος ἐδείκνυτο τὴν γένεσιν ἴσχων, ἐπειδὰν ὁ κλονώδης ἁπλῶς σφυγμὸς βραχὺς τῷ μήκει γενήσεται, ὁ δὲ ἄκλονος δίκροτος ὁμοίως μὲν τῷ κλονώδει σκληρὸς ὤν, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτοῦ βραδύτητα καὶ τὸ βάρος τῶν ἐπικειμένων σωμάτων ἀποτελούμενος τοιοῦτος. ὥσθ' ἑκάτερος μὲν αὐτῶν ἀκολουθήσει πλείοσιν αἰτίοις, διοί-

pore facile dicrotus pulſus exoriatur. In qua diſtentione multi ſane laboris eſt affectum plane explorare, quod non intemperiem tantum cordis illa inaequalitas, ſed et inſtrumentorum laeſionem et copiam humorum comitatur. Nam hae inaequalitates, poſteaquam obſtructionem ſequuntur cordis oſcillorum, comitantur porro etiam ejus intemperiem inaequalem, non eſt proclive deprehendere affectum. Ergo pulſus, qui bis feriat, corporis viſceris proprium eſt ſymptoma intemperiei, ſicut probavimus in proximo libro, ac a dicroto diſtat mollitie. Verum ſi durities acceſſerit, jam etiam ex hoc dignotio labefactatur; etenim in dicrotum convertitur communem plurium affectuum. Vibratum vero dicrotum generari docuimus, ubi pulſus, qui abſolute eſt vibratus, diminuta eſt longitudo. Dicrotus vero non vibratus aeque eſt ac vibratus durus: ſed talis per ſuam tarditatem efficitur et corporum unus incumbentium. Quocirca permultas uterque hic cauſas conſequetur, numero tamen inter

Ed. Chart. VIII. [283.] Ed. Baſ. III. (141.)

profectas ex facultatis, vel inſtrumentorum vitio alterationes pulſuum arbitrentur proprias ipſis febribus eſſe; ut invadentis acceſſionis quidam crebros et parvos, alii ad haec languidos, jam nonnulli etiam inaequales, ſunt qui tardos etiam, contra alii celeres, poſuerunt indicia. Tametſi quaedam febres incompreſſas, ut iſti vocant, invaſiones faciunt, in quibus pulſuum prima mutatio in magnitudinem et celeritatem fit, mox his ſuccedit augeſcentibus crebritas; reliquorum pulſuum quos memoravi in illis nullus apparet, nec initio acceſſionum, nec in incremento, nec vigore. Verum hos nec rigor, nec horror, nec fere ulla inaequalitas, quin ne frigus quidem partium extremarum, vel ſuperficiei externae, nec vellicatio, aut gravitas, aut compreſſio ſtomachi una inceſſit; plerosque vero vel unum de his, vel plura comitantur; nonnullos paulo poſt vomitus, qui aperte declarat, ex eo quod in ventriculum vitioſi ſucci confluxerunt, quosdam illorum vellicatos eſſe, alios

Ed. Chart. VIII. [291.] Ed. Baſ. III. (145.)

ἐθλίφθησαν, οἱ δ' ἀσώδεις ἐγένοντο. προφανέστατα γὰρ ἐπὶ τῶν πλείστων ἀρχῶν ἀποχωρεῖ μὲν ἀπάσης τῆς ἐκτὸς ἐπιφανείας τὸ αἷμα, συῤῥεῖ δ' εἰς τὰ σπλάγχνα, κἀκ τούτου θλίψεις τε καὶ σφηνώσεις, ἐμφράξεις τε καὶ διατάσεις ἀρτηριῶν γίνονται κυρίων, ἐφ' αἷς οἱ ἀνώμαλοι σφυγμοὶ ταῖς εἰσβολαῖς τῶν τοιούτων παροξυσμῶν συνεδρεύουσιν, ὥσπερ αὖ πάλιν οἱ ἀμυδροὶ διὰ τὴν τοῦ στομάχου τε καὶ τῆς δυνάμεως κάκωσιν. οὕτως δὲ καὶ οἱ μικροὶ διά τε τὴν ἀῤῥωστίαν γίνονται τῆς δυνάμεως καὶ διὰ τὴν ψύξιν, ὥσπερ γε καὶ οἱ βραδεῖς ἐπὶ ταῖς ἰσχυραῖς ψύξεσιν. ἀλλὰ τούτων γε οὐδεὶς ὁμοίως τῇ διαστολῇ τὴν συστολὴν ἐποιήσατο βραδεῖαν, ἀλλ' ἔστιν ἀχώριστόν τε καὶ ἰδιώτατον εἰσβολαῖς πυρετοῦ ἐπὶ σήψει χυμῶν ἡ συστολὴ τῆς ἀρτηρίας ὠκυτέρα γινομένη. καὶ ὅστις ἤσκηται γινωσκειν συστολὴν ἀχώριστον ἀρχῆς παροξυσμοῦ τοῦθ' ἕξει τὸ σημεῖον, ὅταν, ὡς εἴρηται πολλάκις, ὁ σφυγμὸς ἔχῃ τινὰ τόνον. ἐδείχθη γὰρ ἐπὶ τῶν ἀμυδρῶν ἀδιάγνωστος ἡ συστολή. τοῦτ' οὖν ἀσκητέον ἐν τοῖς μάλιστα τὸν ἀκριβῶς βουλόμενον ἀρχὴν γνωρίζειν παροξυσμοῦ. ὅπως δ' ἄν τις

compreſſos, aliquos nauſeaſſe. Clariſſime enim recedit in plerisque initiis de tota ſuperficie externa ſanguis, conſluitque in viſcera, unde compreſſiones et obſtructiones fiunt, diſtentionesque arteriarum praecipuarum, propter quas initiis talium acceſſionum conjuncti ſunt pulſus inaequales; quemadmodum etiam languidi ob ſtomachum et facultatem affectam. Ad hunc modum fiunt et parvi ob imbecillitatem facultatis, et ob frigiditatem, et jam tardi quoque ex ingenti frigiditate. Verum contractionem perinde ac distentionem nullus horum tardam fecit; ſed hoc perpetuum eſt et prae caeteris proprium invaſioni febris ex putredine humorum ortae, ut arteriae contractio efficiatur celerior. Et ſi quis in cognoſcenda contractione eſt exercitatus, perpetuum hoc et conſtans initii acceſſionis ſignum habebit, ubi contentione aliqua, ut frequenter admonuimus, pulſus praeditus ſit, nam in languidis contractionem docuimus dignoſci non poſſe. Hoc igitur etiam atque etiam exercitandum tibi eſt, ſiquidem cognoſcere ad unguem velis initium

Ed. Chart. VIII. [291.] Ed. Baf. III. (145.)

ὑπάρξοιτο τῆς ἀσκήσεως, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν ἐπὶ πλεῖστον εἴρηται· τοῦτο τὸ σημεῖον ἀψευδέστατόν ἐστι, καὶ χρὴ θαῤῥεῖν αὐτῷ μάλιστα κατὰ τὰς διαγνώσεις ἐναργῶς φανέντι. ἐγωγ' οὖν ἐπὶ πολλῶν πολλάκις, ὧν οὐδεπώποτε πρόσθεν ἡψάμην τῶν σφυγμῶν, οὔθ' ὑγιαινόντων οὔτε νοσούντων, τούτῳ τῷ σημείῳ μόνῳ πιστεύσας ἥμαρτον οὐδέποτε. ταῖς μὲν γὰρ ἄλλαις ἁπάσαις, εἴτ' οὖν ψύξις εἴη ὅλου τοῦ σώματος, εἴτε καὶ τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς, ὃ καταχρώμενοι στόμαχον ὀνομάζομεν, εἴτ' εἰς τὸ βάθος ῥοπὴ τοῦ αἵματος, ἤτοι διὰ λύπην, ἢ φόβον, ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν γιγνόμεναι, παραπλήσιός ἐστιν ἡ βραδύτης τοῦ σφυγμοῦ διαστελλομένης τε καὶ συστελλομένης τῆς ἀρτηρίας, εὐθὺς δ' αὐτῇ σύνεστι καὶ ἡ ἀραιότης κατ' ἄμφω τὰς ἡσυχίας. μόναις δὲ ταῖς πυρεκτικαῖς εἰσβολαῖς, κἂν ἡ διαστολή ποτε γένηται βραδυτέρα τῆς ἔμπροσθεν, ἀλλ' ἥ γε συστολὴ τάχος προσκτᾶται. συναιρεῖται δέ τι καὶ τῆς ἐκτὸς ἡσυχίας, ὡς πυκνότερον ἐνταῦθα γίνεσθαι τὸν σφυγμὸν, οὐ μὴν κατά γε τὴν ἐντὸς, ἀλλ' ἤτοι τῷ πρόσθεν ὡσαύτως, ἢ βραχεῖ τινι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀραιότερος φαίνεται.

accessionis. Quemadmodum autem ingredienda ea sit exercitatio, copiosissime in libris De dignoscendis pulsibus declaravimus. Certissimum est hoc signum, illique maxime est fidendum aperte ad dignotiones conspicuo. Equidem in multis, quorum antea pulsum nunquam tetigeram, nec per sanitatem nec per morbum, hoc fretus uno signo nunquam sum lapsus. Nam caeteris quidem omnibus, sive frigescat totum corpus, sive os ventriculi, quem per abusum vocamus stomachum, sive deferatur sanguis in profundum, vel ex moerore, vel metu, vel alia de causa, similis tarditas est pulsus et in arteriae distentione et contractione. Jam ei etiam conjuncta est in utraque quiete raritas; in solis vero invasionibus febrium ut distentio interim tardior fiat priore, certe contractio celeritatem nanciscitur. Ad haec restringit externas quietes, ut hic pulsus crebrior evadat; at non in internas; sed vel perinde ut in priore, vel paulo rarior id

Ed. Chart. VIII. [291. 292.] Ed. Baſ. III. (145.)

παραβάλλειν δὲ δηλονότι χρὴ τὴν ἔμπροσθεν ἡσυχίαν ὡς πρὸς τὴν ἀφὴν τῇ νῦν φαινομένῃ, μεμνημένον μὲν ὅτι σύνθετός ἐστιν ἔκ τε τοῦ πέρατος τῆς συστολῆς καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς διαστολῆς καὶ τῆς μεταξὺ τούτων ἠρεμίας, ἐκλογιζόμενον δ' ὅσον ἑκατέρωθεν αὐτῇ προσῆλθεν, ἐκ τοῦ μὴ φαινομένου μορίου τῶν κινήσεων, αὐτὸ δὲ δὴ τοῦτο πάλιν ἐκλογίζεσθαι τῷ τόνῳ παραμετροῦντα. εἰ μὲν γὰρ ὡσαύτως ἔχει τόνου νῦν τε καὶ πρόσθεν ὁ σφυγμὸς, εἰς ὅσον ἂν ὁ χρόνος τῆς αἰσθητῆς ἡσυχίας γένηται μακρότερος εἰς τοσοῦτο καὶ καὶ τὴν ὄντως ἡσυχίαν ἡγεῖσθαι μεμηκύνθαι. εἰ δ' ἀμυδρότερος ἢ πρόσθεν γένοιτο, λογίζεσθαί τι καὶ διὰ τοῦτ' ἀποκεκρύφθαι τῶν κινήσεων, ὅπερ ὑφαιρεῖν χρὴ τῆς αἰσθητῆς ἡσυχίας εἰς τὴν τῆς ὄντως εὕρεσιν. εἰ γὰρ ὀλίγῳ μέν τινι τοῦ πρόσθεν ὁ σφυγμὸς ἀτονώτερος γένηται, πολλῷ δὲ ἀραιότερος, ἡγητέον ἐκτετάσθαι τὴν ὄντως ἡσυχίαν. εἰ δ' ἀτονώτερος μὲν πολλῷ, βραχεῖ δ' ἀραιότερος ὡς πρὸς τὴν αἰσθητὴν διάγνωσιν, οὐκέτι καὶ τὴν ὄντως ἡσυχίαν τὴν ἔνδον ἡγητέον ἐκτετάσθαι. [292] κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον εἰ τοῦ σφυγμοῦ βραχεῖαν ἀτονίαν προσλαβόντος, ἀξιολόγως τινὶ

temporis videtur. Comparanda vero eſt prior quies quantum ad tactum praeſenti; hocque memoria tenendum, conflatam eſſe eam ex fine contractionis et initio diſtentionis, atque ex interpoſita inter has quiete; tum expendendum, quantum utrinque ei ex parte motuum deliteſcente acceſſit, id quod exponendum eſt comparando cum contentione. Nam ſi aeque pulſus contentus nunc ſit ac ante fuit, quanto tempus ſenſibilis quietis longius fiat, tantum etiam eſt putandum eſſe revera protractam quietem, ſi languidior quam prius effectus eſt, arbitrandum eſt et ob hoc partem abſconditam eſſe motuum, quae quieti, quam ſentimus, ad veram inveniendam detrahenda eſt. Nam ſi paulo pulſus quam ante languidior appareat, multo autem rarior, veram quietem puta eſſe productam, ſin multo remiſſior et rarior paulo, ut ſenſus judicat, minime cenſebis protenſam eſſe veram quietem. Eodem modo, ſi quum parvam remiſſionem aſſequutus pulſus eſt, inſigniter tibi crebritas videatur

Ed. Chart. VIII. [292.] Ed. Baſ. III. (145. 146.)

φαίνοντο τὰ τῆς πυκνότητος ἐπιτετάσθαι, συναιρεῖσθαι λογιστέον τὴν ὄντως ἡσυχίαν. ἐφ᾽ ὧν μὲν οὖν ἀμυδρότερος ὁ σφυγμὸς ἐγένετο κατὰ τὸν τῆς διαγνώσεως καιρὸν, ὡς εἴρηται, λογιστέον. ἐφ᾽ ὧν δ᾽ ὡσαύτως ἔχει τόνου, σαφεστάτη διάγνωσις ἐπὶ τούτων ἐστὶ καὶ τῆς ἐντὸς ἡσυχίας, ὡς λέλεκται, σκοπουμένοις. ὅταν οὖν ποθ᾽ ὁ σφυγμὸς ἄτρεπτος μὲν ὢν τἄλλα θάττων γένηται κατὰ τὴν συστολὴν, ἀρχῆς παροξυσμοῦ σημεῖον ἀχώριστον τίθεσο. γίγνεται δ᾽ εὐθὺς τοιοῦτος σφυγμὸς καὶ πυκνότερος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν, ἐπειγομένης τῆς φύσεως ἀποτρίψασθαι τὸ καπνῶδες περίττωμα, διὸ θᾶττον συνεστέλλετο. κατὰ μὲν (146) οὖν τὴν πρώτην ἀρχὴν τῆς γενέσεως αὐτοῦ τῷ τάχει τῆς συστολῆς μόνον ὁ σφυγμὸς παραλλάττων φαίνεται τοῦ πρόσθεν, ὀλίγῳ δ᾽ ὕστερον καὶ πυκνοῦσθαι κατὰ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν, πρωϊαίτερον ἀρχομένης συστέλλεσθαι τῆς ἀρτηρίας. τοῖς δ᾽ ἐφημέροις πυρετοῖς οὐχ ὑπάρχει τοῦτο, διὰ τὸ χωρὶς σήψεως γίγνεσθαι χυμῶν. οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς ἑκτικοῖς, ὅτι μηδὲ ἄρχονταί ποτε, πλὴν εἰ συνέλθοι κατὰ τύχην ἑτέρα τις διάθεσις αὐτοῖς, ὥστ᾽ ἐφ᾽ ὧν ζητεῖται μάλιστα πυρετῶν ἡ ἀρχὴ τῶν παροξυσμῶν,

aucta, contractam arbitrare veram quietem. Itaque in quibus languidior pulſus eſt factus, tempore, quo exploramus, animadvertendum eſt; in quibus vero pari eſt contentione, in his facile, uti diximus, ſi animum advertas, interna quies dignoſcitur. Proinde quum nihil pulſus variet niſi in contractione ſit celerior, id habe initii acceſſionis ſignum perpetuum, ſimulque ſit hic pulſus in externa quiete crebrior, natura incumbente ad excrementum fumoſum propulſandum, quamobrem celerius contrahebatur. Ac ſic quidem celeritate tantum contractionis, quum primum id generatur, variare a priore pulſus videtur; paulo poſt etiam fieri creber in externa quiete, quod citius arteria conſidere incipiat. At diariae febres non habent hoc, quod ſine humorum putredine fiant, nec jam etiam hecticae, quod niſi alter cum iis affectus caſu coëat, ne incipiant quidem unquam. Ita in quibus praeſertim febribus quaeritur acceſſionum initium,

Ed. Chart. VIII. [292.] Ed. Baſ. III. (146.)

ἔχειν ἡμᾶς δεῖ διαρκὲς τὸ σημεῖον. εἰ δὲ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἄρτι μεταπίπτοντος ἐξ ὑγείας εἰς νόσον ἀνθρώπου τινὸς ἁπτοίμεθα τῶν σφυγμῶν, εὐθὺς καὶ τὸ γένος ἡμῖν ἐνδείξεται τοῦ πυρετοῦ τὸ σημεῖον τοῦτο, συνεισβάλλων γὰρ τῷ παροξυσμῷ τῶν ἐπὶ σήψει τινὶ χυμῶν τὸν πυρετὸν εἶναί φησιν. ἐδείχθησαν δ' ἐν ταῖς τῶν πυρετῶν διαφοραῖς ἐκ ταὐτοῦ γένους ὄντες τῷδε καὶ οἱ ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς. ἀλλὰ διοριστέον αὐτοὺς τῶν ἐπὶ σήψει χυμῶν μόνῃ τῇ σκληρότητι. σκληρὰ γὰρ ἡ προσβολὴ τῶν ἐπὶ φλεγμοναῖς. εἰ μὲν οὖν διαγινώσκειν δύναιο τὴν ἐπὶ τάσει τῆς ἀρτηρίας σκληρὰν προσβολὴν τῆς ἐπὶ ψύξει τε καὶ σκληρότητι, τρεῖς ἕξεις ἐκ τούτου προγνώσεις αἰτίων προγεγονότων, ποτὸν ψυχρὸν, οἶνον ἀκρατέστερον, φλεγμονὴν, ἣν οὐ μόνον ἔμπροσθεν τοῦ παροξυσμοῦ γεγονὸς αἴτιον, ἀλλὰ καὶ παραμένον ἐροῦμεν. τὴν δὲ τοῦ ψυχροῦ τε καὶ τοῦ πλέονος ἀκράτου πόσιν, αὐτὴν μὲν προγεγονέναι, τὴν δ' ἀπ' αὐτῆς διάθεσιν ἔτι φυλάττεσθαι. σκληρύνονται μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς βλαψάσαις ψυχροποσίαις οἱ χιτῶνες τῶν ἀρτηριῶν, ἐξήρανται δὲ ἐπὶ ταῖς τοῦ πλείονος

tenere nos hoc inſeparabile ſignum debemus. Quod ſi primo die quum recens de ſanitate homo in morbum incidit, pulſum tangamus, ſtatim nobis genus etiam febris hoc ſignum ante oculos proponet, una enim invadere cum febrium acceſſione, quae putredinis alicujus humorum comites ſint perhibent. Jam in differentiis febrium docuimus in eodem genere, quo hunc, pulſus eſſe, qui ab inflammatione excitantur, ſed a pulſibus ab humorum putredine concitatis hi ſola duritie diſcernentur, ſiquidem pulſuum ortorum ex inflammationibus durus eſt occurſus. Quare ſi durum occurſum, quem efficit contentio arteriae, discernere ab eo vales, quem generat frigiditas et durities, tres praedicere hinc cauſas praeteritas poteris, potum frigidae, meracius vinum, inflammationem; quam non ſolum ante cauſam fuiſſe acceſſionis, ſed permanere etiam dicimus; frigidae atque largioris meri potum anteceſſiſſe eum quidem, ſed quem concitavit, affectum adhuc durare. Ac indureſcunt quidem ex nocuis frigidae potionibus arteriarum tunicae, et

Ed. Chart. VIII. [292.] Ed. Baſ. III. (146.)

οἴνου πόσεσιν. εἰ δὲ καὶ τῆς τῶν νεύρων ἀρχῆς ὁ οἶνος ἅψαιτο, καὶ τείνονται παραπλήσιον τοῖς προδηλοῦσι τὸν σπασμόν. ἐπὶ δὲ ταῖς φλεγμοναῖς ἄνευ τῆς τοῦ χιτῶνος οἰκείας σκληρότητος τείνονται, καὶ καλεῖται μὲν καὶ τότε σκληρὸς ὁ σφυγμὸς διὰ τὸ τῆς πληγῆς βίαιον, οὐ μὴν ἐσκλήρυνταί γε κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἡ ἀρτηρία, καθάπερ ὅταν ἤτοι ξηρανθῇ πως, ἢ ψυχθῇ βίαιον, ἢ οἷον σκιῤῥώδη τινὰ δέξηται διάθεσιν. ταυτὶ μὲν οὕτω διωρίσθω. τοὺς δ' ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν μηδόλως ἔχοντας τὸ λελεγμένον γνώρισμα, τῶν μὲν ἐπὶ σήψει χυμῶν ἀφοριστέον ἐστὶν, ἤτοι δ' ἐφημέρους νομιστέον ἢ ἑκτικούς. σπανιώτατα μὲν οὖν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς συνίσταται πυρετὸς ἑκτικὸς, οὐ μὴν ἀδύνατός γε οὐδ' ἡ τοιαύτη γένεσις αὐτοῦ, ἀλλ' ὤφθησάν που ἡμῖν καὶ οἱ τοιοῦτοι. τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντ' αὐτῶν γνωρίσματα δι' ἑτέρας εἴρηται πραγματείας, ἐν ᾗ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς ἐσκοπούμεθα· τὰ δὲ ἀπὸ τῶν σφυγμῶν εἰρήσεται νῦν, οὔθ' ὁ μέγας οὔθ' ὁ σφοδρὸς [μὴ σκληρὸς] σφυγμὸς ἅμα τοῖς ἑκτικοῖς ποτε συνεισβάλλουσι πυρετοῖς, ἀλλ' ὅτι περ ἂν ὑπάρχῃ

a vino immodice poto deficcantur, nam ſi nervorum ſimul principium laedat vinum, etiam intenduntur non aliter atque illae, quae convulſionem praenunciant. In inflammationibus vero absque propria tunicae duritie tenduntur, vocaturque pulſus tum etiam durus ob vim ictus; non induruit tamen per ſe arteria, quomodo quum vel deficcata ſit aliqua ratione, vel magnopere perfrigerata, vel affectum comparaverit ſcirrhoſum. Atque haec quidem ſic diſtinguo. Quae primo die nequaquam obtinent iſtud ſignum, a febribus putridis ſeparabis, ac vel diarias cenſebis, vel hecticas. At febris hectica rariſſima a primo exiſtit, quin tamen id temporis poſſit naſci, nihil cauſae eſt, ſed vidimus etiam nonnunquam tales. Reliqua harum omnia ſigna alio in opere explicata ſunt, ubi de differentiis febrium tractavimus. Quae vero pulſus ſuppeditant, nunc perſequemur. Nec magnus pulſus, nec vehemens cum hecticis febribus unquam concurrunt, ſed ſi alterutrum habeant horum, non ſunt

Ed. Chart. VIII. [292. 293] Ed. Baſ. III. (146.)

τούτων αὐτοῖς, οὐκ εἰσὶν ἐκτικοί. εἰ δὲ καὶ πάνθ' ἅμα παρείη, προφανῶς εἰσιν ἐφήμεροι, τῆς γε συστολῆς αὐτῶν, ὡς εἴρηται, μὴ ταχυνούσης, ἴδιον γὰρ ἐκείνης τὸ τάχος ἐστὶν ἐπὶ σήψει χυμῶν, ὧν τὰς κατὰ μέρος ἁπάσας διαφορὰς ἐν τῇ προειρημένῃ πραγματείᾳ διῆλθον. εἰσὶ δ' ὡς ἐπὶ κεφαλαίων φάναι πάντες μὲν οἱ κατὰ περιόδους παρο[293]ξυνόμενοι, πάντες δ' οἱ συνεχεῖς, ὅταν ὑπὲρ τὴν τρίτην ἡμέραν ἐκταθῶσιν. ἐκ ταὐτοῦ δὲ αὐτοῖς εἰσι γένους καὶ οἱ ταῖς φλεγμοναῖς ἐπιγινόμενοι. κατὰ μὲν οὖν τὰς παρακμὰς ἐκλύεται τὸ τάχος τῆς συστολῆς, καὶ μάλισθ' ὅταν εἰς ἀπυρεξίαν, ἢ ἐγγὺς αὐτῆς ἀφίκωνται, κατὰ δὲ τὰς ἀρχὰς τῶν παροξυσμῶν γεννᾶται, τυφομένων τρόπον τινὰ τῶν χυμῶν, ἐπιτείνεται δὲ κατὰ τὰς ἀναβάσεις. ἐγγὺς δ' ἤδη τῆς ἀκμῆς ἐξημμένων τε τῶν χυμῶν καὶ ζεόντων ἀθρόαν μὲν αὔξην τὸ τάχος τῆς διαστολῆς λαμβάνει, διαμένει δὲ ἴσον ἑαυτῷ τὸ τάχος τῆς συστολῆς. ὅταν δ' ἀκμάσῃ τελέως ὁ πυρετὸς, εἰς ἄκρον μὲν ἥκει τοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν παροξυσμὸν τάχους ἡ διαστολὴ, μειοῦται δὲ τὸ τάχος τῆς συστολῆς. οἱ μὲν οὖν

hecticae; ſi ſimul utrumque habeant, plane ſunt diariae, ſi quidem eorum contractio, quemadmodum diximus, non properet. Propria enim eſt ejus, quae conſequitur putredinem humorum, celeritas; cujus ſingulas differentias in commentariis, quorum memini, ſum perſecutus. Hae ſunt, ut ſummatim commemorem, omnes quae per circuitus incandeſcunt, atque omnes continuae, ubi tertium diem ſuperent. Ejusdem generis ſunt quae inflammationes comitantur. Ac in declinationibus celeritas contractionis diſſolvitur, praeſertim quum ad integritatem, aut prope eam pervenerint; initio acceſſionum generatur, quum aliqua ratione humores intendantur; ac per incrementum augetur, ubi prope jam attigerint vigorem, ſuccenſis humoribus; ferveſcentibusque ingens incrementum ſuſcipit diſtentionis celeritas, contractionis permanet par celeritas; ubi jam viget plane febris, in illa acceſſione ad ſummam celeritatem diſtentio pervenit, et minuitur celeritas contractionis. Verum

Ed. Chart. VIII. [295.] Ed. Baſ. III. (146.)

πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν, καὶ μάλισθ' ὅσοι τὴν συστολὴν ἀδιάγνωστον αἰσθήσει φασὶν ὑπάρχειν, οὐδ' ἐγγὺς ἥκουσι τοῦ λελεγμένου σημείου, τῶν τε ἐπὶ σήψει χυμῶν ἁπάντων πυρετῶν τῆς τε καθ' ἕκαστον αὐτῶν παροξυσμὸν ἀρχῆς. ὀλίγιστοι δέ τινες ἀμυδρὰν εἰκόνα τοῦ πράγματος ἐοίκασιν ἑωρακέναι. γράφουσι γοῦν ἀδιορίστως τε καὶ ἀσαφῶς εἰς τοσοῦτον ὡς μηδ' εἰκάσαι μηδένα τί ποτε βούλονται δηλοῦν. ἐξ αὐτῶν ἐστι καὶ ὁ Ἀρχιγένης, ὡς ἔνεστι γνῶναι τῷ βουληθέντι τό τε περὶ σφυγμῶν αὐτοῦ βιβλίον ἀναγνῶναι καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν σημειώσεως, ἢ τήν γ' ἐπιτομὴν αὐτῶν. ἐπεσκέμμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς ἅμα ταῖς τῶν ἀσαφῶν ἐξηγήσεσιν ἐν ὑπομνήμασιν ὀκτὼ τὴν περὶ τῶν σφυγμῶν αὐτοῦ πραγματείαν. ἄριστα δέ μοι δοκοῦσιν ἀποφήνασθαί τινες, εἰ προσθείημεν αὐτῷ τῷ λόγῳ διορισμόν τινα, τὴν ἐφ' ἑκάτερα μεταβολὴν τῶν σφυγμῶν, ἀρχῆς παροξυσμοῦ σημεῖον ὑπάρχειν. ὃν δέ φημι χρῆναι προσθεῖναι διορισμὸν, ἔστιν εἰ χωρὶς ἑτέρας προφάσεως ἡ ἀλλοίωσις γένοιτο. προφάσεις δ' ἔνιαι μὲν ἔξωθέν εἰσιν, οὐ μόνοις τοῖς ἰατροῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς

plerique medici, praecipue qui ſenſu negant contractionem percipi poſſe, longe abſunt a ſigno, quod expoſuimus, omnium febrium ex putredine ortarum, initiique in illis ſingularum acceſſionum. Nonnulli, ſed ſane pauci, obſcuram imaginem rei videntur conſpexiſſe; quamobrem adeo confuſe atque obſcure ſcribunt, ut qui conjicere valeat quid dicant ſit nemo. In his Archigenes eſt, quod videbis, ſi librum ejus de pulſibus legere velis, et commentarios de ſignis febrium, aut certe horum compendium; et vero nos etiam libros ejus de pulſibus una cum interpretatione obſcurorum locorum expendimus atque examinavimus octo commentariis. At vero mihi quidam videntur optime dixiſſe, ſi adjecerimus ſermoni quandam diſtinctionem, pulſuum ex utraque parte mutationem, initii acceſſionis eſſe nunciam. Quam adjunctam diſtinctionem volo, ea haec eſt, ſi mutatio citra aliam occaſionem acciderit. Cauſae autem partim externae ſunt non medicis modo, ſed plebi etiam perſpectae,

Ed. Chart. VIII. [293.] Ed. Baſ. III. (146.)

ἰδιώταις γνώριμοι, τροφῶν καὶ ποτῶν προσφορὰ, καὶ κίνησις ἠτισοῦν καὶ πάθος ψυχικὸν ὀργισθέντων, ἢ φοβηθέντων, ἢ ἀγωνισάντων, ἢ ὁπωσοῦν ἑτέρως ταραχθέντων. ἔνιαι δ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος ὁρμώμεναι, περὶ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, ἠνίκα φρίκης τε καὶ ῥίγους καὶ καταψύξεως, ἔτι τε τῶν εἰς τὴν γαστέρα συῤῥεόντων ἐμνημόνευσα. μηδενὸς γὰρ τοιούτου περὶ τὸν κάμνοντα συμβαίνοντος, ἢ ἐξαιφνίδιος ἐφ' ὁτιοῦν μεταβολὴ παροξυσμὸν ἀγγέλλει, θάττονος μὲν καὶ μείζονος γινομένου τοῦ σφυγμοῦ, θερμασίας ὑποτρεφομένης τῇ τῶν ἀρτηριῶν ἀρχῇ, βραδυτέρου δὲ ἢ μικροτέρου, ψύξεως. οὕτω δὲ καὶ ἡ μὲν πυκνότης ὁμολογήσει τῇ πλεονεξίᾳ τῆς θερμασίας, ἡ δ' ἀραιότης τῇ ψύξει. καὶ ἡ ἀμυδρότης δὲ καίτοι δι' ἄλλο τι σύμπτωμα γινομένη ταῖς τῶν παροξυσμῶν εἰσβολαῖς ἐστιν οἰκεία, συῤῥεόντων ὑγρῶν μοχθηρῶν εἰς τὴν γαστέρα τηνικαῦτα, καὶ τῇ τοῦ στόματος αὐτῶν βλάβῃ κακούντων τὴν δύναμιν. ἡ δὲ ἀνωμαλία τῶν σφυγμῶν, ἢ πολλοῖς τῶν παροξυσμῶν συνεισβάλλουσα θλιβομένων, ἢ ἐμφραττομένων ὑπόγυον ἀρτηριῶν, ἢ πλήθους τοῦ πρὸς τὴν δύναμίν ἐστι γνώρισμα, λόγῳ καὶ τούτων τοῦ παροξυσμοῦ γίγνεσθαι

cibus et potus ſumptus, quivis motus, et animi affectus iratorum, aut metu percitorum, aut angore, aut quomodolibet aliter commotorum; partim ex ipſo corpore originem ducunt, de quibus paulo ante verba feci, ubi horroris, rigoris, refrigerationis atque confluentium in ventrem mentionem facerem. Nam ſi laboranti tale nihil acciderit, repentina, in quamcunque rem ſit, mutatio acceſſionem praemonet; ſi celerior majorque pulſus fiat, calorem in arteriarum fonte ſubali; ſi tardior vel minor, frigiditatem. Itemque conſentiet crebritas cum caloris abundantia, contra cum frigiditate raritas. Et remiſſio etiam, quamvis alio ex ſymptomate oriatur, peculiaris eſt acceſſionum initiis, quod in ventrem tum confluant humores vitioſi, atque laeſo ejus ore facultatem afficiant. At pulſuum inaequalitas, quae fere invadit una cum acceſſionibus, compreſſarum, vel obſtructarum non arteriarum, aut copiae humorum ad facultatem relatae, eſt ſignum, quae etiam ratione acceſſionis

Ed. Chart. VIII. [293. 294.] Ed. Baſ. III. (146. 147.)

δυναμένων. ὅσαι μὲν οὖν μεταβολαὶ σφυγμῶν ἤτοι τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ θερμασίας αὐξανομένης ἢ συῤῥεόντων ἔσω τῶν χυμῶν ἀποτελοῦνται, φανερῶς ἂν αὗται δόξαιεν ἐνδείκνυσθαι παροξυσμὸν ἀρχόμενον, ὅταν γ', ὡς εἴρηται, τῶν ἄλλων ἀφορισθῶσι προφάσεων. ὅσαι δὲ ψύξεως, οὐκ ἔτ' ἐξ ἀνάγκης αὗται δείξουσι πυρετὸν εἰσβάλλοντα σημαίνειν· ἀλλ' ἐὰν κἀνταῦθα τὰς ἄλλας προφάσεις ἀφορισώμεθα ἁπάσας, ἕξομεν καὶ τὴν ψύξιν ἀγγέλλουσαν, ὅσον οὐδέπω πυρετὸν ἀναφθήσεσθαι. πνίγεται γὰρ κατ' αὐτὴν τῆς συῤῥεούσης ὕλης εἰς τὸ βάθος, ἱκανῶς ψυχρᾶς ὑπαρχούσης, ὡς κινδυνεύειν σβεσθῆναι τὴν ἀρχήν, οἷόν τι (147) κἀκτὸς συμβαίνει πολλάκις, ὅταν ὕλην ἅμα τε πολλὴν καὶ δύσκαυστον ἐπιβάλλωμεν ἀθρόως ὀλίγῳ πυρὶ, κινδυνεύει μὲν γὰρ αὐτίκα σβεσθῆναι, μὴ σβεσθὲν δ', ἀλλ' [294] ἀντισχὸν, ὑποτύφειν τε τὴν ὕλην ὀλίγον ὕστερον ἄρξεται, καί τινα θερμασίαν γεννᾷν, τὰ μὲν πρῶτα καπνώδη, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ φλογώδη, μέχρι περ ἀκριβῶς κρατῆσαν τῆς ὕλης, καθαρὰν ἐργάζηται τὴν φλόγα. τῆς γὰρ τοιαύτης φλογὸς οὐ καπνός ἐστι τὸ ἀποῤῥέον, ἀλλ'

possunt accidere. Quae igitur pulsuum mutationes fiunt, quum cordis calor augetur, vel confluunt intro humores, aperte hae videbuntur accessionis initium annuntiare, siquidem, ut diximus, ab aliis causis sint remotae: quae vero, quum crescit frigiditas, hae non etiam necessario videbuntur febris accessionem nunciare, sed si hic quoque alias omnes causas secludamus, declarabit frigiditas nobis jam jamque febrem iri accensum, suffocatur enim tunc, quod materia, quae in profundum confluit, mire sit frigidior, ut periculum sit ne semel principium extinguatur. Qualia exempla extra corpus multa conspiciuntur, si quando materiam simul et multam et quae non facile succendatur, affatim in modicum ignem conjiciamus, nam statim periculum est ne extinguatur, si non extinctus sit, sed restiterit; paulo post succendere totam materiam incipiet, caloremque generabit primo fumosum, tandem etiam flammeum, dum prorsus devicta materia puram excitet flammam. Nam ab ea flamma quod defluit, non fumus, sed fuligo et fumosum ignis ex-

Ed. Chart. VIII. [294.] Ed. Baſ. III. (147.)

αἰθάλη τε καὶ λιγνυς ἐστιν, ἄμφω γὰρ ὀνομάζεται τὸ κατοπτηθὲν τῆς ὕλης ἀνωφερὲς περίττωμα, καθάπερ γε τὸ κατωφερὲς τέφρα τε καὶ σποδιὰ καλεῖται. ἀνάλογον δή μοι γόει κἀπὶ τῶν πυρετῶν, ὅταν ἐν ἀρχῇ παροξυσμοῦ πλῆθος ὕλης ψυχρᾶς ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφίκηται, τὰ μὲν πρῶτα κίνδυνον γίνεσθαι θανάτου, καὶ προδηλώσει τὸν κίνδυνον τοῦτον ἡ ἐπὶ πλεῖστον εἰς ἀραιότητά τε καὶ βραδύτητα καὶ μικρότητα τροπὴ τῶν σφυγμῶν. ἂν γὰρ ἐπιγένηται τούτοις ἀμυδρότης ἀξιόλογος, αὐτίκα τεθνήξονται· μὴ γενομένης μέντοι τῆς ἀμυδρότητος, ἀναμάχεται τὴν ἧτταν ταύτης ἡ φύσις, ἐπεγείρει τε τὴν κίνησιν τῶν ἀρτηριῶν ἐπὶ τὸ μεῖζόν τε καὶ θᾶττον καὶ πυκνότερον, ὥστε τὰς κινήσεις ἀμφοτέρας μὲν γενέσθαι θάττονας, ἀλλ' ἐπιφανέστερον τὴν τῆς συστολῆς, καὶ παραυξάνεσθαί γε διὰ ταχέων αὐτὴν αἰσθητῶς, ἄχρις ἂν ὁ παροξυσμὸς αὐξάνηται, τῷ χρόνῳ δ' ὅταν ἐγκρατὲς τῆς ὕλης γένηται τὸ θερμὸν, ἡ οἷον φλὸξ ἀνάπτεται. καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ ἀκμὴ τῶν παροξυσμῶν, τὸ μὲν αἰθαλῶδες περίττωμα διά τε τῆς ἐκπνοῆς καὶ τῆς τῶς ἀρτηριῶν συστολῆς ἀποχεούσης τῆς φύσεως, τὸ δ' οἷον τεφρῶδες διὰ πάχους μὲν οὐ δυναμένης ἐκκρίνειν ὁμοίως, αἰσθητοῖς δέ τισιν ἐξοχετευούσης

crementum eſt; utrumque enim materiae aduſtum excrementum, quod in ſublime fertur, ſignificat; quod vero decidit, cinis et favilla. Ita finge in febribus, ubi acervus materiae humidae initio acceſſionis ad cor pervenerit, primum mortis periculum eſſe; quod periculum maxima mutatio pulſuum in raritatem, tarditatem parvitatemque praenunciet. Nam ſi his inſignis remiſſio ſucceſſerit, extemplo peribunt; ſin autem abſit remiſſio, contendit natura hanc ſuperare, atque arteriarum motum majorem, celeriorem crebrioremque excitat, ut uterque motus celerior quidem fiat, ſed clarior contractionis, increſcatque hic brevi manifeſte, dum augeſcat acceſſio; tandem ubi materiam ſuperaverit, calor quaſi flamma incenditur. Atque hic eſt vigor acceſſionum, ubi fuliginoſum excrementum expiratione et contractione arteriarum natura expellit; quod vero eſt veluti cineritium, non perinde, quia craſſum eſt, poteſt excernere, ſed per

Ed. Chart. VIII. [294.] Ed. Baſ. III. (147.)

πόροις. ἔστι δὲ τοῦτο κατὰ μὲν τὰ φλεγμαίνοντα μόρια τὸ πῦον, ἐν δὲ τοῖς ἀγγείοις αὐτοῖς ὅπερ ἐν τοῖς οὔροις ὑφίσταται. περὶ μὲν δὴ τούτων ἐν ταῖς περὶ τῶν πυρετῶν πραγματείαις ἐπὶ πλεῖστον εἴρηται· τοὺς σφυγμοὺς δ', ὡς ἔφαμεν, ἀναγκαῖόν ἐστι τὰς εἰρημένας τροπὰς ἐν ἑκάστῳ τε καιρῷ τοῦ σύμπαντος ἔχειν παροξυσμοῦ, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὴν ἀρχήν, ὡς ἐλέγομεν, οὐ κακῶς ἀποφήνασθαί τινας ἅπασαν μεταβολὴν αὐτῶν ἐφ' ἑκάτερα. πρὸς δὲ τὸ φυλάττειν ἀκριβῶς τὰς εἰρημένας διαγνώσεις ἀσκητέον ἐστὶ διακρίνειν ἁπάσας τὰς ἀπὸ τῶν ἄλλων προφάσεων ἀλλοιώσεις τῶν σφυγμῶν, εἰς ἃς καίτοι φυλαττόμενος ὁ Ἀρχιγένης ἐμπίπτει πολλάκις, ὥστε μακρολογεῖν τε ἅμα καὶ ταράττειν τὴν διδασκαλίαν τοῖς ἰδίοις καὶ ἀχωρίστοις ἑκάστου τῶν καιρῶν γνωρίσμασι τὰ συνακολουθοῦντα, πολλάκις ὁμοτίμως γράφων, καίτοι γ' ἐν ἐλαχίστῳ κεῖται μεθόδῳ ληφθέντα. τὴν μὲν γὰρ καθαρὰν θερμότητα τῆς διαστολῆς ἡ κίνησις ἐνδείκνυται, τὴν δὲ οἷον καπνώδη τῆς συστολῆς. αἱ δ' ἄλλαι τῶν σφυγμῶν ἀλλοιώσεις ἤτοι διὰ τὴν τῆς δυνάμεως ἢ τὴν τῶν ὀργάνων γίνον-

insignes quosdam meatus educit; hoc in partibus inflammatis pus est, in ipsis vasis sedimentum urinae. At de his in commentariis De differentiis febrium latius diximus. Pulsus autem illas mutationes singulis temporibus accessionis necesse est habeant. Jam etiam in initio, ut diximus, non male quidam mutationem eorum in utramque partem statuerunt. Sed ad universam illorum signorum certitudinem danda opera est ut scias discernere pulsuum omnes alterationes ex aliis causis; in quas, quanquam vitet, frequenter incurrit Archigenes. Itaque in loquacitatem et institutionis confusionem incidit, quum propriis et perpetuis singulorum temporum signis commisceat ea quae frequenter consequuntur; quamvis in minimo sita sint, si methodo percipiantur; nam purum calorem motus distentionis declarat, atque eum, qui est veluti fumosus, contractionis. Caeterae pulsuum alterationes, aut ob facultatis, aut ob instrumentorum fiunt

Ed. Chart. VIII. [294. 295.] Ed. Baſ. III. (147.)

ται μεταβολήν. ἑκάτερον δὲ τούτων ἐπί τισιν ἑτέροις αἰτίοις προηγουμένοις, ὧν τὰ πλεῖστα πάλιν ἐφ' ἑτέροις προκατάρξασιν. ὀνομαζέσθω γὰρ ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας ὅσα μὲν ἐκ τοῦ σώματος ὁρμᾶται τῶν ἀλλοιούντων αἰτίων ἤτοι τὴν δύναμιν ἢ τὰ ὄργανα προηγούμενα· τούτων δ' αὐτῶν ἔστιν ἃ πάλιν ἔξωθεν ὄντα τοῦ σώματος αἴτια τῆς ἀλλοιώσεως ἐγένετο προκατάρχοντα. λέλεκται δ' ἡμῖν ἡ περὶ ταῦτα μεθόδος ἅπασα δι' ἑτέρας πραγματείας, ἣν περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων ἐπιγράφομεν. οὐδὲν οὖν θαυμαστόν ἐστιν, εἰ ταῦτά τις ἅπαντα μνήμῃ πρόχειρα ποιησάμενος ἀσκήσας τε διαγινώσκειν ἑτοίμως ἅπαντας τοὺς σφυγμοὺς ἐπιστημονικῶς, ἐνίοτε τὰ προγεγονότα τῶν αἰτίων ἐπὶ τῶν καμνόντων ἐξευρήσει. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος ἐνταυθοῖ τελευτάτω.

Κεφ. η'. Περὶ δὲ τῆς κάθ' ὑγρότητά τε καὶ ξηρότητα δυσκρασίας αὐτῆς τε τῆς καρδίας καὶ προσέτι τῶν ἀρτηριῶν, ἑκάστης τε [295] *καταμόνας ἁπασῶν τε κοινῶς, ἐφεξῆς δίειμι. εἴρηται μὲν οὖν τινα καὶ περὶ τούτων ἐμ-*

mutationem; harum autem utraque ex cauſis quibusdam antecedentibus, quae fere alias etiam externas comitantur. Ac quo ſit ſermo clarior, appellabimus quae ex corpore procedunt cauſas unde vel facultas, vel inſtrumenta alterantur, antecedentes, harum ipſarum quae poſitae extra corpus induxerunt alterationem, cauſae ſunt externae. Harum nos methodum omnem in aliis commentariis, quos inſcribimus de cauſis pulſuum, expoſuimus. Itaque nihil miri eſt, ſi expedita haec quis memoria complexus meditatusque, via ſcientiam pariente ad prompte dignoſcendos quosvis pulſus, cauſas interim quae praeceſſerunt in aegrotis inveniat. Atque hic quidem finem ſermonis faciamus.

Cap. VIII. De intemperie humida et ſicca quae cor teneat, ipſasque etiam arterias, et ſingulas ſeparatim et omnes in communi, deinceps agam; de quibus etſi ante

Ed. Chart. VIII. [295.] Ed. Baſ. III. (147.)

προσθεν, ἀλλ' ἡ τοῦ λόγου τάξις ἰδίαν αὐτᾶν ἀπαιτοῦσα διδασκαλίαν ὡς οὐδενὸς εἰρημένου περανθήσεται. ποτὲ μὲν οὖν ἡ καρδία ξηροτέρα γενομένη τοῦ κατὰ φύσιν ἁπάσας ἑαυτῇ συναλλοιώσει τὰς ἀρτηρίας, ἐνίοτε δὲ καθ' ἕν τι τοῦ ζώου μόριον, ἢ καὶ πλείω συμβήσεται τοῦτο ταῖς ἀρτηρίαις. ἔστι δὲ ὅτε τὴν ἐναντίαν μὲν ἕξουσι διάθεσιν, ὅσον ἐφ' ἑαυταῖς αἱ ἀρτηρίαι τῇ καρδίᾳ, δέξονται δὲ καὶ τὴν παρ' ἐκείνης, ὥστε συστῆναι μέσην τινὰ διάθεσιν αὐταῖς ἐν ὑγρότητί τε καὶ ξηρότητι, ὥσπερ ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς κατὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα δυσκρασίας ἐλέγομεν, αἴτια δὲ προηγούμενα τὰ μὲν τὰς ἀρτηρίας ἀπυφαίνοντα ξηροτέρας, ὕδατα θειώδη καὶ στυπτηριώδη καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ὅσα ξηραίνειν πέφυκεν, οὐχ ὕδατα μόνον, ἀλλὰ καὶ φάρμακα πολυχρονίως ὁμιλήσαντα μορίῳ τινὶ τοῦ σώματος, ἐν ᾧπερ ἂν ἡ τοιαύτη δυσκρασία κατὰ τὰς ἀρτηρίας γενομένη τὸν σφυγμὸν αὐτὸν ἐργάσεται σκληρότερον. οὐχ ἥκιστα δὲ κἀν ταῖς πλείσταις τῶν ἀτροφιῶν αἵ τ' ἀρτηρίαι τῶν ἀτροφούντων μορίων γίνονται ξηρότεραι καὶ

ego nonnihil attigi, tamen orationis ſeriem, quae tractari hic ſeparatim poſtulat, ac ſi dixiſſemus nihil, ita abſolvemus. Nam cor quandoque, ſi ſiccius evaſerit quam naturalis ſtatus ſert, una omnes ſecum arterias alterabit; quandoque vero in una hoc parte animalis arteriis, vel in pluribus accidet; eſt quum ſint contra quidem ac cor affectae, quod ad ſe ipſas pertinet, arteriae, ſed tamen etiam recipiant ejus affectionem, ut confletur illis medius quidam affectus in humiditate et ſiccitate, ſicut ante in caloris et frigiditatis intemperie explicavimus. Cauſae ſunt antecedentes, quae arterias indurent, aqua ſulfurea et aluminoſa et, ne multis, quaecunque vim habent exiccandi, non aquae modo, ſed et medicamenta, diu parti cuipiam corporis applicata, cujuscunque arterias haec intemperies tenuerit, ipſum pulſum reddit duriorem. Maxime vero in plerisque atrophiis, quum arteriae partium nutritione de-

Ed. Chart. VIII. [295.] Ed. Baſ. III. (147.)

τὸν σφυγμὸν ἀποφαίνουσι σκληρότερον. ἐν αὐτῇ δὲ τῇ καρδίᾳ τὴν κατὰ ξηρότητα δυσκρασίαν ἀποτελεῖ. καὶ ἡ δίαιτα μὲν εἰ πολυχρόνιος ἐπὶ τὸ ξηρότερον ἀχθείη, καὶ μέντοι καὶ τῶν φαρμάκων τῶν ξηραινόντων ἐδωδαί τε καὶ πόσεις, ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ ἄκρατος οἶνος, ἔνδειά τε τροφῆς, ἢ κατὰ ἄλλην τινὰ αἰτίαν, ἢ διὰ πάνδημον λιμὸν, ἐνίοτε δὲ καὶ ποτὸν, ὡς ἐν ἁπλοίαις μακραῖς, ἔτι δὲ πόνων ἀμετρία καὶ γῆρας καὶ φροντὶς καὶ λύπη καὶ ἀγρυπνία πολυχρόνιος, οἵ θ' ἑκτικοὶ πυρετοὶ, καὶ μάλισθ' ὁ μαρασμώδης. ταῦτ' οὖν πάντα τὰ εἰρημένα καὶ κατὰ μόνας γενόμενα καὶ σύνδυο καὶ τρία καὶ πλείονα συνιόντα ξηροτέραν μὲν ἐργάζεται τὴν καρδίαν, σκληρότερον δὲ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τοσοῦτον τὸν σφυγμὸν εἰς ὅσον ἂν ἡ ξηρότης αὐξηθῇ. ὑγρᾶς δὲ δυσκρασίας αἴτια τά τε τοῖς μορίοις ἐγγινόμενα πολυχρόνια τῶν οἰδημάτων καὶ οἱ λευκοφλεγματίαι τῶν ὑδέρων, οἵ καὶ τὴν καρδίαν ἀλλοιοῦσι, καὶ μέντοι καὶ τὰ τῶν κυρίων σπλάγχνων οἰδήματα, πάντα ταῦτα τὰς μὲν ἀρτηρίας ὑγρὰς, ὥσπερ καὶ τὴν καρδίαν, τοὺς σφυγμοὺς δὲ ἐργάζεται μαλακούς. αἴτια δὲ μαλακότητος σφυγμῶν

fectarum fiunt duriores, tum pulſum creant duriorem. In ipſo vero corde intemperiem creat victus, ſi diutius ſicco utaris; praeterea medicamentorum exiccantium eſus et potio, in quibus eſt vinum merum, defectus cibi, vel alia quapiam de cauſa, vel ob famem publicam; interim etiam ob potum, ut in longis navigationibus; ad haec immodicus labor, ſenium, ſolicitudo, triſtitia, diutinae vigiliae, febris hectica, prae caeteris marcida. Haec igitur quae memoravimus omnia, nunc ſingula, nunc bina, nunc terna, nunc plura conjuncta, cor ſiccius efficiunt, tantoque quam par eſt duriorem pulſum quanto ſit ſiccitas major. Cauſae humidae intemperiei ſunt oedemata, quae partes diutius tenuerunt, hydrops leucophlegmatia, qui item cor alterat; denique omnia principum viſcerum oedemata, quum arterias humectant et cor, tum pulſus efficiunt molles. Pulſuum cauſae mollitiei mediocris, nec

Ed. Chart. VIII. [295.] Ed. Baſ. III. (147. 148.)

ἐστι μετρίας τε καὶ οὐχ ἱκανῶς ἐκδήλου καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐδωδαὶ πλείους ὑγραινόντων ἐδεσμάτων, ἀργία τε πολλὴ, καὶ ὕπνοι μακροὶ, καὶ τὰ μετὰ τροφὴν λουτρά. τοῖς μὲν οὖν σκληροῖς σφυγμοῖς ἐδείκνυτο πρόσθεν ἑπομένη ἡ μικρότης, ὥσπερ τοῖς μαλακοῖς τὸ μέγεθος. αὐτοῖς δὲ τούτοις πάλιν ἑπόμενα τάχος τε καὶ βραδύτης, ἔτι τε πυκνότης καὶ ἀραιότης. ἐδείχθησαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων αἰτίων αἱ συζυγίαι. λέγω δ' αἴτια νῦν τὰ πρῶτά τε καὶ οἷον συνεκτικὰ τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως, τὴν χρείαν τε (148) καὶ τὴν δύναμιν. ὥστε οὐδὲν ἔτι λείπει τῶν τῇ καρδίᾳ συμβαινόντων ἐπὶ δυσκρασίᾳ. οὐ μὴν οὐδ' ὄγκοι τινὲς ἐν αὐτοῖς γίνονται τοὺς σφυγμοὺς ἀλλοιοῦντες εἰς σκληρότητα, καθάπερ ἐφ' ἑτέρων σπλάγχνων αἵ φλεγμοναί τε καὶ οἱ σκίῤῥοι. φθάνει γὰρ ἀπολέσθαι τὸ ζῶον, συγκοπὲν ἐπὶ τῇ τῶν τοιούτων ὄγκων γενέσει. πάντ' οὖν εἴρηται τὰ κατὰ τὴν καρδίαν, ὅσα τοὺς σφυγμοὺς ἀλλοιοῖ. ὥστε κἀμοὶ καιρὸς ἥκει καταπαύειν μὲν ἤδη τὸν ἐνεστῶτα λόγον ἐν τῷδε, μεταβάντι δ' ἐπὶ τὸν τέταρτον ἁπάντων τῶν ἄλλων μορίων τῶν τοῦ σώματος ἐξηγήσασθαι

insignis hae sunt: ciborum copia humidiorum, multum otium, somnus longus, balneae a cibo. Durorum pulsuum ante demonstravimus esse parvitatem, mollium magnitudinem, jam etiam has consequi celeritatem et tarditatem, ad haec crebritatem et raritatem. Declaravimus praeterea aliarum causarum conjugationes; causas nunc dico primas et quasi continentes generationis pulsuum, usum et facultatem. Itaque accidentium cordis ex intemperie nihil jam reliquum est. At non tamen tumores in illo excitantur, qui pulsus alterent in duritiem, quemadmodum in caeteris visceribus inflammationes et scirrhi, prius enim pereat homo syncope correptus in illorum tumorum ortu. Omnia igitur quae cordi accidunt, quae pulsus mutent, retuli; quamobrem hic finire hunc librum tempestivum visum est mihi, ac progresso ad quartum omnium aliarum corporis par-

Ed. Chart. VIII. [295.] Ed. Baſ. III. (148.)

τὰς διαθέσεις, ὅσαι τε κατὰ δυσκρασίαν τινὰ γίνονται καὶ ὅσαι δι' ὄγκους παρὰ φύσιν, ὁποῖός τέ τις ἑκάστῃ σφυγμὸς ἕπεται.

tium exponere affectus, quicunque intemperiem et tumorem praeter naturam comitantur, ac qui pulſus ſingulos conſequitur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΩΣ ΣΦΥΓΜΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Δ.

Ed. Chart. VIII. [296.] Ed. Baſ. III. (148.)

Κεφ. α'. Τέταρτος ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος ἐστὶ τῆς διὰ σφυγμῶν προγνώσεως, ἐν μὲν τοῖς πρώτοις δύο καθ' ἕκαστον σφυγμὸν προβληθέντα τὰς γεννώσας αὐτὸν ἐπισκεψαμένοις διαθέσεις, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ καθ' ἑκάστην διάθεσιν τοὺς οἰκείους σφυγμοὺς ἐξευροῦσιν. ἠρξάμεθα δ' ἀπὸ τῶν τῇ καρδίᾳ συμβαινόντων, ἐν οἷς εἰσι καὶ πυρετοὶ πάντες, ὡς ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιδέδεικται λόγοις. ὅπερ οὖν ὑπόλοιπον ἔτι, τὰς ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι μορίοις τοῦ ζώου διαθέσεις, αἷς ἡ καρδία συμπάσχουσα τοὺς σφυγμοὺς ἀλλοιοῖ, διέλθωμεν ἁπάσας

GALENI DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVS LIBER IV.

Cap. I. Quartus hic liber nobis eſt de praeſagitione ex pulſibus. In primis duobus ſingulorum pulſuum poſitorum expendimus auctores affectus, in tertio ſingulorum affectuum proprios pulſus inveſtigavimus; coepimus autem ab iis quae cordi accidunt, in quibus ſunt omnes febres, ut in libris, quos de iis ſcripſimus, probavimus. Quod reliquum eſt adhuc, aliarum omnium partium affectus, quibus cor conſentiens commutat pulſus, omnes ordine ex-

Ed. Chart. VIII. [296. 297.] Ed. Baſ. III. (148.)

ἑξῆς, ὥσπερ καὶ τἄλλα πρόσθεν εἰς μέθοδον ἄγοντες. ἓν μὲν δὴ τοῦτο μόνον ἁπασῶν αὐτῶν κοινὸν ἐπίστασθαι χρὴ, τὸ μηδέποτε δύνασθαι τοὺς ἐν ὅλῳ τῷ ζώῳ σφυγμοὺς εἰς κοινὴν ἀλλοίωσιν ἀχθῆναι, πρὶν τὴν καρδίαν συμπαθεῖν τῷ προτέρῳ πεπονθότι μορίῳ, κατὰ μέρη δέ τινα τοῦ σώματος, ἀλλοιωθῆναί τινας ἀρτηριῶν κινήσεις δύνασθαι, καὶ χωρὶς τοῦ πρὸς τὴν καρδίαν ἐξικέσθαι τὴν βλάβην. ἐπὶ δὲ τούτῳ μνημονευομένῳ πρώτας μὲν ἐπέλθωμεν ὅσαι τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ἐγγίνονται διαθέσεις, εἶθ' ἑξῆς ὅσαι τοῖς τροφικοῖς ὀνομαζομένοις, εἶτ' αὖθις ὅσαι τοῖς κατὰ κεφαλὴν, καὶ τελευταίας ὅσαι τοῖς κατὰ κῶλα καὶ τὰ προφανῆ τοῦ ζώου μέρη, κἄπειθ' ὅσαι τοῖς γεννητικοῖς.

Κεφ. β'. [297] Τὰ μὲν οὖν ἀναπνευστικὰ μόρια τοῦ ζώου δύο ἐστὶ μόνα, πνεύμων καὶ θώραξ· τὰ δὲ τῆς τροφῆς ὄργανα πολὺ πλείω δυοῖν, ἧπαρ καὶ γαστὴρ, ἔντερά τε καὶ σπλὴν, οἱ νεφροὶ, καὶ αἱ κύστεις ἀμφότεραι, ταχίστην θ' ἅμα καὶ μεγίστην ἁπάντων ἐπιφέρει τῇ καρδίᾳ τὴν βλάβην ὁ πνεύμων. καὶ γὰρ τῇ θέσει πάντων ἔγγιστα καὶ τοῖς ἀγγείοις αὐτῇ συγγενέστατος ὑπάρχει, καὶ σύῤῥους μεγίστοις στόμασιν

plicemus, contrahamusque in methodum eos, quomodo ante fecimus alios. Atque hoc primum de omnibus in communi eſt ſciendum, totius corporis pulſus prius quam conſentiat cor parti prius affectae, in omnem alterationem fieri non poſſe ut trahantur; in parte aliqua, licet offenſionem cor non ſentiat, arteriarum motus variare poſſe. Poſteaquam jam hujus admonuimus, primo loco inſtrumentorum reſpirationi ſervientium affectus exponamus, deinde nutritiorum, mox capitis, poſtea artuum et propatularum animantis partium, poſtremo genitalium.

Cap. II. Ac partes animalis reſpirationi ſervientes duae duntaxat ſunt, pulmo et thorax; nutritionis multo plura quam duo inſtrumenta, jecur, ventriculus, inteſtina, lien, renes, utraque veſica. Celerrimam cordi et omnium maximam noxam dat pulmo; ſedem enim habet omnium ei conjunctiſſimam, eique vaſis quam maxime affinis eſt, et confluxum habet per maxima oſtia in utrumque

Ed. Chart. VIII. [297.] Ed. Baſ. III. (148.)

εἰς ἀμφοτέρας τὰς κοιλίας ἐστίν. εἰ γοῦν ἑαυτοῦ γένοιτό ποτε θερμότερος, αὐτίκα καὶ τὴν καρδίαν θερμαίνει, κἂν ᾖ ψυχρότερος, οὐδὲ τοῦτ' ἀναβάλλεται. τάς τε καθ' ὑγρότητά τε καὶ ξηρότητα δυσκρασίας οὐχ ὁμοίως μὲν ταῖς εἰρημέναις, θᾶττον δ' οὖν καὶ ταύτας ἁπάντων τῶν ἄλλων ὀργάνων ἐπιπέμπει τῇ καρδίᾳ. καὶ τὰ πληθωρικὰ δ' ἐν αὐτῷ νοσήματα, καὶ μάλιστα ὅταν ἐρυσίπελας, ἢ φλεγμονὴ καταλάβῃ τὸ σπλάγχνον, αὐτίκα τῆς καρδίας ἀλλοιοῖ τὰς ἐνεργείας. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅσα διὰ φλεγματικὸν ῥεῦμα συνίσταται παθήματα κατ' αὐτὸν, εἰς συμπάθειαν ἐπισπᾶται τὴν καρδίαν. ἀλλ' ἀπὸ τῶν δυσκρασιῶν ἀρκτέον, ὅσαι ἄνευ ῥεύματος γίνονται, καὶ πρώτην γ' ἐξ αὐτῶν προχειριστέον ἐστὶ τὴν κατὰ θερμότητα. τῷ τοίνυν πνεύμονι θερμανθέντι νοσωδῶς ἡ καρδία συνθερμανθεῖσα τοὺς ἐπὶ τῇ χρείᾳ τῶν σφυγμῶν αὐξηθείσῃ γιγνομένους ἐργάζεται σφυγμούς. εἰ δ' ἐν πλέονι χρόνῳ τοῦτο συμβαίνει, κίνδυνος αὐτῇ τὸν ἑκτικὸν ἀναδέξασθαι πυρετὸν, οὗ τὰ γνωρίσματα πρόσθεν εἴρηται. ἡ μὲν δὴ τῶν σφυγμῶν ἀλλοίωσις ἡ αὐτὴ γενήσεται τῆς καρδίας μόνης αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν δυσκράτως ἐχούσης, ἐπί τε τῇ πρὸς τὸν

ſinum. Quamobrem ſi quando evaſerit ſolito calidior, continuo et cor calefacit, ſi frigidior ſit, nec hoc prorogatur; humiditatis autem et ſiccitatis intemperiem non perinde ac illas, ſed citius etiam has tamen quam caetera inſtrumenta cordi impertit. Tum plethorici in ipſo morbi, maxime quum eryſipelas vel inflammatio invaſerit viſcus, cordis ſtatim functiones alterant. Et affectus quoque, quos in ipſo committit fluxio pituitoſa, in conſenſionem ſecum cor trahunt. Sed ab intemperie initium exordiendum eſt, quae abſit a fluxione; ac primum in manibus ſumam eam quae ob calorem ſit. Ergo ſi a pulmone excalefacto cor parvum calorem contraxerit, pulſus efficit, qui comites eſſe uſus pulſuum amplificati ſolent; qui affectus ſi diuturnior ſit, in periculum vocabitur illud, ne in febrem hecticam incidat, cujus nos ante indicia declaravimus, atque perinde pulſus alterabuntur, ſive ſolum per ſe cor intemperatum ſit,

Ed. Chart. VIII. [297.] Ed. Baſ. III. (148.)

πνεύμονα συμπαθείᾳ. καὶ μέντοι καὶ ἡ τῆς ἀναπνοῆς ἰδέα τὴν αὐτὴν ἕξει κατάστασιν, εἴθ' ἡ καρδία μόνη τὴν πυρετώδη πάθοι δυσκρασίαν, εἴτε τῷ πνεύμονι συμπάσχοι. πλέονος δ' αἰσθήσεται καύματος ἐν ἅπαντι τῷ κύτει τοῦ θώρακος ὁ διὰ τὸν πνεύμονα πάσχων, ἐκπνεύσει τε θερμὸν ἱκανῶς, ὡς καὶ διψήσει θατέρου μᾶλλον καὶ θερμοτέραν ἕξει τήν τε φάρυγγα καὶ τὴν γλῶτταν, ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ ξηροτέραν. εἰ δ' ἐπὶ πλέον ἥκοι τὸ κακὸν, χρωσθήσεται χρώματι μέλανι τὴν γλῶτταν καὶ τραχεῖαν ἐσχάτως ἕξει. ψυχθέντος δὲ τοῦ πνεύμονος, ἡ καρδια συμπάσχουσα κατ' ἀρχὰς μὲν εἰς ἐκείνην ἄξει τοὺς σφυγμοὺς τὴν ἀλλοίωσιν, ἣν ἔμπροσθεν ἐδείξαμεν ἐκλυομένης τῆς χρείας συνίστασθαι, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ψύξιν ἐκτικὴν ἀναδεξαμένη, τοὺς ἐπὶ ταύτῃ κρατούσῃ λελεγμένους γίγνεσθαι σφυγμοὺς ἀπεργάσεται. τὰ μὲν οὖν ἄλλα κοινὰ τοῖς τε τὴν καρδίαν μόνην ἐψυγμένοις ἐστὶ καὶ τοῖς τὸν πνεύμονα, συμπάσχει γὰρ ἐξ ἀνάγκης τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ. πρόσεστι δ' ἐξαίρετον οἷς ὁ πνεύμων ἔψυκται πρῶτος αἴσθησις ψυχρᾶς τῆς ἀναπνοῆς. εἰ δὲ καὶ κατὰ ξηρότητα δύσκρατος ὁ πνεύμων γένοιτο, κατ' ἀρχὰς μὲν οὐδέν τι σαφὲς ἀλλοιώσει

ſive conſentiat pulmoni. Jam etiam reſpirationis forma in eodem erit ſtatu, ſive febrili intemperie cor ſolum affectum ſit, ſive pulmoni conſentiat. Majorem tamen in toto ſinu thoracis aeſtum percipiet qui ex pulmone laborat, atque calidum plane expirabit, ſitietque etiam altero magis, et calidioribus erit faucibus atque lingua, eaque fere ſicciore; quod ſi malum ingraveſcat, inficietur lingua atro colore, quam omnino aſperam habebit. At ſi pulmo ſit refrigeratus, cor, quod ei conſentit, pulſus primo in eam adducet alterationem, quam ante conſequi oſtendimus uſum, qui exolvitur, temporis longitudine, quum frigiditatem hecticam contraxit, pulſus excitabit, quos huic, ſi polleat, attribuimus. Ac nimirum caetera conveniunt his quibus ſolum cor eſt refrigeratum cum illis quibus pulmo; alterum enim neceſſario alteri conſentit; quibus vero refrigeratus eſt primus pulmo, hoc habent extra ordinem, ut ſentiant frigidam reſpirationem. Jam ſi ſiccitate intemperatus pulmo fuerit, a primo

Ed. Chart. VIII. [297. 298.] Ed. Baſ. III. (148.)

τοὺς σφυγμοὺς, ἐν τῷ χρόνῳ δ' ἄν ποτε σκληροτέρους ἐργάσεται, τῆς καρδίας συμπαθούσης αὐτῷ. τούτοις ἡ φάρυγξ ἑτοίμως ξηραίνεται, καίτοι γ' οὐ διψῶσιν. ἡ δὲ καθ' ὑγρότητα δυσκρασία πλαδαρὰν μὲν καὶ ἄδιψον ἐργάζεται τὴν φάρυγγα, τῷ χρόνῳ δ' ἀλλοιοῖ τοὺς σφυγμοὺς εἰς μαλακότητα. τοιαῦται μὲν αἱ ἁπλαῖ δυσκρασίαι τοῦ πνεύμονος. αἱ σύνθετοι δ' ἐκ τούτων γνωριζέσθωσαν. ἐμοὶ γὰρ ἤδη καιρὸς ἐπὶ θάτερον ἰέναι γένος, ὃ ῥευμάτων ἔγγονον ἔφην ὑπάρχειν. ἔστι δ' ἐν αὐτῷ κοινὸν μὲν ἁπάντων ἀνωμαλία τῶν σφυγμῶν, ἔμφραξίς τε γὰρ ἑτοίμως καὶ σφήνωσις καὶ θλίψις τῶν κυριωτάτων ἀρτηριῶν, ἐπὶ τοῖς τοιούτοις γίνεται ῥεύμασιν. οὐχ ἧττον δὲ τούτων καὶ τὸ πρὸς τὴν δύναμιν πλῆθος, ὡς ἂν ἐγγὺς οὕτω κειμένης τῆς καρδίας τῷ πνεύμονι, καὶ διὰ μεγάλων στομάτων ἐχούσης τὴν σύῤῥοιαν. ἡ μὲν οὖν ἀνωμαλία κοινὴ πάντων ῥευμάτων ὅσα κατασκήπτει τῷ πνεύμονι, τοῦ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν αὐτῇ παρά τε τὴν σύστασιν καὶ τὸ ποσὸν τοῦ χυμοῦ γιγνομένου. ἐλάττων μὲν γὰρ ἐπί τε τοῖς λεπτοῖς καὶ ὀλίγοις, ἀξιολογωτέρα δὲ ἐπί τε τοῖς παχέσι καὶ γλίχροις καὶ πολλοῖς ἀποτελεῖται ῥεύμασι,

pulſus pene nihil alterabit, tandem conſentiente illi corde, duriores efficiet. His fauces, tametſi nihil ſitiant, prompte areſcunt. Humida intemperies uvidas reddit fauces, ſitim extinguit, et tempore ad mollitiem pulſus traducit. Hae ſunt pulmonis ſimplices intemperies: ex his cognoſce compoſitas, nam ad aliud propero genus, quod ex fluxione dixi oriri. Communem habet hoc omnium inaequalitatem pulſuum; obſtruuntur enim facile et conſtringuntur, atque comprimuntur per eas fluxiones principes arteriae; nec minus ob eam humorum copiam, quae ad facultatem refertur, quod ſcilicet tam conjunctum pulmoni cor ſit, et confluxum habeat per magna oſtia. Ac inaequalitas quidem communis eſt omnium fluxionum, quae impingunt in pulmonem, eaque nunc major, nunc minor eſt pro craſſitie humoris et abundantia: minor ex ſubtilibus et paucis; inſignior ex craſſis et viſcidis copioſisque fluxionibus effi-

Ed. Chart. VIII. [298.] Ed. Baſ. III. (148. 149.)

καὶ γὰρ ἐμφράττει ταῦτα καὶ θλίβει καὶ βαρύνει μᾶλ(149)λον. αἱ δ' εἰς τὰς ἄλλας διαφορὰς τῶν σφυγμῶν ἀλλοιώσεις ἐπὶ μὲν τοῖς θερμοτέροις ῥεύμασιν οἵας ἐπὶ πλήθει θερμασίας, ἐπὶ δὲ τοῖς ψυχροτέροις οἵας ἐπ' ἐνδείᾳ πρόσθεν ἔφαμεν συνίστασθαι. σκληρότεροι δὲ γίνονται τῶν κατὰ φύσιν ἐπί τε ταῖς ξηραῖς δυσκρασίαις καὶ τοῖς φλεγμονώδεσιν ὄγκοις ἢ σκιῤῥώδεσι τοῦ πνεύμονος, ὥσπερ γε καὶ μαλακώτεροι διὰ τὰς οἰδηματώδεις διαθέσεις. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ τῆς ἀναπνοῆς εἶδος ὅμοιον ἐπί τε ταῖς δυσκρασίαις ἐστὶ καὶ τοῖς ῥεύμασιν· αἱ μὲν γὰρ ψυχραὶ δυσκρασίαι μικρὰν καὶ βραδεῖαν καὶ ἀραιὰν ἐργάζονται τὴν ἀναπνοήν, ὥσπερ καὶ τοὺς σφυγμούς. τὰ μὲν δὴ ῥεύματα τὰ ψυχρὰ τοὺς μὲν σφυγμοὺς ὁμοίως ἀλλοιοῖ, τὴν δ' ἀναπνοὴν οὔτε μικρὰν οὔτε βραδεῖαν οὔτ' ἀραιὰν ἐργάζεται. διὰ γὰρ τὴν στενοχωρίαν ὀλίγου πνεύματος ἐμπίπτοντος τῷ πνεύμονι, καὶ διὰ τοῦτο τῆς φύσεως ἐλλιπῶς ἀπολαβούσης αὐτοῦ, συμβαίνει τὴν δευτέραν ἐνέργειαν αὐτίκα τε καὶ ταχεῖαν ἅμα καὶ μεγάλην ἀποτελεῖσθαι, καὶ μόναις ταύταις τῶν δυσπνοιῶν, ὡς κἂν τῇ περὶ αὐτῶν ἐδείχθη πραγματείᾳ, συμβέβηκεν ὑπεναντίως ἔχειν τῇ διαστολῇ τοῦ θώρακος τὸ ποσὸν τῆς εἰσπνοῆς. μέγιστον μὲν

citur, quod hae obſtruant comprimantque ac gravent magis. At alterationes pulſuum in caeteras differentias, ex calidioribus fluxionibus quales a copioſo calore, ex frigidioribus quales excitari ante a defectu docuimus; duriores quam oportuit fiunt per ſiccam intemperiem et inflammatorios atque ſcirrhoſos pulmonis tumores; contra molliores ob oedematoſas affectiones. Jam nec reſpirationis unum genus eſt per intemperiem et fluxiones. Frigida intemperies parvam, tardam raramque reſpirationem creat non aliter atque pulſus; at fluxiones frigidae pulſus ſimiliter mutant, reſpirationem nec parvam nec tardam nec raram reddunt. Quia enim coarctatus pulmo eſt, paucus ſpiritus recipitur, qui quod naturae non ſatis efficit, fit ut altera actio ſtatim celeris efficiatur et magna. Quae ſolae dyspnoeae habent, quod declaravimus in libris, quos de iis conſcripſimus, ut thoracis diſtentioni quantitas attracti ſpi-

Ed. Chart. VIII. [298.] Ed. Baſ. III. (149.)

γὰρ ὁ θώραξ διαστέλλεται, πλεῖστον δ' οὐκ εἰσπνεῖται, καθάπερ ὅτ' ἄφρακτος ὁ πνευμων ὑπῆρχεν. ἡ μὲν οὖν ἰδέα τῆς ἀναπνοῆς ὁμοία τοῖς ῥεύμασιν ἅπασιν ὑπάρχει. τὸ πνίγεσθαι δ' οὐχ ὁμοίως ἅπασιν, ἀλλὰ τοῖς θερμοῖς ἅπασι μᾶλλον ἕπεται, ἐπειδὴ πλείονος τῆς εἰσπνοῆς ἡ φύσις δεῖται τηνικαῦτα. διὰ δὲ τὰς δυσκρασίας μόνας οὐδεὶς ἕπεται κίνδυνος πνίξεως. καὶ τοῖς σφυγμοῖς δ' αὐτοῖς ἐγγίνεταί τις ἑτέρα διαφορὰ παρὰ τὰς ἔμπροσθεν εἰρημένας ἐν τῷ τὸ ῥεῦμα ποτὲ μὲν εἰς αὐτὰς μόνας ἐμπίπτειν τὰς τραχείας ἀρτηρίας, ποτὲ δ' εἰς τὰς λείας τε καὶ τὰς φλέβας, ἢ καὶ τὰς μεταξὺ χώρας αὐτῶν ἁπάσας μεταλαμβάνειν. ἐπὶ μὲν γὰρ ταῖς τραχείαις ἀρτηρίαις μόναις πληρωθείσαις οὐδεμία κατὰ σκληρότητα γίνεται μεταβολὴ τοῖς σφυγμοῖς· ἐπὶ δὲ ταῖς λείαις αἳ καθ' ὅλον τὸ ζῶον ἀρτηρίαι τεινόμεναι σκληρότερον ἐργάζονται τὸν σφυγμόν. τὰ δ' οἰδήματα τοσοῦτον ἐνδεῖ τοῦ σκληρύνειν αὐτὸν ὥστε καὶ μαλακώτερον ἀποτελεῖν, διαβρέχοντα μὲν ἐν τῷ χρόνῳ τοὺς χιτῶνας τῶν ἀρτηριῶν, τάσιν δ' οὐδεμίαν ἐργαζόμενα, καθάπερ ἐπὶ τῶν φλεγμονωδῶν τε καὶ σκιῤῥωδῶν ὄγκων ἔχει. μὴ τοίνυν ὀνόματα ζήτει ἀκούειν ἔτι

ritus adverſetur, maxime enim thorax dilatatur, ſed non attrahitur ſpiritus plurimum, uti quum apertus pulmo nec obſtructus eſſet. Genus igitur reſpirandi omnes fluxiones idem habent; at non eadem omnibus ſuffocatio, ſed calidiores comitatur potius, quandoquidem largiorem attrahi ſpiritum natura tum poſtulat, nam ſolam intemperiem nullum ſuffocationis periculum excipit. Ac ipſis etiam pulſibus praeter ſuperiores dictas alia quaedam ineſt differentia, ex eo quod fluxio nunc in ipſas impingat ſolas aſperas arterias, nunc in laeves et venas; vel inter eas occupet cunctas intercapedines. Si arteriae tantum aſperae ſint oppletae, nihil pulſus duritie variant; ſin laeves, quia totius animantis arteriae intenduntur, pulſum efficiunt duriorem. Oedemata tantum abeſt ut indurent eum, ut etiam molliant diuturnitate arteriarum tunicas humectando, nec quicquam intendendo; id quod in tumoribus inflammatoriis et ſcirrhoſis uſu venit. Quare noli jam nomina expectare peripneumo-

Ed. Chart. VIII. [298. 299.] Ed. Baſ. III. (149.)

περιπνευμονιῶν, ἢ ἀσθμάτων, ἢ πνευμονωδῶν παθῶν, μεμαθηκὼς τὰς διαθέσεις τοῦ πνεύμονος. ὅτι γὰρ ἡ διὰ τῶν ὀνομάτων διδασκαλία πρώτην μὲν ἔχει τὴν περὶ τὸ σημαινόμενον ἀμφισβήτησιν, δευτέραν δὲ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν νοσημάτων ἔννοιαν, ἐν πολλαῖς πολλάκις ἐπιδέδεικται πραγματείαις.

Κεφ. γ'. Ἀλλ' ἐπὶ τὰ τοῦ θώρακος ἰέναι καιρὸς ἤδη νοσήματα κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον. αἱ μὲν δὴ δυσκρασίαι τὰς αὐτὰς [299] ἀλλοιώσεις ἐργάζονται ταῖς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπὶ τοῦ πνεύμονος εἰρημέναις. οἱ δ' ὄγκοι κατά τε τὴν ποσότητα καὶ τὴν ἰδέαν ἑκάστου τῶν ἐργασαμένων αὐτοὺς χυμῶν. διαλλάξουσι δὲ τῷ θᾶττον μὲν καὶ μᾶλλον τῷ πνεύμονι συμπάσχειν τὴν καρδίαν, ἧττον δὲ καὶ βραδύτερον τῷ θώρακι. διαλλάξουσι δὲ κἂν τῷ ποτὲ μὲν νῦν εἶναι τὸ πάσχον μέρος τοῦ θώρακος, ποτὲ δὲ τὸν ὑπεζωκότα τὰς πλευρὰς χιτῶνα. πλείων γὰρ ἡ τάσις ἐπὶ τοῖς σκληροῖς καὶ πυκνοῖς μέρεσιν εἰς ὄγκον ἀρθεῖσιν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ πλευριτικοὶ τῶν περιπνευμονικῶν ἀεὶ σκληρότερον ἔχουσι τὸν σφυγμόν. ὁμαλὸς δὲ τοὐπίπαν ἐπὶ τοῖς κατὰ τὰς πλευρὰς ὄγκοις ὁ σφυγμός, οὐχ

niarum vel aſthmatum vel aliorum pulmonis morborum, quum affectus teneas pulmonis. Nam inſtitutionem per nomina primam habere ſignificationis controverſiam, alteram numeri morborum notitiam, multis ſaepe locis declaravimus.

Cap. III. Sed ad thoracis morbos eadem via et ratione progrediendum nobis eſt. Intemperies easdem alterationes inducunt ac paulo ante illae pulmonis; tumores pro multitudine et genere ſingulorum humorum, qui efficiant eos. Variant autem quod citius cor et magis pulmoni conſentiat, minus atque tardius thoraci. Alia praeterea erit varietas, quod interdum affecta pars thoracis ſit musculus, interdum ſuccingens coſtas tunica; major ſiquidem tenſio eſt, ubi durae partes et ſpiſſae intumescant; unde etiam pleuritici ſemper duriorem pulſum quam peripneumonici habent. At aequalis eſt maxima ex parte pulſus in

Ed. Chart. VIII. [299.] Ed. Baſ. III. (149.)

ὥσπερ ἐπὶ τοῖς κατὰ τὸν πνεύμονα παντοίως ἀνώμαλος. οὔτε γὰρ διὰ μεγάλων ἀγγείων οὔτ' ἐγγὺς τῆς καρδίας ἡ κοινωνία τῷ θώρακι πρὸς αὐτήν ἐστι. περὶ δὲ τῆς κατὰ τὴν δύσπνοιαν ἰδέας οὐδὲν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ δέομαι λέγειν, ὥσπερ ἐπὶ πνεύμονος ἐδεήθην διακρῖναι. ποτὲ μὲν ἡ καρδία πρώτη πάσχει, ποτὲ δὲ ὁ πνεύμων. ἑτοίμη γὰρ ἡ διάγνωσις ἐπὶ τῷ θώρακι πάσχοντι.

Κεφ. δ'. Ἥπατος δὲ νοσοῦντος ἀλλοιοῦνται σφυγμοὶ κατὰ μὲν τὰς δυσκρασίας ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, κατὰ δὲ τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους, ἀνάλογον μέν πως κἂν τούτοις, ἀλλ' ἧττον ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς γίνονται σκληροὶ τῶν ἐπὶ θώρακι τοσοῦτον ὅσον τῶν ἐπὶ πνεύμονι μᾶλλον. οὐδέποτε δ' οὔτ' ἐπὶ θώρακος οὔτ' ἐφ' ἥπατος ὄγκῳ μαλακὸς ὁ σφυγμὸς γίνεται, διότι μηδ' ἐπιγίνεταί ποτε τοῖς ὀργάνοις τούτοις οἴδημα φλεγματικόν. ὁ μὲν γὰρ θώραξ πυκνότερος ἢ ὥστε δέξασθαι τοιοῦτον ῥεῦμα, τὸ δ' ἧπαρ οὐ πυκνότερον μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ συμφύτῳ δυνάμει ῥᾳδίως ἀλλοιοῖ τὸ φλέγμα, συμπάσχει δ' ἑτοιμότερον ἡ καρδία τῷ ἥπατι,

τὴν δυνάμιν πλῆθος ἐνδεικνυμέναις ἀνωμαλίαις γενηθῇ. Θαυμαστὸν οὖν ἴσως δόξει τὸ τῶν ἀρίστων ἐκκρίσεων ὑψηλόν τε ἅμα καὶ σύμμετρον τῷ τάχει κατὰ τὴν συστολὴν προηγεῖσθαι σφυγμὸν, ἑπομένων γε τῶν ἐκκρίσεων οὐκ ἐν ταῖς διαστολαῖς τῶν ἀρτηριῶν, ἡνίκα ἕλκουσιν εἰς ἑαυτὰς, ἀλλ' ἐν ταῖς συστολαῖς, ἡνίκ' ἐκκρίνουσι. καί μοι δοκεῖ τοῦτο μάλιστα καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἀρχιγένη πεῖσαι κατὰ μὲν τὰς συστολὰς ἕλκειν τι τὰς ἀρτηρίας εἰς ἑαυτὰς, κατὰ δὲ τὰς διαστολὰς ἐκκρίνειν. ἀλλ' ὅτι μὲν ἀδύνατον τοῦτο, δέδεικται διὰ τὸ περὶ χρείας σφυγμῶν· ἥτις δ' ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἣν ὁ ὑψηλός τε ἅμα καὶ ὁ ταχὺς ἐν τῇ συστολῇ σφυγμὸς ἀγγέλλει κριτικὰς ἐκκρίσεις, ἐν τῷδε λεχθήσεται· οὐχ ἡ αὐτὴ δύναμίς ἐστιν ἥ τε ζωτικὴ προσαγορευομένη καὶ ἡ θρεπτική τε καὶ ἡ φυσική. τῆς μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶν ἓν τοῦτο μόνον, ἡ τοῦ σφυγμοῦ γένεσις· ἡ φυσικὴ δὲ τό τ' οἰκεῖον εἰς τὴν θρέψιν ἕλκειν καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον ἀποκρίνειν σὺν τῷ καὶ κατέχειν δηλονότι καὶ ἀλλοιοῦν τὸ οἰκεῖον. εἰς γὰρ τὸ τρέφεσθαι τὰ σώματα τούτων ἁπάντων δεῖται, καθάπερ γε καὶ εἰς τὸ φυλάτ-

qualitates, quae declarant facultatem copia onerari. Miraberis optimis judicationibus altum una et moderatum celeritate in contractione pulſum, praeſertim conſequentibus excretionibus antecedere, ei non in diſtentionibus arteriarum, quum in ſe attrahant, ſed in contractionibus quando excernunt. Quod mihi videtur praecipue Archigenem adduxiſſe ut putaret arterias in contractionibus attrahere aliquid in ſe ipſas, in diſtentionibus excernere; at fieri hoc non poſſe in libro De uſu pulſuum docuimus. Quae vero ſit cauſa quamobrem altus ſimul et celer in contractione pulſus promittat decretorias excretiones, hoc loco explanabimus. Non eadem eſt facultas vitalis quam vocant et nutrix naturalisque; illius enim hoc unum opus eſt, generatio pulſus; naturalis id quod familiare eſt ad nutritionem allicere et quod eſt alienum excernere, praeterea retinere alterareque familiare alimentum; ad nutrien-

Ed. Chart. VIII. [307.] Ed. Baf. III. (153.)

τεσθαι τὴν συμμετρίαν τῆς ἐμφύτου θερμασίας τοῦ διαστέλλεσθαί τε καὶ συστέλλεσθαι τὰς ἀρτηρίας καὶ τὴν καρδίαν. ἥντινα δύναμιν οὔτ' ἐν τοῖς φυτοῖς ἔστιν εὑρεῖν οὔτ' ἐν τοῖς ζώοις ὅσα ψυχρά, καθάπερ τά τ' ὄστρεα καὶ ὅσα προσπέφυκε πέτραις, ἢ τισιν ἄλλοις στερεοῖς σώμασιν. ὅσα δὲ θερμὰ τῶν ζώων ἐστὶ, καὶ μάλιστα τὰ ἔναιμα, φανερωτάτην τε καὶ σφοδροτάτην ἔχει τὴν τοιαύτην δύναμιν. αὕτη μὲν οὖν ἐν ταῖς συστολαῖς τῶν σφυγμῶν ἀποχεῖ τὸ λιγνυῶδες περίττωμα μόνον, ὅσον ἂν ἐμποδὼν ἵστηται τῇ συμμετρίᾳ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ὥσπέρ γε καὶ κατὰ τὰς διαστολὰς ἐπισπᾶται τὸ ἀναψῦχον αὐτήν. ἡ δὲ ἑτέρα δύναμις ἡ θρεπτικὴ τό τ' οἰκεῖον εἰς τὴν θρέψιν ἕλκει καὶ τὸ ἄχρηστον ἐκκρίνει. διάφοροι μὲν οὖν αἱ ἀρχαὶ τῶν δυνάμεών εἰσιν, ὡς καὶ τοῦτ' ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἱπποκράτους τε καὶ Πλάτωνος ἐπιδέδεικται δογμάτων· ἐπιμίγνυται δ' ἀλλήλαις ἐν τοῖς κατὰ μέρος ὀργάνοις. αἱ γοῦν ἀρτηρίαι καθόσον τρέφονται τῇ θρεπτικῇ διοικοῦνται δυνάμει, καὶ ταύτης ἔργον ἐστὶν ἔκκρισις τῶν περιττωμάτων

da enim corpora poſtulat haec omnia, ſicut ad nativi caloris tuendam mediocritatem, diſtentionem et contractionem arteriarum atque cordis. Quam facultatem nec in ſtirpibus invenias nec in animalibus frigidis, cujus generis ſunt oſtrea et quae petris vel aliis duris corporibus adnaſcuntur; animalia calida, potiſſimum ſanguine praedita, apertiſſimam hanc facultatem et vehementiſſimam obtinent. Haec ergo in contractionibus pulſuum ejicit ſolum ſuliginoſum excrementum, quod obſtiterit naturalis caloris mediocritati; ſicut in diſtentionibus, quod ſe refrigeret, allicit. Altera facultas nutrix conveniens attrahit alimentum et inutile excernit. Diſtincta igitur facultatum principia ſunt, ut in commentariis De Hippocratis et Platonis placitis oſtendi, caeterum in ſingulis inſtrumentis inter ſe confunduntur. Nam arteriae quatenus nutriuntur, facultate nutrice gubernantur, cujus excernere alimenti excrementa munus eſt, ſicuti alte-

Ed. Chart. VIII. [307. 308.] Ed. Baſ. III. (153. 154.)

τῆς τροφῆς, ὥσπερ τῆς ἑτέρας τῆς ζωτικῆς ἡ τῶν καπνωδῶν περιττωμάτων ἔκκρισις. ὅταν μὲν οὖν ταῦτα πλεονάζῃ, μεγίστην τε ἅμα καὶ ταχεῖαν αἱ ἀρτηρίαι ποιοῦνται τὴν συστολήν, καὶ εἴπερ ἦν ἐς αὐτὰς ἔσω καθέντα τὸν δάκτυλον ἐπὶ τὴν τῶν σφυγμῶν διάγνωσιν ἥκειν, ἠσθόμεθα ἂν (154) αὐτῶν ἀκριβῶς ἐπὶ πλεῖστον εἴσω φερομένων· ἐπεὶ δ' ἀδύνατον τοῦτο, τῷ τάχει μὲν πρώτως καὶ μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν χρή· ἔξῆς δὲ καὶ τῷ ποσῷ τῆς συστολῆς, εἴ τις ἱκανῶς εὖῃ διαγινώσκειν αὐτὴν γεγυμνασμένος. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα μὲν τὰ περιττώματα μηκέτι ᾖ, πεφθῶσι δ' οἱ πρότερον σηπόμενοι χυμοὶ, ἑτέρᾳ δυνάμει τῇ φυσικῇ τὰ περιττώματα τῶν πεφθέντων ἐκκρίνεται. [308] διαπεφοίτηκε δ' αὕτη διὰ παντὸς μορίου τοῦ ζώου, καὶ διὰ τῶν σαρκῶν καὶ διὰ τῶν νεύρων καὶ διὰ τῶν συνδέσμων καὶ διὰ τῶν ὀστῶν, οὐ διὰ μόνων τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν διατέταται. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ δύναμις ἡ καὶ τὰς κρίσεις ἐργαζομένη, καὶ καθόσον ταύτης μετέχουσιν αἱ ἀρτηρίαι, τὸ περιττὸν ἀποτρίβονται. διὰ δὲ τὴν ἑτέραν δύναμιν τὴν σφυγμικὴν, ἧς μόναι μετέχουσιν, ἀποκρίνουσιν

rius vitalis fumoſa excrementa expellere. Quando igitur haec abundant, arteriae maximam ſimul et celerem contractionem moliuntur. Quod ſi fieri poſſet ut digito intro in eas immiſſo pulſus exploraremus, perciperemus eas penitiſſime intro ferri; ſed quoniam hoc non poteſt, celeritas primum potiſſimumque attendenda eſt; deinde contractionis quantitas, ſi probe ad eam dignoscendam ſis exercitatus. Quum vero haec excrementa nulla amplius ſint concoctique ſint humores qui antea putrescebant, altera facultate naturali concoctorum excrementa excernit. Haec per omnia membra permanavit animantis, perque carnem et nervos et ligamenta oſſaque, non per ſolas arterias et venas eſt diſtenſa. Atque haec eſt illa facultas quae etiam judicationes efficit; cujus quatenus participes arteriae ſunt, excrementum expellunt. Altera facultate pulſatrice, quam ſolae hae obtinent, in contractionibus ſu-

Ed. Chart. VIII. [308.] Ed. Baſ. III. (154.)

ἐν ταῖς συστολαῖς τὸ καπνῶδες περίττωμα, καθάπερ ἐν ταῖς διαστολαῖς ἕλκουσι τὸ ἀναψῦχον αὐτάς. ἡ χρεία δ' οὐκ ἴση διὰ παντὸς ἑκατέρων ἐστὶν, ἀλλ' ἡ τοῦ πλεονάζοντος ἔστιν ὅτε κρατεῖ. καὶ τοίνυν καὶ τυποῖ καθ' ἑαυτὴν τὸν σφυγμὸν, εἰ καὶ τὰ τῆς δυνάμεως ὡσαύτως ἔχοι. τοῦ μέντοι καπνώδους περιττώματος κρατοῦντος ἐπὶ πλεῖστον μὲν συστέλλεται, διαστέλλεται δ' οὐκ ἐπὶ πλεῖστον ἡ καρδία μετὰ τῶν ἀρτηριῶν, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ὅσον αὔταρκες εἰς ἀνάψυξιν ἀπὸ τῆς ἐσχάτης συστολῆς αὐταῖς ὑπάρχει. εἰ δὲ τὸ μὲν καπνῶδες θερμὸν ὀλίγον εἴη, πλεῖστον δὲ τὸ ἀπέριττόν τε καὶ καθαρὸν καὶ οἷον φλογῶδες, ἐπιπλεῖστον μὲν ἐξαίρονται διαστελλόμενα, συστέλλονται δὲ τοσοῦτον μόνον ὅσον ἱκανὸν εἰς τὴν τῆς ἑτέρας χρείας ἐκπλήρωσιν. ὥστε ἀεὶ μὲν ἴση κατὰ τὸ μέγεθός ἐστιν ἡ διαστολὴ τῇ συστολῇ, πλὴν εἰ κατά τινα τύχην ἐπιβαλλόντων ἡμῶν τοὺς διακτύλους ἐξαίφνης ἡ μεταβολὴ γίνοιτο· διαφέρει δὲ ἐν τῷ ποτὲ μὲν τὴν ἔξω κίνησιν ἐπικρατεῖν, ποτὲ δὲ τὴν ἔσω, καὶ σημαίνει, καθάπερ εἴρηται, καπνώδη μέν τινα κατὰ τὰς ἀρτηρίας

moſum excrementum excernunt, ſicuti in diſtentionibus attrahunt refrigerium. Uſus non perpetuo par utriusque eſt, ſed praepollentis uſus excellit nonnunquam; itaque etiam ex ſe pulſum figurat, ſiquidem ei facultas reſpondeat. At vero ſi fumoſum excrementum praepolleat, plurimum contrahitur, diſtenditur autem non plurimum cor cum arteriis, ſed hactenus duntaxat ut ſatis refrigerii ab extrema contractione ſuppetat iis. Sin autem paucus admodum fuerit fumoſus calor, copioſiſſimus vero mundus et purus et quaſi flammeus, in diſtentione plurimum attolluntur et contrahuntur eatenus tantum quatenus ſatisfiat alteri uſui. Quare ſemper aequa magnitudine diſtentio eſt atque contractio, niſi quum digitos caſu admoverimus, repentina fiat mutatio. Intereſt autem hoc, quod nunc foras motus magis feratur, nunc intro; declaratque, quemadmodum diximus, ſi ille qui intro fertur praepolleat, eſſe in

Ed. Chart. VIII. [308.] Ed. Baſ. III. (154.)

εἶναι θερμασίαν ἢ εἴσω κίνησις κρατοῦσα, πυρώδη δὲ καὶ καθαρὰν ἢ ἔξω. διὰ ταύτην μὲν δὴ τὴν αἰτίαν ὁ ὑψηλὸς σφυγμὸς ἐκκρίσεώς ἐστι δηλωτικὸς, ἐπὶ πεπεμμένοις ἤδη τοῖς τὸν πυρετὸν ἐργαζομένοις γινόμενος χυμοῖς· ἀεὶ δ' ἔκκρισις ἅπασα κατὰ λόγον φύσεως ἀποτελουμένη πέψεσιν ἕπεται. καὶ γὰρ κατὰ τὴν γαστέρα τότε ἀποκρίνουσα φαίνεται τὸ περιττὸν ἡ φύσις, ὅταν πέψῃ. τὰς δὲ ἄλλας ἁπάσας ἐκκρίσεις, ὅσαι πρὶν πεφθῆναι τὴν τροφὴν γίνονται, ποτὲ μὲν τῷ δάκνεσθαι πρὸς τῶν ἐν αὐτῇ περιεχομένων, ποτὲ δὲ τῷ βαρύνεσθαι πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς πέψεως ἀναγκάζεται ποιεῖσθαι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ἡ καθ' ὅλον τὸ σῶμα δύναμις, ἐπειδὰν ἱκανῶς πέψῃ τὸν οἰκεῖον ἑκάστου μορίου χυμὸν, ἀποκρίνει τηνικαῦτα τὸ περιττὸν, ὅταν γε, ὡς εἴρηται, μηδὲν αὐτὴν ἐρεθίζῃ πρὸ τοῦ καιροῦ. τὸ πλῆθος δὲ τῆς ἐκκρίσεως ἔκ τε τοῦ τὰ πληθωρικὰ προγεγονέναι σημεῖα καὶ ἐκ τῆς παρούσης φλογώδους θερμασίας προγινώσκεται. διὰ δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην θερμασίαν οἱ σφυγμοὶ μεγάλοι φαίνονται καὶ ὑψηλοί. χείρισται τοιγαροῦν τῶν ἐκκρίσεών

arteriis fumoſum quendam calorem; igneum et purum, ſi ille qui foras. Ob hanc ſane cauſam altus pulſus excretionem ſignificat, concoctis jam humoribus, qui inducebant febrem, comitans. Semper porro omnis excretio naturae lege perfecta ſequitur concoctionem; etenim in ventre conſpicitur natura excrementum a concoctione excernere. Caeteras omnes excretiones, quae ante quam cibus coctus fuerit fiunt, nunc quod vellicetur ab illis quae continent, nunc quia gravetur, ante tempus concoctionis cogitur moliri. Haud aliter totius corporis facultas, poſteaquam ſatis familiarem ſuccum concoxerit ſingularum partium, tum demum excrementum excernit, niſi quid eam, ut diximus, irritet ante tempus. Copia excrementorum tum ex plethoricis ſignis quae praeceſſerunt tum ex praeſente flammeo calore praeſentitur; ob quem ipſum calorem pulſus magni videntur et alti. Quare ſunt peſſimae excre-

Ed. Chart. VIII. [308.] Ed. Baf. III. (154.)

εἰσιν ἐφ᾽ ὧν ὁ σφυγμὸς οὔτε μέγας ἐστὶ καὶ ταχὺς ἐν τῇ συστολῇ φαίνεται. εἰ δὲ δὴ καὶ μέχρι πλείονος εἴσω χωροίη τὸ καπνῶδες, οὗτος μάλιστα σημαίνει περίττωμα κρατεῖν, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἄπεπτον ὑπάρχειν τὴν νόσον. εἰ δ᾽ ἐν τούτῳ καὶ ἄτονος ὁ σφυγμὸς εἴη, κίνδυνος συγκοπῆναι. φλεγματωδεστέρου δὲ τοῦ νοσήματος ὑπάρχοντος, ὅταν ἐπὶ τοῖς ἀνωμάλοις σφυγμοῖς ἡ μετάπτωσις εἰς πλείους τοὺς σφοδροὺς καὶ μεγάλους ἀποτελεσθῇ, δι᾽ ἀποστάσεως ἡ κρίσις, καὶ μᾶλλον, ὅταν ἤδη χρονίζῃ· καὶ μᾶλλον, ὅταν ἔτι κατὰ χειμῶνα καὶ ψυχρὰν ἡλικίαν καὶ φύσιν καὶ χώραν. εἰς ὅ τι δὲ μάλιστα τοῦ σώματος ὁρμήσει μόριον ἡ ἀπόστασις ἐκ τῶν σφυγμῶν οὐκ ἔνεστι προγινώσκειν, ἀλλ᾽ ὡς κἂν τοῖς περὶ κρίσεων εἴρηται, σκέπτεσθαι χρὴ τὰς ῥοπὰς τῆς φύσεως, ἃς κἂν τοῖς περὶ κρίσεων λογισμοῖς τὸν τρόπον τῆς κινήσεως ἔφαμεν ἐνδείκνυσθαι. ὅταν γὰρ ὁ σφυγμὸς ἐκκριτικὸς ἀκριβῶς ᾖ, συνόντων μὲν αὐτῷ τῶν αἱμορῥαγικῶν καλουμένων σημείων, ἐκ ῥινῶν αἱμορῥαγήσουσιν· ἀπόντων

tiones quae pulſum nec magnum obtinent et celeriorem in contractione oſtendunt. Porro autem ſi etiam ſe plus intro recipiat, fumoſi hic excrementi affluentis in primis eſt nuncius, atque ob id crudi morbi. Si praeterea ſit pulſus languidus, periculum eſt ſyncopes. Si vero pituitoſior morbus ſit, quum ab inaequalibus pulſibus mutatio fiat in plures vehementes et magnos, judicatio erit per abſceſſum; maxime ſi diuturnus ſit, magisque etiam quum adhuc hieme et in frigida aetate, natura et regione. At in quam potiſſimum corporis partem erupturus ſit abſceſſus, non eſt praeſagire ex pulſibus. Sed quod in commentariis De judicationibus diximus, ſpectandae ſunt inclinationes naturae, quas etiam in libris De judicationibus a modo motus diximus declarari. Quum enim pulſus omnino ad excretionem ſpectat, ſi adjuncta habeat profluvii ſanguinis ſigna, de naribus ſanguis profluet; his

Ed. Chart. VIII. [308.] Ed. Baſ. III. (154.)

δὲ αὐτῶν ἔξ ἄλλου τινὸς χωρίου διασκέπτεσθαι τὴν ἔκκρισιν. εἴρηται δὲ περὶ τοιούτων ἁπάντων αὐτάρκως ἐν τοῖς τῶν κρίσεων ὑπομνήμασιν.

ſi careat, ex alia quapiam parte diſpicienda eſt excretio. Sed de his omnibus ſatis in commentariis De judicationibus diſſeruimus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΣΥΝΟΨΙΣ ΠΕΡΙ ΣΦΥΓΜΩΝ ΙΔΙΑΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ.

(Ex cod. mſto Havnienſi primum graece edita.)

Ed. Chart. VIII. [309.]

Κεφ. α'. Οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὀρέγονται μὲν ἐπιστήμης ἀκριβοῦς ὧν ἑκάστοτε μανθάνουσι, τὴν δὲ ἐπ' αὐτὴν ἄγουσαν ὁδὸν ὀκνοῦσιν ἰέναι, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς κατὰ διέξοδον ἑρμηνευομένους λόγους ἀποδιδράσκοντες ὡς μακροὺς ἔνιοι μὲν εἰς ἀγωγὰς ἢ ὑπογραφὰς ἢ ὑποτυπώσεις ἀναγινώσκουσιν, ἔνιοι δὲ ἐπιτομὰς ἢ συνόψεις ἢ ἐπιδρομάς· εἶθ' ὕστερόν ποτε προσπίπτοντες ἀντιλογικοῖς ἀνθρώποις, οὐ δυνάμενοί τε

GALENI SYNOPSIS LIBRORVM SVORVM DE PVLSIBVS.

Cap. I. Plerique hominum appetunt quidem ſcientiam exquiſitam eorum quae quotidie discunt, viam tamen quae ad ipſam ducit adire gravantur. Et ob id, quum ſermones per fuſam enarrationem expoſitos, tanquam prolixos effugiant, nonnulli quidem introductiones, vel ſubſcriptiones, vel ſubfigurationes legunt; nonnulli vero breviaria vel compendia vel transcurſus. Poſtea deinceps quum aliquando in homines artis contradicendi peritos in-

Ed. Chart. VIII. [309.]

διαλύεσθαι τὰ πρὸς αὐτῶν λεγόμενα, διὰ τὸ μηδὲ θελῆσαι μαθεῖν αὐτῶν τὰς λύσεις, ἀφίστανται τῶν ἀληθῶν. χρὴ τοίνυν γινώσκοντας αὐτοὺς τοῦτο μάλιστα τὴν διεξοδικὴν διδασκαλίαν τῶν ἄλλων πλεονεκτοῦσαν, ὅτι μὴ μόνα τἀληθῆ διδάσκει, προστίθησι δ' αὐτοῖς τὰς ἀποδείξεις καὶ τὰς ἀντιλογίας καὶ τὰς λύσεις αὐτῶν, ὅταν ἀποστῶσι τῆς τοιαύτης μαθήσεως, ἀφίστασθαι καὶ τοῦ διαλέγεσθαι τοῖς πέλας ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ὧν ἔμαθον. οὐ μὴν ποιοῦσιν οὕτως· καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει δι' ὅλου τοῦ βίου σαλεύειν αὐτῶν τὰς γνώμας ὥσπερ ἐν κλύδωνι ναῦν ὁρμοῦσαν· ὡς γὰρ ἄγκυραι τοῦ βεβαίως ὁρμεῖν καὶ μὴ μετακινεῖσθαι τὰς ἐπιστήμας αἱ ἀποδείξεις εἰσίν. ἐγὼ τοίνυν προτρέπω μανθάνειν μὲν ἅπαντα τελέως, ἤτοι γε εὐθὺς ἔξαρχῆς, ἢ δι' ὑποτυπώσεως τινὸς ἢ συνόψεως προσεισαχθέντας· ἐὰν δ' ἀκριβῶς μάθωσι, τηνικαῦτα καὶ τὰς ἐπιτομὰς ἀναγινώσκειν, ἐπειδὰν βουληθῶσιν ἀναμνησθῆναι δι' ὀλίγων ῥημάτων ἃ πρόσθεν ἔμαθον μακρῶς. ὅλως μὲν γὰρ οὐδὲ προῃρούμην ἐμῆς πραγματείας ἐπιτομὴν ποιεῖσθαι, βέλτιον ἡγούμενος εἶναι τοὺς τὰς διεξόδους

cidunt, nec quae ab illis dicuntur ſolvere queunt, propterea quod nec eorum ſolutiones discere voluerint, deſiſtunt a veris. Oportet igitur, ut ipſi, hoc praecipue cognoscentes, fuſiorem doctrinam caeteris praeſtare, quod non ſola vera docet, ſed et ipſis demonſtrationes adjungit et contradictiones et earum ſolutiones, quum ab hujusmodi doctrina deſtiterint, deſiſtant etiam disputare cum aliis de veritate eorum quae didicerunt. Non tamen ita faciunt; et ob id evenit ut per totam vitam eorum ſententiae agitentur veluti navis fluctibus jactata. Demonſtrationes enim tanquam anchorae ſunt, ut ſcientiae firmiter appellantur nec dimoveantur. Ego igitur adhortor ut discant quidem omnia perfecte, vel ſtatim ab initio, vel per hypotypoſin, aut ſynopſin prius introducti; quum autem exquiſite didicerint, tunc et epitomas legant, quando paucis verbis eorum reminisci voluerint quae antea prolixe didicerant. Omnino ſane decreveram nullius meae tractationis epitomen facere, ſatius eſſe exiſtimans ut qui diexodos accu-

Ed. Chart. VIII. [309.]

ἀκριβῶς ἀναλεξαμένους ἑαυτοῖς ἐπιτέμνεσθαι· χρήσιμοι γὰρ οὕτως αἵ τ' ἐπιτομαὶ καὶ αἱ συνόψεις γίνονται, κατὰ τὴν ἰδίαν ἕξιν ἑκάστῳ γραφόμεναι. ἐπειδὴ ἄλλους ἔγνων ἐπιτομὰς ποιουμένους τῶν ἐμῶν πραγματειῶν οὐκ ὀρθῶς, αἷς ἐντυγχάνοντες οἱ τὰς διεξόδους ἀναγινώσκειν ὀκνοῦντες βλάπτονται, διὰ τοῦτ' αὐτὸς ἠναγκάσθην ἐπὶ τήνδε τὴν πρᾶξιν ἀφικέσθαι παρὰ τὴν ἐξαρχῆς γνώμην, καὶ πρώτην γε πασῶν τὴν περὶ σφυγμῶν πραγματείαν εἰς σύνοψιν ἤγαγον. ἦν δ' αὐτῆς ἡ πᾶσα διέξοδος εἰς τέτταρα μέρη διηρημένη, πρῶτον μὲν τὸ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, δεύτερον δὲ τὸ τῆς διαγνώσεως, καὶ τρίτον τὸ τῶν αἰτίων, καὶ τέταρτον τὸ τῆς προγνώσεως. ἐν μὲν οὖν τῷ περὶ διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν μέρει, πῶς ἂν εὕροι μεθόδῳ τὸν ἀριθμὸν τῶν σφυγμῶν πάντων, διδάσκεται· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον μέρος, ὅπως ἄν τις ἕκαστον αὐτῶν διαγνοίη· τινὲς μὲν γὰρ τούτων δυσδιάγνωστοι, τινὲς δὲ ἀδιαγνωστοι πρός γε τὴν ἀφὴν εἰσι· τὸ δὲ τρίτον μέρος, ὑπὸ τίνων αἰτίων ἕκαστος σφυγμὸς γίνεται, διδάσκει· τὸ δὲ τέταρτον, οὗ χάριν ἅπαντα ταῦτα ἀσκεῖται, περὶ τῆς δι' αὐτῶν προγνώσεως ἐστί.

rate perlegiſſent, ſibi ipſis epitomas facerent; utiles enim hoc modo tum epitomae tum ſynopſes fiunt, juxta proprium captum unicuique ſcriptae. Quoniam autem animadverti alios mearum tractationum epitomas non recte facere, in quas dum incidunt qui diexodos legere gravantur, non parum laeduntur, ob id coactus ipſe ſum ad hoc negotium pervenire praeter eam quam ab initio habui ſententiam. Ac primam quidem omnium tractationem de pulſibus in compendium redegi. Erat autem tota ipſius diexodus in quatuor partes diviſa; quarum prima differentiam ipſorum, ſecunda dignotionem, tertia cauſas, quarta praecognitionem tradit. In prima igitur parte, quae eſt de pulſuum differentia, quo modo quis methodo inveniat pulſuum omnium numerum docetur; in ſecunda vero, quomodo unumquemque ipſorum dignoscat, nam quidam ipſorum difficulter dignoſci queunt, quidam dignosci ad tactum nequeunt. Tertia pars, a quibus cauſis unusquisque pulſus fiat docet. Quarta autem, cujus gratia omnia haec tractantur, de praecognitione quae per ipſos fit, eſt.

Ed. Chart. VIII. [309.]

Κεφ. β'. Γεγονότων οὖν ἡμῖν καθ' ἕκαστον μέρος τεττάρων βιβλίων, ὡς εἶναι τὰ σύμπαντα ἑκκαίδεκα, νῦν, ὡς ἔφην, ἐν τῷδε σύνοψιν αὐτῶν ποιήσομαι, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου περὶ τῆς διαφορᾶς· ἐν ᾧ προτέτακται τὸ προοίμιον, ἐπιδεικνύον ἄμεινον εἶναι τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς προσέχειν τὸν νοῦν, καταφρονοῦντας τῶν ὀνομάτων. ὅπερ οὐκ ἐν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ἀξιῶ πράττειν. ὁ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς τοῦ πράγματος οὐσίας εὑρίσκων μεθόδῳ τὰς ἐν αὐτῷ διαφορὰς ἐπιστήμην ἴσχει βεβαίαν τοῦ μήτε παραλελεῖφθαί τι τῶν πραγμάτων μήτε περιττῶς εἰρῆθαι· τοῖς δ' ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἀρχομένοις ἄδηλον, εἴτε παραλέλειπταί τι, εἴτε ἐκ περιττοῦ πρόσκειται. πολλάκις μὲν γὰρ ἓν ὄνομα πλείω σημαίνει πράγματα, πολλάκις δὲ ἓν πρᾶγμα πλείονας ἔχει προσηγορίας· ἔνια δ' οὐδ' ὅλως ὠνόμασται τὴν ἀρχήν, ἢ διὰ τὸ μὴ γνωσθῆναι τοῖς ἔμπροσθεν, ἢ διὰ τὸ παντάπασιν ὀλίγοις. κίνδυνος οὖν ἐστι τῶν ὁμωνύμως λεγομένων παραλειφθῆναί τι πρᾶγμα, κατὰ

Cap. II. Quum igitur in unaquaque parte quatuor a nobis conſcripti ſint libri, ita ut univerſi ſint ſedecim; nunc, ut dicebam, in hoc ſynopſin ipſorum faciam, initio ſumto a prima parte, quae eſt de differentia. In qua praepoſitum eſt prooemium, quod oſtendit melius eſſe rebus ipſis mentem adhibere, neglectis nominibus; id quod non in hac tantum tractatione, ſed etiam in aliis omnibus faciendum cenſeo. Qui enim rei ſubſtantia differentias, quae in ipſa ſunt, methodo invenit, ſcientiam hic habet firmam rem quampiam nec praetermiſſam eſſe, nec ſuperflue dictam. Iis autem qui a nominibus initium capiunt incertum eſt utrum aliqua praetermiſſa ſit, an ſuperflue addita. Saepe enim unum nomen plures res ſignificat; ſaepe vero una res plures habet appellationes; nonnullae autem nullo prorſus modo nominatae ſunt a principio, quod vel non cognitae fuerint ſuperioribus, vel paucis omnino cognitae. Periculum ergo eſt in iis quae aequivoce dicuntur, ne aliqua res ſit praetermiſſa, in multivocis vero, ne nominum multitudini rerum numerus aequalis eſſe videa-

Ed. Chart. VIII. [309. 310.]
δὲ τὰ πολυώνυμα τῷ πλήθει τῶν ὀνομάτων ἴσον εἶναι τὸ πρᾶγμα. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἀρχὴν ἐάσαντας ἄμεινόν ἐστιν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀρξαμένους ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἔρχεσθαι τοῦ πλήθους τῶν ἐν αὐτῷ διαφορῶν.

Κεφ. γ'. Ἔστι δὴ τοῦ προκειμένου πράγματος οὐσία κοίλου καὶ προμήκους σώματος αἰσθητὴ διαστολή τε καὶ συστολή. τὸ μὲν οὖν κοῖλον σῶμα τοῦτο καλεῖται πρὸς τῶν ἰατρῶν ἀρτηρία, τὴν δ' εἰρημένην αὐτοῦ κίνησιν ὀνομάζουσι σφυγμὸν οὐκ ἰατροὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες ἄνθρωποι. καὶ εἰ μὴ τοῦτο καλεῖν ἐθέλοι τις σφυγμὸν, οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς ἡμᾶς· οὐ γὰρ ὑπὲρ ὀνομάτων ἀμφισβητήσοντες ἥκομεν, ἀλλ' ὅπως ἄν τις ἐκ τῆς τῶν ἀρτηριῶν αἰσθητῆς κινήσεως προγινώσκοι τὰ μέλλοντα. εἴτ' οὖν σφυγμὸν εἴτε παλμὸν εἴθ' ὁτιοῦν ἄλλο καλεῖν ἐθέλει τις τὴν κίνησιν αὐτῶν, οὐ διοίσει, τῆς προγνώσεως ἐξ αὐτῆς γινομένης ὀρθῶς, ἐφ' ἣν ἐσπεύδομεν ἐξαρχῆς. τίνα τοίνυν ἐστὶ τὰ τῇ κινήσει τῶν ἀρτηριῶν ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχοντα, πρῶτον ἐπισκέψασθαι δεήσει·

tur; in quibus autem nomen eſt, ne res quidem ipſa non ſit. Et ob id praetermiſſo eo, quod a nominibus capitur, principio melius eſt ut ab ipſa re auſpicati ad inquiſitionem accedamus multitudinis differentiam, quae in ipſa ſunt.

Cap. III. [310] Eſt ſane propoſitae rei ſubſtantia, cavi et prolixi corporis, ſenſibilis tum diaſtole tum ſyſtole. Ac cavum quidem hoc corpus vocatur a medicis arteria. Praedictam autem ipſius motionem vocant pulſum non medici ſolum, ſed etiam univerſi homines, et niſi hoc quis pulſum vocare voluerit, nihil utique ad nos pertineat Non enim de nominibus altercaturi venimus: ſed quo modo quis ex ſenſibili arteriarum motione futura praecognoscat. Sive ergo pulſum, ſive palpitationem, ſive quodcunque aliud vocare quis motionem ipſarum voluerit, nihil refert, dummodo praecognitio recte ex ipſa fiat, ad quam a principio properamus. Quaenam igitur ſunt, quae motioni arteriarum ex neceſſitate inſunt, primum conſide-

Ed. Chart. VIII. [310.]

κἄπειθ' ἑξῆς εἴ τι τῶν ἄλλων προσέρχεται τῶν οὐκ ἐξ ἀνάγκης. ὑπάρχει δὴ τῇ κινήσει τῶν ἀρτηριῶν κατὰ τὸν ἴδιον αὐτῆς λόγον δύο τὰ πρῶτα, διάστημά τε καθ' ὃ φέρεται τὸ κινούμενον καὶ χρόνος ἐν ᾧ κινεῖται. τὸ μὲν οὖν διάστημα τῆς κινήσεως ἐπειδὴ κατά τε τὸ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος τῆς ἀρτηρίας γίνεται, τρεῖς ποιήσει τὰς ἁπλᾶς τε καὶ πρώτας διαφοράς· μίαν μὲν κατὰ τὸ μῆκος, ἑτέραν δὲ κατὰ τὸ πλάτος, καὶ τρίτην κατὰ τὸ βάθος ἢ ὕψος· ἑκατέρως γὰρ ὀνομάζεται. ἐὰν μὲν οὖν τοῦ κατὰ φύσιν ὁ νῦν φαινόμενος σφυγμὸς εἰς ὕψος ἀνίῃ πλεῖον, ὑψηλὸς κληθήσεται· καθάπερ γε κἂν εἰς πλάτος ἐκτείνηται μᾶλλον τοῦ κατὰ φύσιν, πλατύς· οὕτω δὲ καὶ ἐὰν κατὰ μῆκος πλεῖον τοῦ κατὰ φύσιν ὑποπίπτῃ τοῖς ἁπτομένοις, μακρός. εὐδηλοι δὲ καὶ οἱ ἐναντίοι τούτοις ὁ ταπεινὸς καὶ στενὸς καὶ βραχύς. ὁ δὲ καθ' ἑκάστην τῶν τριῶν καταστάσεων κατὰ φύσιν ἔχων σφυγμὸς σύμμετρος ὀνομασθήσεται καὶ κατ' ἐκείνην τὴν διάστασιν. ἀνάγκη τοίνυν

rare oportebit; poſtea ſi quid ex aliis, quae non ex neceſſitate inſunt, accedit. Inſunt ſane motioni arteriarum ſecundum propriam ipſius rationem duo haec prima, ſpatium dico per quod fertur id quod movetur et tempus in quo movetur. Ac ſpatium quidem motionis, quoniam ſecundum longitudinem et latitudinem et profunditatem ſit, tres faciet ſimplices ac primas differentias, unam ſecundum longitudinem, alteram ſecundum latitndinem et tertiam ſecundum profunditatem ſeu altitudinem; utroque enim modo nominatur. Si ergo pulſus, qui nunc apparet, in altitudinem adſcendat majorem quam ſit ſecundum naturam, altus vocabitur; quemadmodum ſane quum in latitudinem majorem extenditur quam ſit ſecundum naturam, latus: ita vero in longitudinem majorem quam ſit ſecundum naturam, tangentibus ſubjiciatur longus. Manifeſti etiam ſunt et qui his contrarii, humilis et anguſtus et brevis. Qui vero ſecundum unamquamque trium dimenſionum ſecundum naturam ſe habet pulſus, moderatus vocabitur ſecundum illam dimenſionem. Neceſſe ergo eſt uni-

Ed. Chart. VIII. [310.]
εἶναι τὰς πάσας διαφορὰς τῶν σφυγμῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι τὰς ὑπογεγραμμένας.

	μῆκος	πλάτος	βάθος	
α′	μακρὸς	πλατὺς	ὑψηλὸς	μέγας
β′	μακρὸς	πλατὺς	σύμμετρος	
γ′	μακρὸς	πλατὺς	ταπεινὸς	
δ′	μακρὸς	σύμμετρος	ὑψηλὸς	
ε′	μακρὸς	σύμμετρος	σύμμετρος	
ς′	μακρὸς	σύμμετρος	ταπεινὸς	
ζ′	μακρὸς	στενὸς	ὑψηλὸς	
η′	μακρὸς	στενὸς	σύμμετρος	
θ′	μακρὸς	στενος	ταπεινὸς	
ι′	σύμμετρος	πλατὺς	ὑψηλὸς	
ια′	σύμμετρος	πλατὺς	σύμμετρος	
ιβ′	σύμμετρος	πλατὺς	ταπεινὸς	

verſas pulſuum differentias ſeptem et viginti eſſe, quae ſcilicet ſubſcriptae ſunt.

	Longitudo.	*Latitudo.*	*Profunditas.*	
1.	Longus	Latus	Altus	Magnus
2.	Longus	Latus	Moderatus	
3.	Longus	Latus	Humilis	
4.	Longus	Moderatus	Altus	
5.	Longus	Moderatus	Moderatus	
6.	Longus	Moderatus	Humilis	
7.	Longus	Anguſtus	Altus	
8.	Longus	Anguſtus	Moderatus	
9.	Longus	Anguſtus	Humilis	
10.	Moderatus	Latus	Altus	
11.	Moderatus	Latus	Moderatus	
12.	Moderatus	Latus	Humilis	

Ed. Chart. VIII. [310.]

	μῆκος	πλάτος	βάθος	
ιγ′	σύμμετρος	σύμμετρος	ὑψηλὸς	
ιδ′	σύμμετρος	σύμμετρος	σύμμετρος	
ιε′	σύμμετρος	σύμμετρος	ταπεινὸς	
ις′	σύμμετρος	στενὸς	ὑψηλὸς	
ιζ′	σύμμετρος	στενὸς	σύμμετρος	
ιη′	σύμμετρος	στενὸς	ταπεινὸς	
ιθ′	βραχὺς	πλατὺς	ὑψηλὸς	
κ′	βραχὺς	πλατὺς	σύμμετρος	
κα′	βραχὺς	πλατὺς	ταπεινὸς	
κβ′	βραχὺς	σύμμετρος	ὑψηλὸς	
κγ′	βραχὺς	σύμμετρος	σύμμετρος	
κδ′	βραχὺς	σύμμετρος	ταπεινὸς	
κε′	βραχὺς	στενὸς	ὑψηλὸς	
κς′	βραχὺς	στενὸς	σύμμετρος	
κζ′	βραχὺς	στενος	ταπεινὸς	μικρός.

	Longitudo.	*Latitudo.*	*Profunditas.*	
13.	Moderatus	Moderatus	Altus	
14.	Moderatus	Moderatus	Moderatus	
15.	Moderatus	Moderatus	Humilis	
16.	Moderatus	Anguſtus	Altus	
17.	Moderatus	Anguſtus	Moderatus	
18.	Moderatus	Anguſtus	Humilis	
19.	Brevis	Latus	Altus	
20.	Brevis	Latus	Moderatus	
21.	Brevis	Latus	Humilis	
22.	Brevis	Moderatus	Altus	
23.	Brevis	Moderatus	Moderatus	
24.	Brevis	Moderatus	Humilis	
25.	Brevis	Anguſtus	Altus	
26.	Brevis	Anguſtus	Moderatus	
27.	Brevis	Anguſtus	Humilis	Parvus.

Ed. Chart. VIII. [310.]

οὕτω δὴ τούτων ἑπτὰ καὶ εἴκοσι σφυγμῶν ὄντων κατὰ τὶ ποσὸν ἐν ταῖς τρισὶν ἅμα διαστάσεσι συνισταμένων, δύο μὲν ἐξ αὐτῶν ἔχουσιν ὀνόματα πρὸς ἁπάντων ὁμολογούμενα τῶν ἰατρῶν, ὅ τε πρῶτος ἐν αὐτοῖς γεγραμμένος καὶ ὁ ἔσχατος· ὁ μὲν γὰρ μέγας, ὁ δὲ μικρὸς καλεῖται· τὸ δὲ ἄλλο πᾶν πλῆθος οὐκ ἔχει. οὐδὲ γὰρ οἱ ἰσχνοὶ καὶ ἁδροὶ λεγόμενοι σφυγμοὶ ἕνα τινὰ τῶν ἐκ τοῦ διαγράμματος δηλοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πολλῶν ἅμα γενικῶς κατηγοροῦνται. ἐφ' ὧν γὰρ ἂν ἡ κατὰ τὸ μῆκος διάστασις πλεονεκτῇ τῶν λοιπῶν δυοῖν, τούτους πάντας ἰσχνοὺς καλοῦσιν· ἐφ' ὧν δ' ἂν αἱ λοιπαὶ δύο, τούτους ἅπαντας ἔμπαλιν ἐκείνοις ἁδρούς. ὥστε καὶ τὸν ε' ἐν τῷ διαγράμματι καὶ τὸν στ', ἔτι τε πρὸς αὐτοῖς τὸν η' καὶ τὸν θ' καὶ τὸν ιη' ἰσχνοὺς καλεῖσθαι· ἔμπαλιν δὲ τούτοις ἁδροὺς τόν τε δέκατον ἐν τῷ διαγράμματι καὶ τὸν ιθ' καὶ τὸν κ', καὶ προσέτι τὸν κβ' καὶ κγ'· ὥστε γενικώτερα ταῦτα τὰ ὀνόματα καὶ πλειόνων κοινά. καλοῦσι δὲ τοὺς αὐτοὺς τούτους σφυγμοὺς καὶ ἑτέρως, λεπτὸν μὲν τὸν ἰσχνόν, παχὺν δὲ τὸν ἁδρόν· ἀλλ' οὐδὲ τοῦ συμμέτρου κατὰ τὰς

Ita ſane, quum hi ſeptem et viginti pulſus ſint, qui ſecundum quantitatem in tribus ſimul dimenſionibus conſiſtunt, duo quidem ex illis habent nomina ab omnibus recepta medicis, primus in ipſis ſcriptus et ultimus; nam alter magnus, alter parvus vocatur: reliqua vero tota multitudo non habet. Neque enim qui graciles et qui pleni dicuntur, unum aliquem ex tabella oſtendunt, ſed de multis generice praedicantur. In quibus enim dimenſio ſecundum longitudinem reliquas duas excellit, hos omnes graciles vocant; in quibus reliquae duae, hos omnes ex diverſo illis plenos, ita ut et quintus in tabella et ſextus, adhuc vero praeter hos octavus et nonus et decimus octavus graciliores vocentur. Ex adverſo autem his ſolidi decimus in tabella et undevigeſimus et vigeſimus et praeterea vigeſimus ſecundus et vigeſimus tertius, ita ut generaliora ſint haec nomina et pluribus communia. Vocant autem et hos ipſos pulſus etiam alio modo; tenuem quidem eum qui gracilis eſt, craſſum vero eum qui plenus eſt. Sed neque ejus

Ed. Chart. VIII. [310.]

τρεῖς διαστάσεις, ὅσπερ μόνος ἐστὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν, ἔχομεν ἴδιον ὄνομα, λόγῳ δὲ καὶ τοῦτον δηλοῦμεν, ἤτοι σύμμετρον εἶναι λέγοντες ἐν ταῖς τρισὶ διαστάσεσιν, ἢ μέσον μεγάλου τε καὶ μικροῦ, ἢ κατὰ φύσιν ἐν τῷ ποσῷ τῆς διαστολῆς, ἢ σύμμετρον ἐν τῷ ποσῷ τῆς διαστολῆς, ἢ ὅπως οὖν ἄλλως μάλιστα σαφὲς ἐλπίσωμεν ἔσεσθαι τὸ λεγόμενον. τὰς δὲ κατὰ τὸν χρόνον τῆς διαστολῆς οὐχὶ ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν, οὐδ' ὅλως πολλὰς, ἀλλ' ὅσαι παρ' ἑκάστης τῶν κατὰ μίαν διάστασιν γενικῶς τε νοουμένων εἰσὶ διαφοραὶ, τοσαύτας εὑρήσεις. ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνων κατὰ μῆκος μὲν ὅ τε σύμμετρος ἦν καὶ ὁ μακρὸς καὶ ὁ βραχὺς, κατὰ πλάτος δ' ὅ τε σύμμετρος καὶ ὁ πλατὺς καὶ ὁ στενὸς, κατὰ βάθος δ' ὅ τε σύμμετρος καὶ ὁ ὑψηλὸς καὶ ὁ ταπεινὸς, οὕτως ἐπὶ τοῦ χρόνου τῆς διαστολῆς ὅ τε σύμμετρος ἐν τούτῳ τῷ γένει καὶ ὁ ταχὺς καὶ ὁ βραχύς. ἄλλο δ' ἐπὶ τοῖς γενομένοις ἐστὶ γένος διαφορᾶς σφυγμῶν τὸ κατὰ τὸν τόνον, ἐν ᾧ πάλιν εὐτονοί

qui ſecundum tres dimenſiones moderatus eſt, qui ſane ſolus ex viginti ſeptem ſecundum naturam eſt, proprium habemus nomen; verum oratione et hunc declaramus, ſive moderatum eſſe dicentes in tribus dimenſionibus, ſive medium inter magnum et parvum, ſive ſecundum naturam in quantitate diaſtoles, vel moderatum in quantitate diaſtoles, vel quomodocunque aliter maxime apertam ſperemus eſſe orationem. Qui vero ſecundum tempus diaſtoles conſiſtunt, non amplius viginti et ſeptem, nec omnino multi ſunt; ſed quot ſunt differentiae, quae ab unaquaque trium dimenſionum generice concipiuntur, tot etiam invenies. Quemadmodum enim in illis ſecundum longitudinem quidem et moderatus erat et longus et brevis, ſecundum latitudinem vero et moderatus et latus et anguſtus, ſecundum profunditatem autem et moderatus et altus et humilis, eodem ſane modo in tempore diaſtoles et moderatus in hoc genere eſt et celer et tardus. Aliud autem poſt praedicta eſt genus differentiae pulſuum, quod ſecundum efficaciam (τόνος) eſt, in quo rurſus validi (εὔτονοι) et

Ed. Chart. VIII. [310. 311.]

τε καὶ ἄτονοι γίνονται σφυγμοὶ, καί τις ἀμφοῖν τρίτος ὁ μέσος, οὐκ ἐθ' ὅμοιος τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις κατὰ φύσιν τε καὶ σύμμετρος. ὁ γὰρ εὔτονος ἐν τούτῳ τῷ γένει κατὰ φύσιν ἐστὶν, αὐξανόμενος δὲ ἐπὶ τροφῇ καὶ οἴνου πόσει καὶ θυμῷ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξίσταται. αὐτὸν δὲ τοῦτον τὸν σφυγμὸν καὶ σφοδρὸν ὀνομάζομεν, ἑπόμενοι τῇ συνηθείᾳ τῶν ἰατρῶν· ἐπεί τοι συνηθέστερον ἴσμεν ἅπασι τοῖς Ἕλλησι λεγόμενον ἐπὶ τοῦ ταχέος καὶ εὐτόνου τὸν σφοδρόν. τέταρτον γένος διαφορᾶς σφυγμῶν ἐν τῇ διαστολῇ τῆς ἀρτηρίας γίνεται κατ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ἀγγείου, σκληρότερον ἢ μαλακώτερον φαινόμενον τοῦ κατὰ φύσιν. ἔσονται τοίνυν κἀνταῦθα τρεῖς διαφοραὶ σφυγμῶν, σύμμετρός τε καὶ σκληρὸς καὶ μαλακός.

Κεφ. δ'. Ἄλλο δ' οὐδὲν οἷόν τ' ἐπινοῆσαι δυνατὸν οὔτε τῇ πείρᾳ γνῶναι γινόμενον ἡμῖν αἰσθητὸν πάθος ἐκ τῶν κινουμένων σωμάτων· ὥστ' ἐν τοῖς εἰρημένοις τέτταρσι γένεσι περιγράφεσθαι τὰς κατὰ τὴν διαστολὴν τῆς ἀρτηρίας ἁπάσας διαφορὰς τῶν σφυγμῶν. τὸ γὰρ ἐγκεχυμένον αὐταῖς οὐθ'

debiles (ἄτονοι) fiunt pulfus, et tertius quidam, amborum medius, non aeque ac fuperius dicti, fecundum naturam et moderatus. Nam validus in hoc genere fecundum naturam eft, increfcens autem ex nutrimento et vini potu et ira ab eo quod fecundum naturam eft recedit. Hunc ipfum etiam vehementem nominamus, [311] medicorum fequentes confuetudinem, quandoquidem fcimus ab omnibus Graecis vehementem (σφοδρὸν) de eo qui celer fimul et validus fit ufitatius dici. Quartum genus differentiae in diaftole arteriae fit fecundum ipfum corpus vafis, quod vel durius vel mollius quam fecundum naturam fit appareat. Erant ergo et hic tres pulfuum differentiae, moderatus, durus et mollis.

Cap. IV. Alia vero nulla aut excogitari, aut experimento cognosci poteft eveniens fenfibilis paffio ex corporibus quae moventur; ita ut in praedictis quatuor generibus univerfae pulfuum differentiae, quae fecundum diaftolen arteriae confiderentur, circumfcribantur. Quod

Ed. Chart. VIII. [311.]

ὁπόσον ἐστὶν· οὔθ' ὁποῖον αἰσθήσει διαγνῶναι δυνατόν, ἢ πάντως ἂν ἐπέπαυτο περὶ τοῦ κενὰς αἵματος εἶναι τὰς ἀρτηρίας ἡ ζήτησις, εἴ γε ἦν οἷόν τε μὴ μόνον ὅτι μετὰ πνεύματος αἷμα περιέχουσιν εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ὁποῖόν τι, πότερον ὀρρώδες καὶ λεπτὸν, ἢ παχὺ καὶ γλίσχρον, ἢ μέσον τούτων, ὅπερ ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν αἷμα. καί τοι τινὲς ἐπηγγείλαντο καὶ τὴν τούτου διάγνωσιν αἰσθητὴν εἶναι, καθάπερ γε καὶ τὴν τοῦ πνεύματος, ὁποῖόν τι κατὰ τὴν δύναμίν ἐστι περιεχόμενον ἐν ταῖς ἀρτηρίαις. ἔνιοι δ' ἔτι τούτων ἀλλοκότερα γράφουσιν, ἐπεισάγοντές τινα τοῖς εἰρημένοις σφυγμοῖς, ὃν αὐτοὶ προσαγορεύουσι πλήρη, καὶ τούτου τοῦ γένους τρεῖς ποιοῦσι διαφοράς, ὀνομάζουσι δὲ τὸν μέν τινα πλήρη, τὸν δὲ κενόν· ὁ γὰρ μέσος ἀμφοῖν οὐδὲν ἴδιον ὄνομα κέκτηται. τούτοις οὖν εἴπερ ἐλέγχειν βούλοιο, διχῇ διαιρήσεις τὸν πρὸς αὐτοὺς λόγον· εἰς πρῶτον μὲν τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς πληρότητος, ἐφεξῆς δ' αὐτῷ τὸ τῆς διαγνώσεως. ἐν ἑκατέρῳ γὰρ ἐδείχθησαν οὐ μικρὰ σφαλλόμενοι· περὶ μὲν τὸ σημαινόμενον

enim eſt in ipſis infuſum nec quantum nec quale ſit, ſenſu dignosci poteſt. Alioquin certe ceſſaret illa quaeſtio, an vacuae ſanguinis ſint arteriae, ſi ſane dici poſſet, non ſolum ſanguinem cum ſpiritu eas continere, ſed qualem etiam ſanguinem ipſae contineant, utrum ſeroſum ac tenuem, an craſſum et viscidum, an horum medium, qui certe eſt ſanguis ſecundum naturam. Quamquam ſane aliqui affirmarunt, hujus quoque dignotionem ſenſibilem eſſe; quemadmodum etiam de ipſo ſpiritu, qualisnam facultate ſit is qui in arteriis continetur. Nonnulli vero his etiam abſurdiora ſcribunt, quendam alium ultra praedictos pulſus introducendo, quem ipſi planum vocant. Atque hujus generis tres faciunt differentias; nominant autem hunc quidem plenum, hunc vero vacuum, medius autem utrorumque nullum peculiare nomen ſortitus eſt. Hos ergo ſi redarguere velis, bifariam adverſus ipſos ſermonem divides; primo circa ſignificatum plenitudinis, poſtea circa ipſius dignotionem. In utroque enim oſtendimus eos non parum errare; circa ſignificatum quidem non in hoc tantum

Ed. Chart. VIII. [311.]

οὐκ ἐν τούτῳ τῷ γένει μόνον τῶν σφυγμῶν, ἀλλὰ κἂν τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸ δεύτερον καὶ τρίτον περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν· περὶ δὲ τὴν διάγνωσιν ὅσα μὲν ἐν τῇ πληρότητι σφάλλονται, κατὰ τὸ δ' εἴρηται γράμμα τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως, τὰ δὲ ἄλλα πάντα διὰ τῶν ἔμπροσθεν. νυνὶ δ' ἐπειδὴ τὸ χρήσιμον εἰς τὴν τέχνην διδάσκω μόνον, ἄνευ τοῦ τρὸς τοὺς ἐσφαλμένους τι κατ' αὐτὴν ἐλέγχου· τούτου γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν ταῖς ἐπιτομαῖς καὶ συνόψεσι στοχαζόμεθα· μεταβῆναι καιρὸς ἐπὶ τὰς ἄλλας τῶν σφυγμῶν διαφορὰς, ὅσαι χρήσιμοι.

Κεφ. ε'. Διαδέχεται δ' ἡμᾶς μεγίστη διαφωνία τῶν ἰατρῶν, ἐνίων μὲν ἡγουμένων αἰσθητὴν εἶναι τὴν συστολὴν τῆς ἀρτηρίας, ἐνίων δὲ ἀναίσθητον. ὅσοι μὲν οὖν ἂν αἰσθητὴν εἶναι νομίζουσιν αὐτὴν, ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ πέρατος τῆς διαστολῆς καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς συστολῆς ἡσυχάζειν χρόνῳ βραχεῖ φασὶ τὴν ἀρτηρίαν, ἀνάλογον τῇ μετὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡσυχίᾳ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων πρὸ τῆς ἐκπνοῆς· ὡσαύτως δὲ καὶ μετὰ τὴν συστολὴν πρὸ τῆς διαστολῆς ἡσυχάζειν αὖθις,

genere pulſuum, ſed etiam in aliis, in ſecundo et tertio de differentia pulſuum libro; circa dignotionem vero, quaecunque quidem in plenitudine errant, in quarto diximus libro de pulſuum dignotione, quaecunque autem in aliis omnibus, in libris ſuperioribus. Nunc autem quoniam id duntaxat quod utile ad artem eſt doceo, praetermiſſa adverſus eos qui aliquo modo in ipſa errarunt, reprehenſione, hoc enim, ut dixi, in epitomis et ſynopſibus ſpectamus, tempus eſt ad alias pulſuum differentias, quaecunque utiles ſunt, tranſire.

Cap. V. Excipit autem nos maxima diſſenſio medicorum, quum nonnulli quidem arbitrentur ſenſilem eſſe ſyſtolen arteriae, nonnulli vero inſenſilem. Ac illi quidem qui ſenſilem putant ipſam eſſe, inter finem diaſtoles et principium ſyſtoles quiescere brevi tempore ajunt arteriam, proportione habita quieti illi ſpirabilium inſtrumentorum, quae poſt inſpirationem fit ante exſpirationem; eodem modo et poſt ſyſtolen ante diaſtolen quiescere rur-

Ed. Chart. VIII. [311.]

ὡς καὶ ἀπὸ τῆς ἀναπνοῆς ἠρεμία τις γίνεται τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς πρὸ τῶν εἰσπνοῶν. εἰ μὲν οὖν μείζους εἶεν οἱ τῶν ἡσυχιῶν χρόνοι τοῦ κατὰ φύσιν, ἀραιὸν ὀνομάζουσι τὸν σφυγμόν· εἰ δ' ἐλάττους, πυκνόν. ὡς εἶναι δύο ἀραιότητας καὶ πυκνότητας, τὴν μὲν ἑτέραν ἐκτὸς ἐπὶ τῇ διαστολῇ πρὸ τῆς συστολῆς, τὴν δ' ἑτέραν ἔνδον ἐπὶ τῇ συστολῇ πρὸ τῆς διαστολῆς. ὅσοι δ' ἂν ἑαυτοῖς ἀναίσθητον εἶναι λέγουσι τὴν συστολὴν ἅπαντα τὸν χρόνον τοῦτον, οἷος ἂν ᾖ μεταξὺ τῶν αἰσθητῶν κινήσεων, παραβάλλοντες τῷ κατὰ φύσιν, εἰ μὲν ἐλάττων εἴη, πυκνὸν, εἰ δὲ μείζων, ἀραιὸν ὀνομάζουσι τὸν σφυγμὸν, εἰ δ' ἴσος τῷ κατὰ φύσιν, σύμμετρον. εἴρηται δέ μοι κατὰ τὸ πρῶτον τῆς διαγνώσεως αὐτῶν ἱκανῶς περὶ τῆς διαφωνίας ταύτης, ὅτι τε πάντων τῶν σφυγμῶν οὐκ ἔστιν αἰσθητή. δέδεικται δὲ καὶ ὧν τινων ἐστὶν αἰσθητὴ καὶ ὧν τινων οὔ· καὶ πρὸς τούτοις, ὅπως ἄν τις ἑαυτὸν ἀσκήσειεν εἰς τὴν τῆς συστολῆς διάγνωσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται.

ſus, quemadmodum etiam in reſpiratione quies aliqua ſit ſpirabilium inſtrumentorum, in exſpirantibus ante inſpirationes. Si ergo tempora quietum ſint majora quam ſit id quod ſecundum naturam eſt, rarum nominant pulſum; ſi minora, frequentem; ut duae ſint raritates et frequentiae, altera externa poſt diaſtolen ante ſyſtolen, altera interna poſt ſyſtolen ante diaſtolen. Quicunque vero ſibi ipſis inſenſilem eſſe ajunt ſyſtolen, totum hoc tempus quod utique ſit inter ſenſiles motiones ei quod ſecundum naturam eſt comparantes, ſi minus ſit, frequentem, ſi majus, rarum nominant pulſum, ſi aequale ei quod eſt ſecundum naturam, moderatum. Dictum autem eſt mihi in primo de dignotione ipſorum abunde de hac diſſenſione, quodque omnium pulſuum non eſt ſenſilis; oſtenſum quoque eſt, quorumnam eſt ſenſilis et quorum non, ac praeterea quomodo utique quis ſe ipſum exercere debeat in ſyſtole dignoscenda. Sed haec quidem paulo poſt dicentur.

Ed. Chart. VIII. [311.]

Κεφ. στ'. Νυνὶ δὲ τὰς ὑπολοίπους διαφορὰς τῶν σφυγμῶν ἐπέξειμι· πρώτην μὲν τὴν τοῦ ῥυθμοῦ, κοινωνοῦσαν κατά τι τῇ τῶν μουσικῶν θεωρίᾳ· δευτέραν δὲ τὴν τῆς ὁμαλότητός τε καὶ ἀνωμαλίας· καὶ τρίτην τὴν τῆς ἀταξίας τε καὶ τάξεως. ἡ μὲν οὖν τοῦ ῥυθμοῦ θεωρία παραβαλλομένων ἀλλήλοις τῶν χρόνων γίνεται τοῦ τε τῆς διαστολῆς καὶ συστολῆς· ἡ δὲ τῆς ἀνωμαλίας, διαφθειρομένης κατά τι τῆς ἐφεξῆς ἰσότητος ἄλλοτε κατ' ἄλλο γένος τῶν σφυγμῶν ἢ καὶ δύο ἢ καὶ πλείω. ἐπεὶ δ' ἐνίοτε διαφθείρεται μὲν ἡ ἐφεξῆς ἰσότης, καὶ διὰ τοῦτ' ἀνώμαλος ἡ κίνησις φαίνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν πλανήτων ἀστέρων, εὑρίσκεται μέντοι τις ἐν περιόδοις ἰσότης, ὥσπερ ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων, καὶ διὰ τοῦτο τετάχθαι μὲν ὥσπερ τὴν τῶν πλανήτων κίνησιν, οὕτω καὶ (τὴν) τῶν κατὰ περιόδους ἴσων σφυγμῶν ἐροῦμεν, ἄτακτον δὲ ὑπάρχειν, ὁπόταν μηδὲ τὴν κατὰ περίοδον ἰσότητα τηρῇ δι' ἴσου πλήθους σφυγμῶν γινομένην. οἷον εἰ μετὰ τρεῖς μεγάλους σφυγμοὺς ὁ τέταρτος φαίνοιτο μικρὸς, καὶ τοῦτο ἐφεξῆς

Cap. VI. Nunc vero reliquas differentias pulſuum percurro; primam quidem eam quae eſt rhythmi, muſicorum ſpeculationi ſecundum quid communicantem; ſecundam vero eam quae eſt aequalitatis et inaequalitatis; et tertiam eam quae eſt ordinis et inordinationis. Ac rhythmi quidem ſpeculatio fit, ubi inter ſe conferuntur tempus diaſtoles et tempus ſyſtoles; inaequalitatis autem, ubi corrumpitur ſecundum quid continuata paritas alias ſecundum aliud genus pulſuum vel etiam duo vel etiam plura. Quoniam autem aliquando corrumpitur quidem continuata ipſa paritas et ob id inaequalis ipſa motio apparet, quemadmodum in planetis, ſeu errantibus aſtris, invenitur tamen aliqua in circuitibus paritas, quemadmodum in illis ipſis planetis, propter hoc ordinatam quidem eſſe dicimus, ſicuti planetarum motionem, ita etiam pulſuum, qui per circuitus pares ſunt; inordinatam vero eſſe, quando nec paritatem in circuitibus ſervet, pari pulſuum multitudine factam. Veluti, ſi poſt tres magnos pulſus quartus videatur parvus et hoc continua ſemper ſerie, ordinatum quidem

Ed. Chart. VIII. [311.]

ἀεὶ, τεταγμένον μὲν ἐρεῖς εἶναι τὸν τοιοῦτον σφυγμὸν, ἀνώμαλον μέντοι· διεφθαρμένης γὰρ τῆς ἰσότητος τάξις τις σώζεται, ἐν οἷς δ' ἂν σφυγμοῖς μηδ' αὐτὴ διασώζηται, τούτους οὐ μόνον ἀνωμάλους, ἀλλὰ καὶ ἀτάκτους ὀνομάζομεν. ὅτι μὲν οὖν ἡμεῖς ὀρθῶς κεχρήμεθα τοῖς τῶν σφυγμῶν ὀνόμασι, διασώζοντες ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω κἀν τούτοις τὸ τῶν Ἑλλήνων ἔθος, ἐν τῷ β' καὶ γ περὶ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν ἐπιδέδεικται· συγχωροῦμέν γε μὴν ὡς ἂν ἐθέλοι τις ὀνομάζειν, φυλαττομένης τῶν πραγμάτων τῆς διαφορᾶς ἑρμηνευομένης τε λόγῳ χάριν τοῦ διηρθρωμένην τε καὶ σαφῆ γίνεσθαι τὴν διδασκαλίαν. εἴρηνται δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν καὶ αἱ κατὰ μίαν κίνησιν ἀνωμαλίαι, τινὲς μὲν συνεχοῦς μενούσης αὐτῆς γιγνόμεναι, τινὲς δὲ ἡσυχίᾳ διακοπτομένης, ὑπὲρ ὧν καὶ μετὰ ταῦτα ῥηθήσεται. νυνὶ δ' ἐπὶ τὸν τῆς συστολῆς ἀφίξομαι λόγον, τῶν ἀναγκαιοτάτων ὄντα πρὸς τὰς προγνώσεις· ἐπειδὴ καὶ ἡ περὶ τοῦ πυκνοῦ καὶ ἀραιοῦ σφυγμοῦ διδασκαλία μετὰ τῆς περὶ τῶν ῥυθμῶν ὑπαλλάττεται καὶ συμμεταβάλλεται. τούτων πολλῶν οὖν εἰρημένων

aſſeres eſſe talem pulſum, inaequalem tamen; corrupta enim paritate, ordo quidam ſervatur, in quibus autem pulſibus nec ipſe ſervatur, hos non ſolum inaequales, ſed etiam inordinatos nominamus. Ac quod nos quidem recte uſi ſumus pulſuum nominibus, conſervantes, quemadmodum in aliis, ita et in his Graecorum conſuetudinem, in ſecundo et tertio de differentia ipſorum oſtenſum eſt, concedimus tamen, quomodocunque quis velit nominet, dummodo rerum differentia ſervetur, ac ratione declaretur; quo diſtincta ac clara fiat doctrina. Traditae etiam ſunt in primo de differentia pulſuum inaequalitates ſecundum unam motionem, aliquae quidem continua ipſa permanente evenientes, aliquae vero quiete intercedente, de quibus poſt haec dicetur. Nunc autem ad ſyſtoles ſermonem perveniam, qui maxime neceſſarius eſt ad praecognitiones, quandoquidem doctrina etiam de frequenti et raro pulſu cum doctrina de rhythmis variatur, ac una commutatur. Quum ergo plura de ipſis

Ed. Chart. VIII. [311. 312.]
ἐν τῷ πρώτῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν, ἐξ αὐτῶν ἐνταῦθα λεχθήσεται τὰ χρησιμώτατα· δι' ὧν ἀσκηθείς τις ἔργῳ μαθήσεται τὴν δύναμιν τῆς διδασκαλίας, ὅταν αὐτὸς μὲν προγινώσκῃ τὰ κατὰ τοὺς κάμνοντας ἐσόμενα, τῶν δ' ἄλλων ἰατρῶν ἕκαστος ἐκ μαντικῆς τινος, οὐκ ἰατρικῆς θεωρίας ἡγεῖται γίγνεσθαι τὴν πρόγνωσιν αὐτῶν.

Κεφ. ζ. Ἄρξαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τοῦ διαγινώσκειν τὴν ποσότητα τῆς διαστολῆς. ὑπάρξει δέ σοι τοῦτο τὴν ἐπιβολὴν τῶν δακτύλων ἐπιπολῆς ποιουμένῳ, καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν κατὰ μερῶν τῆς ἀρτηρίας. ἄνωθεν μὲν γὰρ ἐπιβάλλων τὴν ἁφὴν, ἴσως που βαρυνεῖς ἐνίοτε καὶ θλίψεις αὐτὴν, εἰ μὴ πάνυ σφόδρα προσέχεις τὸν νοῦν, ὡς ἀκριβῶς θεωρεῖν τοὺς δακτύλους ἄνευ θλίψεως πάσης. ἡ δ' ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἐπιβολὴ μᾶλλον δύναται στοχάσασθαι, τῷ μηδ' ὅλως θλίβεσθαι τὴν ἀρτηρίαν. εἰς ὅσον δ' ἂν αὐτὴν θλίψῃς, εἰς τοσοῦτον κωλύσεις τὸν ὄγκον τῆς διαστολῆς· καὶ μάλιστ' ὅταν ἄτονος ὁ σφυγμὸς ᾖ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ληθαργικῶν·

dicta ſint in primo de differentia pulſuum, ex ipſis hunc in locum quae maxime utilia ſunt transferentur; in quibus exercitatus quis vim doctrinae opere praecipiet, quando ipſe [312] quidem ea quae in aegrotantibus eventura ſunt praecognoscet; ſinguli vero alii medici ex divinatione quadam, non ex medica ſpeculatione eorum praecognitionem fieri arbitrabuntur.

Cap. VII. Sane incipies a quantitate diaſtoles dignoscenda; hoc autem tibi inerit, ſi ſuperficietenus digitorum injectionem feceris; et magis, ſi ex infernis partibus arteriae, ſuperius enim tactum injiciens, fortaſſis alicubi gravabis quandoque ac premes ipſam, niſi valde admodum mentem adhibeas, ut exquiſite digitos applices, omni compreſſione evitata. Injectio autem, quae ex infernis fit partibus, magis poteſt conjectare, propterea quod nullo modo comprimatur arteria. Quantum autem ipſas compreſſeris, tantum etiam diaſtoles tumorem impedies, ac praeſertim quando tenoris vacuus fuerit pulſus, quemadmodum lethar-

Ed. Chart. VIII. [312.]

ὧν ἂν ἐπιθλίψῃς τὴν ἀρτηρίαν τοῖς δακτύλοις, ἀντὶ μεγίστου μικρότατος φανεῖται. ἐὰν δὲ, ὡς εἴρηται, τελέως ἀσθενὴς ἡ ζωτικὴ δύναμις ᾖ, τὸ δ' ἐναντίον ἐπὶ τῶν εὐτόνων γίνεται σφυγμῶν, οὓς καὶ σφοδροὺς ὀνομάζομεν, ἀντιβαίνει γὰρ ἡ ἀρτηρία θλιβόντων μᾶλλον ἢ μετρίως ἐπιβαλλόντων τοὺς δακτύλους, ἐνδεικνυμένη τῆς κινούσης τὴν ῥώμην αὐτὴν δυνάμεως. ὥσθ' ὅταν τό τε δέρμα τοῦ κάμνοντος ᾖ σκληρὸν ὅ τε τῆς ἀρτηρίας χιτὼν ὁμοίως διακείμενος, οἱ εὔτονοι σφυγμοὶ τὴν τῶν ἐπιβαλλομένων δακτύλων ἀνατρέπουσι σάρκα μετὰ τοῦ δέρματος, ὥσπερ εἰ καὶ τῶν ἐκτός τι προσενέγκαις σκληρὸν σῶμα μαλακῷ χρωτί· κατ' αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο διακρίνεται τοῦ μαλακοῦ τὸ σκληρὸν, ἐγκαταβαίνοντος τῷ μαλακωτέρῳ τοῦ σκληροτέρου. τὸ δ' εὔτονον ἁπλῶς ἄνευ τοῦ σκληρὸν εἶναι τὸ μὲν ἀνατρέπειν ἔχει, τὸ δ' οἷον πιλεῖν καὶ θλᾶν οὐκ ἔχει. νοήσεις δ' ὀλίγῳ σαφέστερον ἐπ' ἀνέμου τε βιαίας προσβολῆς καὶ λιθιδίου μετρίας ἐπιθέσεως. ὁ μὲν γὰρ ἄνετος ἀνατρέπει ἡμᾶς καὶ δένδρα πολλάκις οὐ σμικρά· λιθίδιον δὲ

gicis; quorum ſi arteriam digitis compreſſeris, pro maximo minimus apparabit. Si vero, ut dictum eſt, penitus imbecilla fuerit vitalis facultas, quum arteriam compreſſeris, ſine pulſu laborans videbitur. Contrarium autem in eutonis, id eſt tenore praeditis pulſibus fit; quos et vehementes nominamus, renititur enim arteria comprimendo magis quam moderate injiciendo digitos, indicans robur moventis ipſam facultatis. Quare ubi tum cutis laborantis fuerit dura, tum arteriae tunica eodem modo fuerit affecta, pulſus, qui tenore praediti ſunt, carnem injectorum digitorum una cum cute evertunt; quemadmodum ſi etiam externum aliquod durum corpus molli cuti apponas. In hoc enim ipſo durum a molli discernitur, quod durius in mollius ingrediatur. Quod autem tenore praeditum ſimpliciter eſt ſine duritie habet quidem ut evertat; ut vero veluti conſtringat ac contundat non habet. Intelliges autem quod dico apertius et in violento venti impetu et in moderata lapilli impoſitione; ventus etenim nos et arbores ſaepe-

Ed. Chart. VIII. [312.]

ἐπιτεθὲν τῷ δέρματι πιλεῖν μὲν αὐτὸ καὶ θλίβειν πέφυκεν, ἀνατρέπειν δὲ τὸ κῶλον ὅλον οὐ δύναται. τὸ μὲν ἀνατρεπόμενον ἄνευ τοῦ θλίβεσθαι τὴν χώραν ἐν ᾗ πρόσθεν ἦν καταλείπει, τὸ δ' ὑπὸ σκληροτέρου πιλούμενον εἶκον εἰς ἑαυτὸ δέχεται τὸ σκληρὸν ἄνευ τοῦ καταλείπειν ἣν εἶχεν ἔμπροσθεν ἕδραν. οὕτως οὖν κἀπὶ τῆς ἀρτηρίας διάκρινε τὸν σκληρὸν σφυγμὸν τοῦ σφοδροῦ. τὸν μὲν γὰρ σκληρὸν ὡς λίθον ἢ ξύλον αἰσθήσῃ προσπίπτοντα, νικώμενον ὑπὸ τῆς ἐπερείσεως, ἐὰν μὴ καὶ σφοδρὸς ᾖ· τὸν σφοδρὸν δ' ἔμπαλιν ἐπερείσεως, ἐὰν μὴ καὶ σφοδρὸς ᾖ· τὸν σφοδρὸν δ' ἔμπαλιν εὐτονώτερον, ἐὰν ἐπερείσῃς, φαινόμενον. ὅταν οὖν τούτους διακρῖναι ἀσκηθῇς, ἐπὶ τὴν τῆς συστολῆς διάγνωσιν ἧκε, προασκήσας ἑαυτὸν πρῶτον ἐπὶ σφυγμῶν ὅσοι μεγάλοι τέ εἰσι καὶ σφοδροὶ καὶ σκληροί. τούτους γὰρ ἔξεστί σοι μετρίως θλίβοντι τὴν αἴσθησιν ἴσχειν τὸ πρῶτον τῆς συστολῆς. ὅσον οὖν εἴκοντος τοῦ σοῦ δέρματος ἀνετρέπετο, καὶ οἷον ἐκοιλαίνετο προσπιπτούσης τῆς ἀρτηρίας, τοῦτ' ἀποχωρούσης ἕπεται μέχρι τῆς κατὰ φύσιν ἕδρας τε καὶ καταστάσεως. ὥστε αἰσθήσῃ

numero haud exiguas evertit, lapillus autem cuti impoſitus conſtringere et comprimere ipſam poteſt, evertere autem membrum totum non poteſt. Quod enim ſine compreſſione evertitur, regionem in qua prius erat deſerit; quod autem a duriori conſtringitur, cedens in ſe ipſum id quod durum eſt excipit, nequaquam ſedem quam prius habebat deſerens. Ita ergo in arteria durum pulſum a vehementi diſtingue. Durum namque veluti lapidem vel lignum ſenties occurrere, qui ab innixu vincitur, niſi vehemens etiam ſit: vehementem vero contra, tenore magis praeditum, ſi innitaris, conſpicies. Cum ergo prius in his diſtinguendis te exercueris, ad ſyſtoles dignotionem accede, prius te ipſum exercens in pulſibus, qui et magni ſint et vehementes et duri. Si enim hos moderate premas, licebit tibi primas ſyſtoles partes ſentire. Quicquid igitur cedentis cutis evertebatur, ac veluti cavabatur occurrente arteria, illud ea recedente inſequitur, usque eam quae ſecundum naturam eſt tum ſedem tum conſtitutionem; quare tanto tempore

Ed. Chart. VIII. [312.]

τοσούτῳ χρόνῳ τῆς συστολῆς ἐν ὅσῳ τοῦτο γίνεται· τὸ δ' ἄλλο πᾶν ἀδιάγνωστον αὐτῆς ἔσται σοι. μετὰ δὲ τὸ προγυμνάσασθαι κατὰ τοὺς τοιούτους σφυγμοὺς ἐπὶ τοὺς μεγάλους ἅμα καὶ σφοδροὺς μετάβαινε, κἂν ὦσι μὴ σκληροί· κἄπειτα ἐπὶ τοὺς σφοδροὺς, κἂν ὦσι μὴ μεγάλοι. μαλακὴν δ' ἔχειν σε χρὴ τὴν ἁφὴν εὐαίσθητόν τε φύσει. καὶ γὰρ ἀνατρέπεται θᾶττον ὑπὸ τῆς ἀρτηρίας ἐμπιπτούσης βιαίως ἡ τοιαύτη, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ παθημάτων αἰσθάνεται μᾶλλον. εἴρηται δ' ἐπὶ πλεῖστον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως, ὅπως ἂν μάλιστα περὶ τὴν τῆς συστολῆς διάγνωσιν ἀσκηθείης. ἐὰν δὲ μηδέποτε πείσῃς σεαυτὸν ἀκριβῶς αἰσθέσθαι τῶν πρώτων τῆς συστολῆς, ἀλλ' ἀδιάγνωστος τελείως σοι φαίνηται, σκληρὸν ἢ δυσαίσθητων ἔχοντι τὸ δέρμα, γίγνωσκε μὲν ὡς εἰς πολλὰς προγνώσεις ἐκ τούτου βλαβησόμενος, ἂς ἀκούσῃ τοῦ λόγου προϊόντος. ὅμως οὖν ἐγώ σοί τινα πορισοῦμαι παραμυθίαν εἰς τὴν ἐπὶ τῶν ἔργων χρείαν. ὅλον γάρ σε δεήσει τὸν χρόνον ἐκεῖνον, ἐν ᾧ μηδεμιᾶς αἰσθάνῃ κινήσεως, ἐπὶ τῇ μνήμῃ παραθέσθαι, πηλίκος τίς ἐστι καθ' ἑκάστην ἡλικίαν.

ſyſtolen ſenties in quanto hoc ipſum fit; reliquum autem ipſius totum dignoscere non poteris. Poſtquam autem te in ejusmodi pulſibus exercueris, ad magnos ſimul et vehementes tranſi, quamvis ſint non duri; poſtea ad vehementes, quamvis ſint non magni. Mollem vero te habere oportet tactum, naturaque bene ſentientem, etenim citius ab arteria violenter occurrente ejusmodi tactus evertitur, et quae in ipſa ſunt paſſiones magis ſentit. Dictum autem eſt fuſiſſime in primo de pulſuum dignotione, quonam modo potiſſimum circa ſyſtoles dignotionem te exercere debeas. Si vero nequaquam tibi ipſi perſuaſeris exquiſite primas ſyſtoles partes ſentire, verum non dignosci poſſe omnino tibi ipſa videatur, ut qui cutem duram vel difficulter ſentientem habeas, ſcias certe ad multas praecognitiones ex hoc te laeſum iri, quas procedente ſermone audies Verum tamen ego tibi aliquid ſolatii ad operum uſum porrigam. Oportebit enim te totum illud tempus in quo nullam ſentis motionem in memoriam reponere, quantum ſit in una-

Ed. Chart. VIII. [512.]

οὔσης δ' οὐ σμικρᾶς διαφορᾶς τοῖς ἀνθρώποις πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ ποσότητι τοῦ χρόνου τῆς ἡσυχίας, ἀξιῶ σε των συνηθων, οὓς προσδοκᾷς ποτε νοσοῦντας ἐπισκέπτεσθαι, πολλάκις ὑγιαινόντων ἥφθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν ᾧ μηδεμίαν ἔξωθεν ἔχει τὸ σῶμα κίνησιν ἐκ περιπάτων η δρόμων ἢ λουτροῦ ἢ πάλης ἢ ἐδωδῆς ἢ πόσεως ἢ ἀγωνίας ἢ θυμοῦ τινος ἢ φόβου, παραθέμενόν τε τῇ μνήμῃ τὴν ποσότητα τοῦ τῆς ἠρεμίας χρόνου, παραβάλλειν αὐτῷ τὸν ἑκάστοτε φαινόμενον· εἶτ' εἰ μὲν πλείων εἴη, καλεῖν ἀραιὸν τὸν σφυγμόν· εἰ δ' ἐλάττων, πυκνόν· εἰ δ' ἴσος τῷ κατὰ φύσιν, σύμμετρον. ὥσπερ δὲ τοῦ χρόνου τῆς συστολῆς οὐκ ἐνὸν αἰσθέσθαι παντὸς, οὕτως οὐδὲ τῆς διαστολῆς· ἐπιδέδεικται δὲ καὶ τοῦτο κατὰ τὸ πρῶτον τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν. ἀλλὰ τόν γε ταχὺν καὶ βραδὺν σφυγμὸν ἔνεστι διαγνῶναι κἀκ τοῦ φαινομένου τῆς διαστολῆς. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τοῦδε καὶ διὰ τοῦ δευτέρου μὲν ἐν ἀρχῇ τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν, καὶ διὰ τοῦ τρίτου δ' ἐπιπλεῖστον, ἐν ᾧ καὶ τὴν τῶν ῥυθμῶν διδασκαλίαν ἐδείκνυον ἄχρηστον· ἀρκεῖν γὰρ ἡμῖν εἰς ἃς

Κεφ. ιζ'. Δυοῖν δ' οὐσῶν κατὰ γένος ἀνωμαλιῶν, τῆς μὲν ἑτέρας κατὰ μίαν διαστολὴν σφυγμοῦ, τῆς δ' ἑτέρας ἐν ἀθροίσματι, πολλῶν ἐφεξῆς σφυγμῶν ἀλλήλοις παραβαλλομένων, περὶ τῆς προτέρας ἐρῶ τῆς ἐν ἀθροίσματι, καλουμένης δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων ἰατρῶν συστηματικῆς· σαφεστέρα γὰρ ἐστὶ διαγινώσκεσθαι καὶ κατὰ τὰ πλεῖστα τῶν ἐπισημασιῶν φαίνεται· τεττάρων δ' οὐσῶν ἐν τῇ διαστολῇ τῆς ἀρτηρίας διαφορῶν τοῦ σφυγμοῦ, μιᾶς μὲν τῆς κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα, δευτέρας δὲ τῆς κατὰ τάχος καὶ βραδυτῆτα, τρίτης τῆς κατὰ σφοδρότητα καὶ ἀμυδρότητα, καὶ τετάρτης κατὰ

ſolum ſatis fuit Themiſoni, ut certum ſignum eſſet hominem febricitare, ipſa ſcilicet quae ex profundo attollitur caliditas. At tufficula etiam quaedam exigua, ſubaspera, una cum perfrigeratione invadens, et oſcitatio, et pandiculatio, et dolor quidam, et cataphora in ſomnum, non ſimpliciter febrem, ſed invaſionem ſignificationis eſſe indicabit. Atque haec quidem extrinſecus. In pulſibus autem non ſolum praedicta ſigna notae ſunt invaſionis febrium, ſed ſi et ipſi intermittant, vel aliam inaequalitatem aut inordinationem habeant.

Cap. XVII. Duae enim cum ſint genere inaequalitates, altera in una diaſtole pulſus, altera in collectione, multis deinceps pulſibus invicem collatis, de priore dicam, quae in collectione eſt, quaeque a plurimis medicis ſyſtematica, id eſt collectiva vocatur. Facilius enim dignoſcitur, et in pluribus ſignificationibus apparet. Quatuor autem quum ſint differentiae pulſuum in diaſtole arteriae, una in magnitudine et parvitate, ſecunda in celeritate et tarditate, tertia in vehementia et languore, et quarta in duritie et mollitie,

Ed. Chart. VIII. [316. 317.]

σκληρότητα καὶ μαλακότητα, κατὰ μὲν τὴν ὑστάτην εἰρημένην διαφορὰν οὐδέποτ᾽ ὤφθη σφυγμὸς ἀνώμαλος, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις τρισὶν αἷ πλεῖσται τῶν ἐπὶ χυμοῖς σηπομένοις πυρεττόντων ἀνωμαλίαι συνίστανται. καὶ ἡ κατὰ πυκνότητα δὲ καὶ ἀραιότητα διαφορὰ σφυγμῶν καὶ αὕτη πάνυ πολλάκις ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων ὁρᾶται. καὶ μία γ᾽ αὐτῶν ἰδέα μεταπίπτει ῥᾳδίως εἰς τὸν διαλείποντα σφυγμὸν, ἐπ᾽ ἀμφοτέρων οὐδὲν ἧττον τῶν ἀνωμαλιῶν, ἀτάκτων τε καὶ τεταγμένων. ἔστω γάρ τις ἀνωμαλία τοῦ κατὰ πυκνότητα καὶ ἀραιότητα γένους, ἐπὶ τέτταρσι πυκνοῖς ἢ συμμέτροις τὸν πέμπτον ἀραιὸν ἔχουσα· καὶ τοῦτ᾽ ἐφεξῆς γιγνέσθω, φυλαττομένης ἀεὶ τῆς τάξεως, αὐξανομένου δὲ τοῦ χρόνου τῆς ἀραιότητος. ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ἄτακτος μὲν ἢ τεταγμένος ὤν, οὐ μετὰ πολλὰς περιόδους ἐστὶ διαλείπων, οὐ πολλῷ δέ τινι διαφέρει τὸ τετάχθαι τὴν ἀνωμαλίαν ἢ ἄτακτον εἶναι πρὸς τὸ σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον ἢ ἀπολέσθαι. πολλάκις γοῦν ἐθεασάμεθα μετὰ τέσσαρας σφυγμοὺς ἤτοι πυκνοὺς ἢ μέσους ἀραιοῦ καὶ πυκνοῦ τὸν πέμπτον ἀραιὸν γιγνόμενον, εἶτ᾽ ἐφεξῆς κατὰ τὴν αὐτὴν

in hac ſane poſtremo dicta differentia nunquam viſus eſt pulſus inaequalis; in aliis autem tribus plurimae in iis qui ex putrescentibus humoribus febricitant, inaequalitates conſiſtunt. Et quae in frequentia et raritate eſt differentia pulſuum, et ipſa admodum frequenter in aegrotantibus conſpicitur, et una ſane ipſorum ideo facile tranſit in intermittentem pulſum, in ambabus nihilominus inaequalitatibus, tum inordinatis tum ordinatis. Eſto enim quaedam inaequalitas in genere frequentiae et raritatis, quae poſt quatuor frequentes vel moderatos quintum rarum habeat; et hoc deinceps conſequenter fiat, ſervato ſemper ordine, temporeque raritatis aucto; talis pulſus, ſive inordinatus, ſive ordinatus [317] ſit, non poſt multos periodos erit intermittens. Non multum autem intereſt, ordinatam eſſe inaequalitatem, vel inordinatam, ad hoc ut homo ſervetur, vel pereat. Saepenumero enim vidimus poſt quatuor pulſus, ſive frequentes, ſive medios inter rarum et frequentem, quintum rarum fieri;

Ed. Chart. VIII. [317.]

περίοδον τὸν δέκατόν τε καὶ ιε΄ καὶ κ΄. ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ ε΄ γεννηθέντος ἀραιοῦ, τὸν θ΄ εἴδομεν ἀραιὸν ἢ τὸν ιδ΄ ἤ τινα ἄλλον, οὐ διασωζομένης τῆς κατὰ τὴν περίοδον ἰσότητος, ἀλλ' ἀτάκτως παρεμπίπτοντος τοῦ ἀραιοῦ· τοῖς οὖν τοιούτοις οὔθ' ἡ πεῖρα σαφῆ διαφορὰν εἰς σωτηρίαν ἢ θάνατον ἢ νόσου μῆκος ἢ βραχύτητα κατὰ τὰς ἀτάκτους τε καὶ τεταγμένας ἀνωμαλίας ἐδιδαξεν, οὔθ' ὁ λόγος. ἐπὶ μέντοι τῶν ὁμαλῶν οὐ σμικρὰ διαφορὰ πρὸς τοὺς ἀνωμάλους ἐστὶ σωτηρίας ἕνεκα. μᾶλλον δ' οὐ παραβάλλειν χρὴ τὰς τηλικαύτας διαφοράς· ὁ μὲν γὰρ ὁμαλὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὁ δὲ ἀνώμαλος οὐ μόνον παρὰ φύσιν, ἀλλ' ἤδη καὶ χαλεπός. ἐν μὲν οὖν ταῖς ἐπιδόσεσι μᾶλλον· ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς ἀκμαῖς τῶν παραξυσμῶν, ἐν δὲ ταῖς παρακμαῖς χείριστος. ἀλλὰ τόν γε πλεῖστον χρόνον ἡσυχάζοντα σφυγμὸν ὁ διαλείπων δέχεται, τῆς ἀραιότητος αὐξανομένης, εἴτ' οὖν ἀτάκτως εἴτε καὶ τεταγμένως· οὐδεμίαν γὰρ ἐνθάδε ἔφην μεγάλην εἶναι διαφορὰν οὔτε τῇ πείρᾳ κατοφθεῖσαν οὔτε τῷ λόγῳ. λέγω δὲ λόγῳ νῦν τῷ

poſtea conſequenter ſecundum eandem periodum, decimum, et decimum quintum, et vigeſimum. Adhuc vero magis, quum quintus factus fuiſſet rarus, nonum videmus rarum, vel quartumdecimum, vel quempiam alium, non ſervata periodorum paritate; ſed raro pulſu inordinate intercurrente. In hujusmodi igitur pulſibus neque experientia manifeſtam differentiam ad ſalutem, vel mortem, vel morbi longitudinem, aut brevitatem, per inordinatas et ordinatas inaequalitates, docuit, neque ratio. In aequalibus certe non parva est ab inaequalibus differentia, ſalutis gratia. Potius autem tantas differentias comparare non oportet; nam qui aequalis eſt ſecundum naturam eſt, qui autem eſt inaequalis, non ſolum praeter naturam eſt, ſed etiam gravis. Ac in ſignificationibus jam minus erit parvus, in incrementis autem magis; adhuc vero magis in vigoribus paroxysmorum; at in declinationibus deterrimus. Sed enim pulſum plurimo tempore quiescentem deficiens excipit raritate ſive inordinate ſive ordinate aucta, nullam enim in hoc dixi magnam eſſe differentiam vel experientia vel ratione compertam. Ra-

Ed. Chart. VIII. [317.]

δογματικῷ, καθ' ὃν ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ὁρμώμενοι τὰς προγνώσεις ποιούμεθα. προείρηται δὲ ὅτι τοῖς τοιούτοις λόγοις οὐ πάνυ τι χρὴ κατὰ τὰς ἐπιτοματικὰς πραγματείας ἀπαιτεῖν· ὡς εἰ σὺν τοῖς εἰς τὸ προκείμενον χρησίμοις καὶ τὰς αἰτίας τῶν γινομένων ἀκούειν ἐθέλοι τις, οὐδὲν ἀφαιρεθήσεται τῆς μεγάλης πραγματείας· ἐν ᾗ τέτταρα μὲν ἐστὶ βιβλία τῶν τοὺς σφυγμοὺς ἀλλοιούντων αἰτίων, τέτταρα δὲ τῆς ἐξ αὐτῶν προγνώσεως. οὐκ ἀγαθὸν μὲν οὖν ἡ ἀραιότης ἐστὶ τῶν σφυγμῶν, εἴθ' ὁμαλὴ εἴτ' ἀνώμαλος εἴη· πολὺ δὲ χείρων, ὅταν διαλείπῃ. γίγνεται γὰρ, ὡς ἐδείχθη, βαρυνομένης τῆς δυνάμεως τῆς ζωτικῆς ὑπὸ πλήθους χυμῶν, ἢ τινων ἀρτηριῶν ἐμπεφραγμένων ὑπὸ πάχους ἢ γλισχρότητος χυμῶν· γίνεται δὲ καὶ διὰ φλεγμονὴν μεγάλην, στενουμένων τῶν ἐν αὐταῖς κοιλοτήτων, ἢ ὀλίβοντος τινὸς ἔξωθεν ἢ βαρύνοντος ἢ στενοχωροῦντος ὁπωσοῦν. καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὰς ἐπισημασίας μάλιστα γίγνονται πολλοῖς ἀεὶ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς ἀνωμαλίαι, πρὸς τὸ βάθος ὑποχωροῦντος τοῦ αἵματος. οὗτοι μὲν

tionem nunc intelligo eam quae dogmatica eſt, per quam ex rerum natura excitati praecognitiones facimus. Dictum autem et prius eſt ejusmodi rationes non admodum repoſci oportere in compendioſis tractationibus. Nam ſi cum iis quae ad rem propoſitam utilia ſunt cauſas quoque eorum quae fiunt audire quis voluerit, nihil de magna tractatione detrahetur; in qua quatuor quidem ſunt libri cauſarum quae pulſus variant, quatuor autem praecognitionis quae ex ipſis habetur Minime igitur bona eſt ipſa pulſuum raritas, ſive aequalis ſive inaequalis ſit; multo autem deterior eſt, quando intermittit, fit enim, ut oſtenſum eſt, virtute vitali ab humorum multitudine gravata, vel quibusdam arteriis a craſſitie, vel viſcoſitate obſtructis; ſit etiam et ob phlegmonem magnam, conſtipatis earum cavitatibus, vel aliqua re extrinſecus comprimente, vel gravante, vel quomodocunque anguſtante. Ideoque in ſignificationibus potiſſimum fiunt in multis ipſae pulſuum inaequalitates, recedente ad proſundum ſanguine. Hi ergo pulſus affectiones

Ed. Chart. VIII. [317.]

οὖν οἱ σφυγμοὶ τὰς ἄρτι εἰρημένας διαθέσεις ἐνδείκνυνται, κατάψυξιν δὲ ἰσχυρὰν ὁ ἀραιός· ὥστ' ἄλλως μὲν γενόμενος οὐκ ἔστιν ὀλέθριος· ὑπό τε γὰρ τοῦ περιέχοντος ἐν χειμῶνι τοιοῦτοι γίνονται σφυγμοὶ καὶ διὰ τροφὴν ἐν κοιλίᾳ φλεγματωθεῖσαν ἐν ἅπασι τοῖς βουλιμιῶσι· τὸ δ' ἐπὶ πυρετοῖς οὐκ ἀκινδύνοις ἀραιότητα γενέσθαι σφυγμοῦ σβεννυμένης τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐστὶ σημεῖον. ἔνιοι δὲ τῶν οὕτως διακειμένων ὀρέγονται τροφῆς, καὶ εἰ προσενέγκῃς, ἐσθίουσι προθύμως, ὡς δόξαι τοὺς ὁρῶντας ὑγιεινῶς ἔχειν αὐτούς· ἀπόλλυνταί γε μὴν εὐθέως, ἔνιοι μὲν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπισημασίας ἐν καταφορᾷ γενόμενοι, τινὲς δ' ἄνευ καταφορᾶς ψυχθέντες σφοδρῶς, οὐκέτι ἐξεθερμάνθησαν. οὐ μόνον δὲ, ὡς ἔφην, τὸ γένος τοῦτο ἀνωμαλίας συμπίπτει κατὰ τὰς εἰσβολὰς τῶν πυρεκτικῶν παροξυσμῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα σφοδρότητά τε καὶ ἀμυδρότητα. προσέχειν δ' ἀκριβῶς ἐν ἅπασιν αὐτοῖς, ὁπότεροι πλείους εἰσίν. εὔδηλον γὰρ ὅτι χαλεπώτερον ἔχουσιν οἱ πλείους τὸν κίνδυνον, οἷον ὅταν ἀμυδροῖς τέτταρσιν ὁ πέμπτος

nuper dictas indicant, refrigerationem autem validam rarus, nam qui alia de cauſa evenit, non eſt pernicioſus. Ab ambiente enim per hiemem tales pulſus fiunt et ob alimentum in ventriculo in pituitam verſum, in omnibus qui bulimo laborant. At ſi in febribus periculo non vacantibus raritas pulſus fiat, intermorientis innatae caliditatis eſt ſignum. Nonnulli vero qui ita affecti ſunt cibum appetunt, ſique obtuleris, prompte comedunt, ita ut qui vident exiſtiment eos ſe ſalubriter habere. Intereunt ſane ſtatim nonnulli quidem in tempore ſignificationis, cataphora detenti; aliqui vero ſine cataphora vehementer refrigerati non amplius recaluerunt. Non ſolum autem, ut dixi, genus hoc inaequalitatis invaſionibus febrilium paroxysmorum contingit, ſed etiam genus inaequalitatis in magnitudine et parvitate, in celeritate et tarditate, in vehementia et languore. Animadvertere autem diligenter oportet in omnibus ipſis, quinam plures ſint; conſtat enim quod qui plures ſunt gravius habent periculum; ut quando quatuor langui-

Ed. Chart. VIII. [317.]

ἕπηται σφοδρὸς ἢ μετρίως εὔτονος. ἄμεινον γὰρ πολλῷ τέτταρσι σφοδροῖς τὸν πέμπτον παρεμπίπτειν ἀμυδρόν. ὅταν γε μὴν ἐφεξῆς ἀμυδροὶ φαίνωνται πάντες, ἐὰν μὲν ἔν τινι τῶν ἄλλων γενῶν ἢ τισὶν εὑρίσκῃς ἀνωμαλίαν, ἄχρι πολλοῦ ψαῦε τῆς ἀρτηρίας, ἐπιτηρῶν, εἴ που κἂν εἷς φανείη σφοδρός. ὅταν δὲ ὁμαλῶς μοχθηρὸς ὁ σφυγμὸς ἐν ἅπασι τοῖς γένεσιν ᾖ, οὐ πόρρῳ θανάτου γίνωσκε τοὺς τοιούτους ἥκοντας· ὁμαλῶς δὲ μοχθηρός ἐστι σφυγμὸς ὅ τ' ἀμυδρότατος καὶ ὁ πυκνότατος. ὁ μὲν γὰρ τάχιστος οὐδὲ γίγνεταί ποτε μετ' ἀμυδροτάτου, βραδύτατος δ' ἅμα καὶ ἀμυδρὸς εἰ γένοιτο, θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ μὴ ψυχροῖς ἤδη τοῖς ἄκροις διακείμενος ὁ ἄῤῥωστός ἐστιν. ὅ γε μὴν ἀμυδρὸς ἅμα καὶ μέγας ἐξ ἀνάγκης μέν ἐστι καὶ μαλακὸς, εἴωθε δὲ ληθάργοις τε καὶ ταῖς ἄλλαις καταφοραῖς συνεῖναι, δι' ὑγρότητα πολλὴν ἤτοι τῆς γαστρὸς καὶ μάλιστα τοῦ στόματος αὐτῆς ἢ ἐγκεφάλου τοιοῦτος ἀποτελούμενος, ἤ τινος ἄλλου κυρίου μορίου, ἢ καὶ παντὸς τοῦ σώματος. εὐϊάτος μὲν οὖν ἐστιν ὁ ἐπὶ γαστρὶ καὶ στομάχῳ, χαλεπώτατος δὲ ὁ

dos quintus ſequitur vehemens, vel mediocri tenore praeditus; melius enim longe eſt quatuor vehementibus quintum intercurrere languidum. Quum autem omnes deinceps languidi apparent, ſi ſane in aliquo aliorum generum, vel aliquibus inaequalitatem invenias, arteriam diutius tange, obſervans ſicubi vel unus appareat vehemens. Quando vero aequaliter pravus in omnibus generibus eſt, ſcias non procul a morte ejusmodi aegrotantes abeſſe. Aequaliter autem pravus eſt pulſus, qui languidiſſimus et frequentiſſimus eſt; nam celerrimus nunquam fit cum languidiſſimo; tardiſſimus autem una et languidus ſi fiat, mirarer utique, ſi non frigiditate jam extremorum aegrotus laboraret. Sane, qui languidus una eſt et magnus, neceſſario etiam mollis eſt, ſoletque una cum lethargis et aliis cataphoris adeſſe; ob humiditatem multam vel ventriculi, et praecipue oris ipſius, vel cerebri, vel alterius cujusdam principis partis, vel etiam totius corporis, talis redditus. Ac facile quidem curari poteſt qui ex ventriculo et ſtomacho fit; difficillime autem

Ed. Chart. VIII. [317.]

διὰ τὸν ἐγκέφαλον ἀμυδρὸς ἅμα καὶ μαλακὸς γιγνόμενος, ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ δι' ὅλην τὴν ἕξιν τοῦ σώματος εἰς οἰδηματώδη διάθεσιν ἀφικνουμένην ἤ τι τῶν κυρίων σπλάγχνων. ἐνίοτε δὲ πολλοῖς ἐφεξῆς ἀραιοῖς εἶς ἕπεται πυκνὸς, ἢ τεταγμένος ἢ ἄτακτος. καὶ γίνεται πολλάκις ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς, ὃν ἰδίως ὀνομάζομεν παρεμπίπτοντα, κατὰ τὸν ἐναντίον τρόπον τῷ διαλείποντι συνιστάμενος. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐκτεινομένης τῆς ἀραιότητος, οὗτος δὲ συστελλομένης γίγνεται τῆς πυκνότητος· καὶ ὅταν γε μετὰ σφοδρότητος τοιοῦτος γένηται, κρίσιμόν ἐστι σημεῖον. ἄκουε δέ μου κρίσιν ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις λόγοις ὀξύῤῥοπον ἐν νόσῳ μεταβολὴν, οὐκ ἐξάπαντος εἰς ἀγαθὸν τελευτῶσαν, γίγνεται δὲ ἡ τοιαύτη κρίσις ἤτοι δι' ἐκκρίσεως ἢ ἀποσκήματος. ἥντινα κρίσιν ἐξ ἄλλων σημείων διαγνώσῃ τῶν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων εἰρημένοις, εἴτε τῶν ἀγαθῶν ἐστὶ, εἴτε τῶν μοχθηρῶν. οὗτοί τε οὖν ἅπαντες οἱ σφυγμοὶ κατὰ τὰς ἐπισημασίας γίγνονται καὶ τῶν κατὰ μίαν διαστολὴν τῆς ἀρτηρίας ἔνιοι. περὶ ὧν ἤδη λεγέσθω.

qui ob cerebrum languidus una et mollis fit; adhuc vero magis qui ob totum corporis habitum, qui in oedematoſam affectionem pervenerit, vel ob aliquod ex principibus viſceribus. Nonnunquam vero multos deinceps raros unus inſequitur frequens, vel ordinatus, vel inordinatus; fit ſaepenumero talis pulſus, quem peculiariter intercurrentem nominamus; qui contrario modo ac intermittens conſtruitur; ille enim extenſa raritate, hic autem fit contracta crebritate. Et ubi cum vehementia talis fiat, criticum eſt ſignum. Intellige autem ex me criſim in omnibus ejusmodi ſermonibus, ſubitam in morbo mutationem, non perpetuo in bonum deſinentem. Fit autem talis criſis vel per excretionem, vel per decubitum, quam ſane criſim ex aliis ſignis dignóſces, quae in libris de criſibus dicta ſunt, ſive bona ſit, ſive prava. Hi igitur omnes pulſus in ſignificationibus fiunt; et nonnulli ex iis, qui in una arteriae diaſtole inaequales ſunt; de quibus jam dicatur.

Ed. Chart. VIII. [317.]

Κεφ. ιή. Τῶν ἀνωμάλων διαστολῶν τῆς ἀρτηρίας ἔνιαι μὲν ἡσυχίᾳ διακοπτομένην ἔχουσι τὴν κίνησιν, ἔνιαι δὲ συνεχῆ μέν, οὐχ ὁμοιομερῆ δέ. περὶ πρώτης οὖν ἐρῶ τῆς ἡσυχίᾳ διακοπτομένης. καὶ γὰρ καὶ σαφὴς ἡ διάγνωσις αὐτῆς ἐστι, παντὸς οὑτινοσοῦν, εἴ γε μὴ παντάπασιν ὀνώδης εἴη, δυναμένου γνωρίζειν, ὅταν ἐν τῷ διαστέλλεσθαι στῆναι βραχὺ συμβῇ τὴν ἀρτηρίαν, εἶθ' οὕτως προσθεῖναι τὸ λοιπὸν τῆς διαστολῆς· ὅπερ ἐν μικροῖς ἢ ταπεινοῖς σφυγμοῖς οὐ δύναται γενέσθαι. δῆλον οὖν ἐστιν ἐξ αὐτοῦ τοῦδε μήτε τὸν χρόνον τῆς διαστολῆς ἐκλελύσθαι μήτε τὴν δύναμιν ἀῤῥωστεῖν, ἐν αὐτῷ γε τούτῳ μόνῳ τῷ νῦν εἰρημένῳ τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπῆς γενομένης. ὅπερ οὐχ ἥκιστα καὶπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων μεμνῆσθαί σε χρή. κατὰ γὰρ τὸ διδασκόμενον ἑκάστοτε μόνον ἡ διάγνωσίς τε καὶ πρόγνωσις γίνεται, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐχόντων κατὰ φύσιν ἢ μικρὰν πάνυ μεταβολὴν ἐσχηκότων· αὐτίκα γέ τοι τὸ νῦν ἡμῖν εἰρημένον ἀληθές ἐστιν, ὅταν ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας κατὰ φύσιν ἔχῃ. μαλακοῦ γὰρ ἀμέτρως αὐτοῦ γενηθέντος, ὁποῖος ἐν ληθάρ-

Cap. XVIII. Ex inaequalibus arteriae diaſtolis nonnullae quiete interſectam habent motionem; nonnullae continuam quidem, at non ſimilarem. De prima igitur dicam, quae quiete interſecatur; nam et manifeſta eſt ipſius dignotio, quum quilibet, niſi omnino aſininus ſit, cognoſcere poſſit, quando contigerit ut arteria, dum dilatatur, parumper ſtet; tum ita reliquum diaſtoles addat, quod ſane in parvis vel humilibus pulſibus fieri non poteſt. Manifeſtum igitur ex hoc ipſo eſt neque uſum diaſtoles eſſe exolutum neque facultatem eſſe infirmam, ſcilicet in hoc ipſo ſolo, quod nunc dictum eſt, everſione in ſtatum praeter naturam facta. Quod ſane non minime et in aliis omnibus meminiſſe te oportet. Par id enim ſolum, quod ſubinde docetur, tum dignotio tum praecognitio fit, aliis omnibus ſecundum naturam ſe habentibus, vel parvam omnino mutationem adeptis. Porro, quod nunc diximus, verum eſt, quando arteriae tunica ſecundum naturam ſe habet; nam ubi ipſa immodice mollis reddita fuerit, qualis lethargis,

Ed. Chart. VIII. [317. 318.]

γοις καί τισιν ἄλλαις φαίνεται καταφοραῖς, οὐκ ἔστιν ἀληθὲς ὑπὸ ῥώμης τε καὶ δυνάμεως ἀποτελεῖσθαι τὸν μέγιστον σφυγμόν, καὶ τῆς χρείας ἤτοι αὐξανομένης ἢ μειουμένης γε πάντως. εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ δυοῖν τοῦτ' ἐγένετο μέγας σφυγμός, αὐξήσεως χρείας καὶ ῥώμης δυνάμεως, οὐδεμιᾶς ἂν ἔδει προσθεῖναι τῷ λόγῳ· νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ προσεπισκέπτεσθαι χρὴ τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας, οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος ἔσται λεγόμενος ἁπλῶς. μεμνῆσθαι γάρ σε χρὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτίων, ὃ πολλάκις ἀναγινώσκειν προσήκει, τὰ θεμέλια τῆς περὶ σφυγμῶν ἁπάσης θεωρίας ἐχόντων· ὧν χωρὶς οὐδὲν τῶν ἄλλων δύναται συστῆναί τε καὶ γνωσθῆναι. τὰς γὰρ ὡς ἂν εἴποι τις αἰτίας συνεκτικὰς ἡ προσεχεῖς τῶν σφυγμῶν τῆς γενέσεως, ἐν τρισὶ τούτοις γένεσιν οὔσας ἔδειξε, τῇ χρείᾳ δι' ἣν αἱ ἀρτηρίαι κινοῦνται, τῇ κινούσῃ δυνάμει, τῷ χιτῶνι. τὰ γὰρ ἄλλα πάντα, ὅσα τοὺς σφυγμοὺς ἀλλοιοῖ, διὰ τούτων μέσων ἐργάζονται τὴν μεταβολήν. ὅταν μὲν οὖν ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας κατὰ φύσιν ἔχῃ, κατὰ δὲ τὴν διαστολὴν ἡσυχία τις γενομένη τὴν ἀνωμαλίαν ἐργάζηται, ῥώμη τε δυνά-

et quibusdam aliis cataphoris conſpicitur, non eſt verum a robore facul[318]tatis maximum pulſum effici, et ab uſu vel aucto vel omnino non imminuto. Si enim a duobus his ſolis fieret magnus pulſus, augmento inquam uſus et robore facultatis, nihil amplius addere ſermoni oporteret. Nunc autem, quia conſiderare etiam oportet arteriae tunicam, non verus erit ſermo ſimpliciter prolatus. Meminiſſe enim te oportet eorum, quae dicta ſunt in primo de cauſis pulſuum, qui liber ſaepius legi debet, ut qui fundamenta totius ſpeculationis pulſuum contineat, ſine quibus nec conſtitui nec cognoſci quicquam aliud poteſt. Cauſas enim, ut quiſpiam dicat, continentes vel proximas generationis pulſuum in tribus his generibus eſſe oſtendi; uſu, propter quem arteriae moventur, facultate, quae movet, et tunica. Alia enim omnia quae pulſus variant per haec media mutationem faciunt. Ubi igitur arteriae tunica ſecundum naturam ſe habet, in diaſtole vero quies aliqua facta inaequalitatem efficit, tunc et robur facultatis eſt et uſus diaſto-

Ed. Chart. VIII. [318.]

μεως ἐστὶ καὶ χρεία διαστολῆς μεγάλης. ἐδείχθη δὴ χρεία τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως αὐξανομένη διὰ πλῆθος θερμασίας, ἢ κένωσιν πνεύματος ψυχικοῦ. κενοῦται δὲ τοῦτο τοῖς γυμναζομένοις εἰς ὑπηρεσίαν τῶν κατὰ τοὺς μῦς κινήσεων. ὅταν οὖν, ὡς ἔφην, ἥ τε χρεία τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως αὐξηθῇ δι' ἥντινα αἰτίαν, ἥ τε κατὰ τὴν καρδίαν δύναμις ἡ τὰς ἀρτηρίας κινοῦσα κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἐῤῥωμένη (διαμένῃ e margine), βαρύνηται δ' ὑπὸ πλήθους χυμῶν ἢ πάχους ἐμφράττοντος ἢ θλίβοντος τὰς ἀρτηρίας μεγάλως, αἱ καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίαι γίνονται, διακοπτούσης ἡσυχίας τὸ συνεχὲς τῆς διαστολῆς. ἔνθα δή σε προσέχειν ἀκριβῶς ἀξιῶ τοῖς δύο μέρεσι τῆς κινήσεως, ἐπισκοπούμενον ἑαυτῷ ἀμυδρότητά τε καὶ σφοδρότητα καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα. γίνονται μὲν γὰρ θ' διαφοραὶ καθ' ἑκάτερον τούτων, ὡς κἂν τῷ πρώτῳ τῆς περὶ τῶν σφυγμῶν διαφορᾶς ἔμαθες. ἐνδείκνυται δὲ πρὸς τοῖς κατὰ τὰς διαθέσεις εἰρημένοις, ὅπως ἡ ζωτικὴ δύναμις ἔχει. ἀῤῥώστων μὲν γὰρ ἀμφοτέρων τῶν κινήσεων οὐσῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς, ἔσχατος κίνδυνος· εὐῤῥώστων δὲ, σωτηρίας ἐλπίς.

les magnae. Oſtenſum ſane eſt uſum generationis pulſuum augeri ob caliditatis multitudinem, vel ſpiritus animalis inanitionem; inanitur autem ſpiritus iis qui ſe exercent in miniſterium motionum quae per muſculos fiunt. Ubi igitur, ut dixi, tum uſus generationis pulſuum auctus fuerit ob quamlibet cauſam, tum facultas, quae in corde eſt, a qua arteriae moventur, ex ſui ipſius ratione valens perma neat, at gravetur a multitudine humorum, vel craſſitie arterias magnopere obſtruente, vel premente; inaequalitates in uno pulſu fiunt, quiete continuitatem diaſtoles interſecante. Quo ſane loco hortor te ut duabus motionis partibus mentem diligenter adhibeas; per te ipſe conſiderans tum languorem et vehementiam, tum celeritatem et tarditatem, fiunt enim in his utrisque novem differentiae, ut in primo de differentia pulſuum didiciſti. Indicant autem praeter ea quae de affectionibus dicta ſunt, quomodo vitalis facultas ſe habeat. Ubi enim ambae motiones infirmae ſunt in pulſibus, extremum eſt periculum, ubi robuſtae, ſalutis eſt ſpes.

Ed. Chart. VIII. [318.]

εἰ δ' ἀμφότεραι μέσως πως ἔχοιεν εὐῤῥωστίας τε καὶ ἀῤῥωστίας, ἐν τῷ μέσῳ δηλοῦσι καθεστάναι τὸν ἄνθρωπον ὀλέθρου τε καὶ σωτηρίας· ἐὰν δὲ, τῆς προτέρας κινήσεως ἀμυδρᾶς οὔσης, ἡ μετὰ τὴν ἡσυχίαν εὐῤῥωστος φαίνηται, χεῖρον μὲν τοῦτο τοῦ τὰς δύο κινήσεις ἰσχυρὰς ὑπάρχειν, ἧττον δὲ χεῖρον ἀμυδρῶν οὐσῶν. εἰ δ' ἔμπαλιν τοῦδε φαίνοιτο, τῆς προτέρας οὔσης ἰσχυρᾶς, ἡ μετὰ ταύτην ἄτονος, οὐκ ἀγαθόν· βέλτιον γάρ ἐστι τὴν δευτέραν κίνησιν ἀμείνονα φαίνεσθαι τῆς προτέρας.

Κεφ. ιθ'. Ἐφεξῆς οὖν ἐρῶ τὴν τάξιν τῶν θ' τούτων ἀνωμαλιῶν, ἀπὸ τῆς ἐπιεικεστάτης αὐτῶν ἀρξάμενος· εἶτα κατὰ βραχὺ διὰ τῶν μέσων ἐπὶ τὴν χειρίστην ἀφικόμενος. ἐπιεικεστάτη μὲν οὖν ἁπασῶν ἐστιν ἡ τὰς κινήσεις ἀμφοτέρας εὐτόνους ἔχουσα. δευτέρα δὲ ἡ τὴν προτέραν μέσην, εὐῤῥωστον δὲ τὴν δευτέραν. τρίτη δὲ ἡ τὴν μὲν προτέραν εὔτονον, μέσην δὲ τὴν ὑστέραν. τετάρτη δὲ ἡ ἀμφοτέρας ἔχουσα μέσας. πέμπτη δὲ ἡ τὴν μὲν προτέραν ἀσθενῆ, τὴν δὲ ὑστέραν ἰσχυράν. ἕκτη δὲ ἡ τὴν μὲν προτέραν ἀσθενῆ,

Si vero ambae in medio quodammodo ſint infirmitatis et roboris, in medio indicant conſiſtere hominem exitii et ſalutis. Si autem priori motione languida exiſtente, ea quae poſt quietem eſt robuſta appareat, deterius quidem hoc eſt quam ſi duae motiones fortes exiſterent, minus vero malum quam ſi languidae eſſent. Si vero e contrario appareat ut prior ſit valida, quae poſt ipſam eſt, infirma, non bonum eſt, melius enim eſt ut poſterior motio priore ſit praeſtantior.

Cap. XIX. Deinceps igitur ordinem narrabo novem harum inaequalitatum, a mitiſſima ipſarum auſpicatus; poſtea paulatim per medias ad peſſimam perveniens. Ac mitiſſima quidem omnium eſt quae motiones ambas tenore praeditas habet. Secunda, quae priorem quidem mediam, robuſtam vero poſteriorem. Tertia, quae priorem tenore praeditam, mediam vero poſteriorem. Quarta, quae ambas habet medias. Quinta, quae priorem quidem invalidam, poſteriorem vero fortem. Sexta, quae priorem inva-

Ed. Chart. VIII. [318.]
μέσην δὲ τὴν δευτέραν. ἑβδόμη δὲ ἡ τὴν μὲν προτέραν εὔῤῥωστον, ἄῤῥωστον δὲ τὴν δευτέραν. ὀγδόη δὲ ἡ τὴν μὲν προτέραν ἄῤῥωστον, μέσην δὲ τὴν δευτέραν. ἐννάτη δὲ ἡ χειρίστη πασῶν, ἡ ἀμφοτέρας ἀῤῥώστους ἔχουσα. ἀνάλογον δὲ ταῖς κατὰ τὴν ῥώμην καὶ ἀῤῥωστίαν συζυγίαις τῶν εἰρημένων δύο μορίων τῆς κινήσεως αἱ κατὰ τάχος εἰσὶ καὶ τὴν βραδυτῆτα. βέλτιον μὲν γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις σφυγμοῖς τὸ τάχος τῆς βραδυτῆτος, οὐ μὴν τοσούτῳ βέλτιον ὅσῳ σφοδρότης ἀμυδρότητος. ἄντικρυς γὰρ αἱ ποιότητες αὗται τῶν σφυγμῶν ἐνδείκνυνται τὰς διαφορὰς τῆς δυνάμεως κατὰ ῥώμην τε καὶ ἀῤῥωστίαν. εὔδηλον δ' ὅτι μεγίστη μὲν ἐλπὶς εἰς σωτηρίαν ἐπὶ τῇ ῥώμῃ τῆς δυνάμεως, ἐλαχίστη δὲ ἐπὶ ταῖς ἀῤῥωστίαις. ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν γέ τινα τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τῶν κατὰ βραδυτῆτα καὶ τάχος διαφορῶν ἡ παραβολή σοι γινέσθω· πρώτης μὲν συζυγίας γενομένης, καθ' ἣν αἱ κινήσεις ἀμφότεραι ταχεῖαι. δευτέρα δὲ, καθ' ἣν ἡ μὲν προτέρα μέση, ταχεῖα δὲ ἡ δευτέρα. τρίτη δὲ, καθ' ἣν ἡ μὲν προτέρα ταχεῖα, μέση δὲ ἡ δευτέρα. τετάρτη δὲ, καθ' ἣν ἀμφότεραι μέσαι.

lidam, mediam vero posteriorem. Septima, quae priorem robustam, infirmam autem posteriorem. Octava, quae priorem mediam, infirmam vero posteriorem. Nona, quae pessima omnium est, quae ambas infirmas habet. Conjugationibus autem in robore et infirmitate praedictarum duarum partium motionis consistentibus, proportione respondent conjugationes in celeritate et tarditate consistentes. Melior etenim est in ejusmodi pulsibus celeritas tarditate, non tamen tanto melior quanto vehementia languore. Aperte enim qualitates ipsae pulsuum differentias facultatis in robore et infirmitate indicant. Constat autem maximam quidem spem esse salutis ex facultatis robore, minimam autem ex infirmitatibus. Sed ad proportionem quandam cum iis quae dicta sunt, comparatio tibi fiat in differentiis secundum tarditatem et celeritatem, ut prima quidem conjugatio fiat, in qua motiones celeres sint. Secunda autem, in qua prior media, celer autem posterior. Tertia, in qua prior quidem celer, media autem posterior. Quarta, in qua ambae

Ed. Chart. VIII. [318.]

καὶ πέμπτη, καθ' ἣν ἡ μὲν προτέρα βραδεῖα, ταχεῖα δὲ ἡ δευτέρα. καὶ μετ' αὐτὴν ἡ ἕκτη, καθ' ἣν τῆς προτέρας βραδείας οὔσης ἡ δευτέρα μέση γίνεται. τῆς δὲ ἑβδόμης συζυγίας ἡ μὲν προτέρα κίνησις ὠκεῖα, βραδεῖα δὲ ἡ δευτέρα. τῆς δὲ ὀγδόης μέση μὲν ἡ προτέρα, βραδεῖα δὲ ἡ δευτέρα. τελευταία δ' αὐτῶν ἐστιν ἡ ἐννάτη, βραδείας ἀμφοτέρας ἔχουσα τὰς κινήσεις.

Κεφ. κ'. Ἀποβλέπειν οὖν σε χρὴ πρὸς ἀμφοτέρας τας διαφορὰς, καὶ σκοπεῖσθαι τῷ νῷ τὰς ἐπιπλοκὰς αὐτῶν. ἔσθ' ὅτε γὰρ ἡ μὲν κατὰ βραδυτῆτα καὶ τάχος συζυγία χαλεπὴ γίνεται, βελτίων δὲ ἡ κατὰ ῥώμην τε καὶ ἀῤῥωστίαν. ἐκ τῆς τοιαύτης οὖν ἐπιπλοκῆς καὶ ὁ δορκαδίζων ὀνομαζόμενος γίνεται σφυγμός. ἐφ' οὗ τὸ δεύτερον μόριον τῆς κινήσεως ἐντονώτερόν τε καὶ θᾶττόν ἐστι τοῦ προτέρου. καὶ εἴη ἂν οὗτος ὁ μετριώτατος τῶν διακοπτομένων ἡσυχίᾳ κατὰ τὴν διαστολὴν τῶν τῆς ἀρτηρίας σφυγμῶν, καὶ ὅταν γε αὐτῷ συνέλθῃ πέψις τις νοσήματος, ἐπαγγέλλεται κρίσιν ἀγαθήν. ὥσπερ δὲ τὰς κατὰ σφοδρότητα καὶ ἀμυδρότητα καὶ

mediae ſunt. Quinta, in qua prior tarda, celer poſterior. Et poſt ipſam ſexta, in qua priori exiſtente tarda, poſterior media fiat. Septimae autem conjugationis prior quidem motio velox, tarda autem poſterior. Octavae media quidem prior, tarda autem poſterior. Ultima harum eſt nona, quae tardas ambas motiones habet.

Cap. XX. Inſpicere itaque te oportet ad ambas differentias, menteque conſiderare earum complicationes. Quandoque enim quae in tarditate et celeritate conſiſtit conjugatio, gravis redditur; melior autem quae in robore et imbecillitate eſt. Ex tali igitur complicatione et qui caprizans nominatur pulſus gignitur; in quo poſterior particula motionis robuſtior et valentior eſt priore. Fueritque hic pulſuum, qui ſecundum diaſtolen arteriae quiete interſecantur, modeſtiſſimus, et ubi cum ipſo juncta fuerit aliqua morbi concoctio, criſim bonam annunciat. Quemadmodum autem conjugationes, quae in vehementia et languore, ce-

Ed. Chart. VIII. [318.]

τάχος καὶ βραδυτῆτα συζυγίας ἐπισκοπεῖσθαι κατὰ τοὺς τοιούτους σφυγμοὺς ἀναγκαιότατόν ἐστιν εἰς πρόγνωσιν, οὕτως καὶ τὴν κατὰ μέγεθός τε καὶ ὕψος. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἐνδέχεται τῶν ταπεινῶν εἶναι σφυγμῶν τὸν ἡσυχίᾳ διακοπτόμενον, εἴρηται πρόσθεν. εἰς ὅσον δ' ὕψους ἥκει, σκοπεῖσθαι προσήκει. δύναται γάρ τις ἀποκεχωρηκέναι μὲν τῶν ταπεινῶν, ἔτι δὲ μέσος ὑπάρχων ἢ ὑψηλότερος τοῦ μέσου βραχὺ, μὴ μέντοι τέλεον ἔχων ὕψος. ὅπερ ἂν ἔχῃ, πάντως ἐπαγγέλλεται πρὸς κρίσιν ἐξορμᾶν τὴν φύσιν. οὐ μὴν ἀγαθήν γε πάντως ἔσεσθαι δηλοῖ τὴν κρίσιν ταύτην, ἐὰν μὴ καὶ τοὺς ἄλλους ῥυθμοὺς ἔχῃ τὸ νόσημα πρὸς ἀγαθὴν κρίσιν, οὓς ἐν τῷ περὶ κρίσεων εἴπομεν. ἐν οἷς ἐστιν ὁ μέγιστός τε καὶ ἀσφαλέστατος σκοπὸς ἀπὸ τῆς τοῦ νοσήματος πέψεως λαμβανόμενος· μετ' αὐτὸν δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ῥώμης τοῦ κάμνοντος. δύο δὲ τούτους ἔμαθες ἔχειν σκοποὺς ἐν ταῖς περὶ σωτηρίας καὶ θανάτου προγνώσεσιν, εὐῤῥωστίαν δυνάμεως καὶ πέψιν νοσήματος. ἀκινδυνότατα μὲν γὰρ οἱ κάμνοντες ἔχουσιν, ἔνθα ταῦτ' ἐστὶν

leritate et tarditate conſiſtunt, conſiderare in hujusmodi pulſibus maxime eſt neceſſarium ad praecognitionem, ſic etiam eam quae in magnitudine et altitudine verſatur. Quod enim non contingat ex humilibus eſſe pulſibus eum qui quiete interſecatur, dictum eſt prius; ad quantam vero altitudinem perveniat, conſiderare convenit. Poteſt enim aliquis receſſiſſe quidem ab humilibus, adhuc tamen medius eſſe, vel paulo altior medio eſſe, non tamen habere perfectam altitudinem, quam ſi habeat, omnino annunciat natura ad criſim excitari; non tamen bonam hanc criſim fore omnino oſtendit, niſi et alios ſcopos habeat morbus ad bonam criſim, quos in tractatu de criſibus diximus; inter quos is eſt tum maximus tum tutiſſimus ſcopus qui a morbi concoctione ſumitur; poſt ipſum vero qui a laborantis robore; duos namque hos ſcopos in praecognoſcenda ſalute vel morte habendos eſſe didiciſti, fortitudinem inquam virtutis et concoctionem morbi; citra enim omne periculum tutiſſimeque ſe habent ipſi laborantes, ubi haec ambo

Ed. Chart. VIII. [318. 319.]

ἄμφω· ὀλεθριώτατα δὲ, ἔνθα μηδ' ἕτερον· ἐν τῷ μέσῳ δ', ὅταν θάτερον. αἱ δὲ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον αὐτῶν συζυγίαι καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἢ τὴν τοῦ θανάτου προσδοκίαν αὐξάνουσί τε καὶ μειοῦσιν. ὅπερ οὖν ἔλεγον, ὡς εἰς ἀμυδρότητα καὶ σφοδρότητα καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα τῶν μερῶν τῆς κινήσεως ἐν τοῖς τοιούτοις σφυγμοῖς σε βλέπειν ἐστὶ χρήσιμον, οὕτως καὶ τὸ μέγεθος αὐτῶν ὁρᾶν καὶ τὴν μικρότητα, καὶ μᾶλλόν γε ταπεινότητά τε καὶ ὕψος, εἰ καὶ μὴ χωρὶς τῶν ἄλλων διαστάσεων γένοιντο. διὰ τοῦτο οὖν οὐδ' ἐν ταῖς καταψυχούσαις ἱκανῶς εἰσβολαῖς τῶν παροξυσμῶν οἱ τοιοῦτοι φαίνονται σφυγμοί· ταπεινοῦνται γὰρ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ καὶ σμικρύνονται. τὰ μὲν οὖν ἐπείγοντα πρὸς τὰ τῆς τέχνης ἔργα τοῖς τὰς διεξόδους ἀναγινώσκουσιν εἴρηται.

Κεφ. κά. Νυνὶ δὲ πάλιν ἀναλαβόντες ἀπ' ἀρχῆς τὸν λόγον, ἐροῦμεν ὁπόσοι τέ εἰσιν οἱ κατὰ τὴν διαστολὴν τῆς ἀρτηρίας φαινόμενοι σφυγμοὶ, τίς τε καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐστι διάθεσις ὑφ' ἧς γίνεται, τίς τε ἡ πρόγνωσις ἐξ ἑκάστης αὐτῶν. ἐπιβάλλειν δέ σε βούλομαι κατὰ τὰς ἀρτηρίας τοὺς

adſunt; pernicioſiſſime, ubi neutrum; in medio, quando alterutrum. Dum autem haec magis vel minus inter ſe conjunguntur, ſpem quoque ſalutis, vel expectationem mortis, et augent, et minuunt. Quod igitur dicebam utile eſſe ut in languorem et vehementiam, cele[319]ritatem et tarditatem partium motionis in ejusmodi pulſibus inſpiceres; ita etiam magnitudinem ipſorum et parvitatem inſpicere expedit; et magis ſane humilitatem et altitudinem; etiam ſi non ſine aliis duabus dimenſionibus fiant. Propter hoc igitur nec in perfrigerantibus admodum invaſionibus paroxysmorum tales apparent pulſus, humiles enim hoc tempore et parvi redduntur. Ac ea quidem quae ad artis opera excitant, iis qui diexodos legunt, dicta ſunt.

Cap. XXI. Nunc vero rurſus ſermonem ab initio reſumentes, dicamus quot ſint pulſus qui in diaſtole arteriae conſpiciuntur; quaeque in ſingulis ipſorum ſit affectio a qua fiunt; et quae praecognitio ex ſingulis ipſis ſiat. Injicere autem te volo ſuper arterias digitos, qui molles ſint;

Ed. Chart. VIII. [319.]

δακτύλους ἁπαλοὺς ὄντας, οὔτ' ἐπιπολῆς ψαύοντας τήν γε πρώτην οὔτε θλίβοντας βιαίως. εἶτ' ἂν μὲν ἰσχυρῶς αἰσθάνῃ πληττόμενος ὑπὸ τῆς ἀρτηρίας διαστελλομένης, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐπιθλίβειν· ἐὰν δὲ αὐτὸ πράττοντος ἀναίσθητος ᾖ κίνησις γίγνηται, παντάπασιν ἐπιπολῆς ψαύειν. ἰσχυρὰν μὲν γὰρ ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν ὁ πρὸς τὴν θλῖψιν ἀντιβαίνων σφυγμὸς, ἀσθενῆ δὲ ὁ καταπίπτων τε καὶ νικώμενος. ἐνίους γοῦν εὑρήσεις μεγίστους, ἐπιπολῆς ψαυόντων, μικροὺς δ', εἰ θλίψαις, φαινομένους· ἐνίοτε δ' οὐδ' ὅλως ἔτι σωζομένους, ἀλλ' ἀπολλυμένους παντάπασιν. ὥστ' ἐκ τοῦ κατὰ τὴν θλῖψιν ποσοῦ τὸ ποσὸν τῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἀσθενείας τε καὶ ῥώμης διαγινώσκεσθαί σοι, μέγιστον ἀγαθὸν τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς ὑπάρχον. ἐὰν γοῦν ποθ' εὕρῃς ἐπ' ἀνθρώπου πυρετῶδες νόσημα νοσοῦντος ἅμα τοῖς τῆς πέψεως σημείοις ἰσχυρὰν τὴν δύναμιν, ἀκινδυνότητα τοῦτον ἔχειν ἴσθι, διὰ ταχέων δὲ λύεσθαι τὴν νόσον. ἐὰν δὲ ἰσχυρὰ μὲν ἡ δύναμις ᾖ, τῆς δ' ἐν τοῖς χυμοῖς πέψεως μηδὲν σημεῖον, ἐν χρόνῳ πλέονι νοσήσας σωθήσεται, μεμνημένων ἡμῶν, ἃ καὶ χωρὶς ἀναμνή-

primumque nec ſuperficietenus tangas, nec violenter premas; poſtea, ſi ipſos vehementer ab arteria, dum dilatatur, percuti ſentias, adhuc etiam magis comprime, ſi vero dum hoc facis, motus evadat inſenſilis, omnino ſuperficietenus tange. Validam etenim facultatem pulſus ille indicat, qui preſſioni reſiſtit, invalidam autem qui decidit et vincitur. Nonnullos igitur maximos eſſe comperies, ſi ſuperficietenus tangas; parvi tamen, ſi preſſeris, apparent; quandoque etiam nullo adhuc modo ſervantur, ſed penitus abolentur; ita ut ex preſſionis quantitate quantitas etiam tum imbecillitatis tum roboris facultatis tibi dignoſcatur; quod eorum, quae in pulſibus ſunt, maximum exiſtit bonum. Si ergo aliquando inveneris in homine febrili morbo laborante, una cum ſignis concoctionis validam facultatem, citra omne prorſus periculum hunc eſſe ſcito et cito morbum ſolutum iri. Si vero valida quidem fuerit facultas, nullum autem in humoribus ſignum concoctionis appareat, in tempore diuturniori aegrotaturus ſervabitur, recordantibus nobis ea quae etiam

Ed. Chart. VIII. [319.]

σεως τῆς ἐμῆς οἱ νοῦν ἔχοντες ἴσασιν, ὡς ἅπαντα τὰ κατὰ τὰς προγνώσεις λέγεται χωρὶς τοῦ τοὺς νοσοῦντας ἁμαρτεῖν, ἤ τινα βλάβην ἔξωθεν γενέσθαι. μεγάλην δὲ ἔφην ἔχειν ἰσχὺν ἐν τοῖς πυρετώδεσι νοσήμασι τὴν ῥώμην τῆς τὰς ἀρτηρίας κινούσης δυνάμεως, ἣν καὶ ζωτικὴν ὀνομάζομεν, ἐπειδὴ πολλάκις, ὅταν ὁ κίνδυνος ᾖ διὰ τὸ νευρῶδες γένος, οὐδὲν μέγα συμβάλλονται τῆς ζωτικῆς δυνάμεως ὁ τόνος· ἀλλ' ἐπισκεπτόμεθα τηνικαῦθ' ὅπως ἔχει ῥώμης ἡ ψυχικὴ δύναμις. ἄμεινον μὲν οὖν ἀμφοτέρας ἐρρῶσθαι καὶ πρὸς αὐταῖς γε τρίτην τὴν φυσικὴν ὀνομαζομένην, ἧς ἀρχὴ τὸ ἦπάρ ἐστιν· ὥσπερ τῆς μὲν ζωτικῆς ἡ καρδία, τῆς ψυχικῆς δ' ὁ ἐγκέφαλος. ἐπικρατεῖ δὲ καθ' ἕκαστον εἶδος νοσήματος εἰς τὸ τῆς προγνώσεως βέβαιον ἡ τῆς οἰκείας δυνάμεως τῶν πεπονθότων μορίων ῥώμη. τοῦ μὲν οὖν ἰσχυροῦ σφυγμοῦ τὸν τόνον, ὁποῖός τις ἐστὶ, θλίβων διαγνώσῃ, συνεμφαινομένου μὲν αὐτῷ καὶ τοῦ μεγέθους τῆς διαστολῆς ἀκριβῶς τε διαγινωσκομένου. βεβαία δὲ καὶ ἡ γνῶσις γίνεται τῶν μεγάλων σφυγμῶν, ἐξ ἐπιπολῆς ψαυόντων· ἴσθι δὲ μέγιστον σφυγμὸν ἐκεῖνον, ὃς ἂν κατὰ πολλὰ

fine mea admonitione ii qui mentem habent ſciunt; omnia ſcilicet quae ad praecognitiones ſpectant intelligi debere, ſi aegrotantes non erraverint, aut nulla noxa extrinſecus evenerit. Magnam vero dixi habere vim in morbis febrilibus robur facultatis arterias moventis, quam et vitalem nominamus, quandoquidem ſaepenumero, ubi periculum ſit ob nervoſum genus, non magnopere confert vitalis facultatis tenor; ſed tunc inſpicimus quomodo animalis facultas robore ſe habeat. Ac melius quidem eſt ambos valentes eſſe, et praeter ipſas tertiam, quae naturalis appellatur, cujus principium eſt jecur, quemadmodum ſane vitalis cor, animalis autem cerebrum. Principatum autem tenet in unaquaque morbi ſpecie ad praecognitionis ſtabilitatem robur ipſum propriae facultatis affectarum partium. Validi igitur pulſus tenorem, qualis ſit, premendo dignoſces, unaque cum ipſo magnitudo etiam diaſtoles apparet, exquiſiteque dignoſcitur, firma etiam magnorum pulſuum ſit cognitio, ſi ſuperficietenus tangas. Scito autem maximum pulſum illum eſſe quem ſecundum multas arteriae

Ed. Chart. VIII. [319.]

μέρη τῆς ἀρτηρίας ψαύῃ, ἤτοι μήκους, πλάτους καὶ βάθους· ὡς καὶ μακρὸν, ὃς ἂν κατὰ τὸ μῆκος ἐπικρατοῖ, καὶ πλατὺν, ὃς ἂν κατὰ τὸ πλάτος, καὶ ὑψηλὸν παραπλησίως, ὅταν κατὰ τὸ ὕψος· εἴρηται δὲ καὶ βάθος. ὥσπερ δ' ἐν ὅλῳ τῷ πρώτῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν ὑπὲρ τοῦ κατὰ τὴν συστολὴν αἰσθητοῦ τε καὶ ἀναισθήτου, οὕτως ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς κατὰ τὸ μέγεθός τε καὶ μικρότητα διαφορᾶς ἐπιδέδεικται, δεικνύντος μου παραβάλλειν χρῆναι τὸ ποσὸν τῆς κατὰ τὸν κύκλον διαστολῆς τῆς ἀρτηρίας, τὸ κατὰ τὸ περιὸν εὑρεῖν, καὶ ζητεῖν εἰς ὅσον ἐξαίρεται (C. ἐξαιρεῖται) μέγεθος ἀρτηρία εὐρυτάτη τῇ στενοτάτῃ (F. add. συμβαλλομένη V. L. collata). κατὰ ταὐτὸν οὖν κἀπὶ τῶν παίδων ἔνιοι τὸν σφυγμὸν εἶναι μικρὸν λέγουσι, οὐ τῇ κατὰ τὴν ἀρτηρίαν εὐρυχωρίᾳ παραβάλλοντες τὴν διαστολὴν, ἀλλὰ τῇ τῶν ἀκμαζόντων· ὡς ἐάν γε λογίσηταί τις, ὁπηλίκη κατὰ κύκλον οὖσα τῶν παίδων ἡ ἀρτηρία τὸν σφυγμὸν πηλίκον ἐργάζεται, γνώσεται ὅτι καλῶς ὁ Ἡρόφιλος ἔφη τὸν σφυγμὸν αὐτῶν ἱκανὸν εἶναι τῷ μεγέθει. δύο μὲν δή σοι ταῦτα γένη σφυγμῶν ἐν τῇ διαστολῇ

partes tangere poſſis, ſeu ſecundum longitudinem, latitudinem et profunditatem; ſicuti et longum, qui ſecundum longitudinem ſuperat; latum, qui ſecundum latitudinem, et altum ſimiliter, qui ſecundum altitudinem, quae et profunditas dicitur. Quemadmodum autem in toto primo de dignotione pulſuum libro de ſenſili ſyſtoles parte et inſenſili monſtratum eſt, ita etiam in ſecundo de differentia, quae in magnitudine et parvitate conſiſtit; ubi oſtendo quantitatem diaſtoles cum quantitate circuli arteriae comparandam eſſe, quo id quod quaeris invenias: nec quaerendum eſſe ad quantam magnitudinem adtollatur arteria latiſſima, anguſtiſſimae collata. Hac eadem ratione et in pueris nonulli dicunt pulſum eſſe parvum, diaſtolen non cum capacitate arteriae, ſed cum ea quae eſt vigentium, comparantes; nam ſi quantitatem circuli arteriae puerorum, et quantitatem pulſus eorum exiſtimet, is profecto noſcet Herophilum recte pronuntiaſſe, eorum pulſum ſatis magnum eſſe. Duo equidem tibi haec genera pulſuum in arteriae

Ed. Chart. VIII. [319.]

τῆς ἀρτηρίας ὑποπεσεῖται καθ' ὃν εἴρηται τρόπον ἐπιβάλλοντι τοὺς δακτύλους, τὸ μὲν ἕτερον ἐν ποσότητι μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους, τὸ δ' ἕτερον ἐν τῷ τῆς πληγῆς εὐτόνῳ. καὶ καλεῖν γ' ἔξεστί σοι τὸν ἰσχυρῶς πλήττοντα τὴν ἁφὴν ὅτῳ περ ἂν ἐθέλῃς ὀνόματι. καὶ γὰρ ἰσχυρὸν καὶ σφοδρὸν εὔτονόν τε καὶ ῥωμαλέον ὀνομάζων οὐδὲν βλάψεις τὰ τῆς τέχνης ἔργα. καλοῦμεν δ' ἡμεῖς αὐτὸν σφοδρὸν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐπόμενοι ὁμοίως σφυγμόν· καὶ ὅτι μάλιστα σύνθετός ἐστιν ἡ τῆς σφοδρότητος νόησις ἔξ ἰσχύος τε καὶ τόνου. ἐπεὶ δὲ τὸ προγινώσκειν ὀρθῶς οὐκ ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκριβοῦς γνώσεως γίνεται, χρήσθω μὲν ἕκαστος ὡς ἂν βούληται τοῖς ὀνόμασι, σπουδαζέτω δὲ τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιστήμην. ὥσπερ δὲ ὁ σφοδρὸς σφυγμὸς ἀεὶ ῥώμην ἐνδείκνυται δυνάμεως, οὕτως ὁ σκληρὸς ἤτοι τετάσθαι τὴν ἀρτηρίαν ἢ σκληρὰν γεγονέναι, εἰ μὴ ἄρα καὶ τὸ τεταμένον σῶμα φαίη τις ἐξ αὐτοῦ τετάσθαι γεγονέναι σκληρόν· οὕτως γὰρ ὁ σκληρὸς ἀεὶ δηλώσει τὴν κατάστασιν τοῦ χιτῶνος τῆς ἀρτηρίας ποιότητα. φαίνεται δ' οὖν ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ἐπὶ φλεγμοναῖς

diaſtole occurrent, ſi eo quo dictum eſt modo digitos injicias; alterum in quantitate longitudinis, latitudinis et profunditatis, alterum in percuſſionis tenore. Vocarique tibi licet eum qui fortiter tactum percutit quocunque voles nomine; nam ſi et fortem et vehementem, et tenore praeditum et robuſtum nomines, nihil artis opera laeſeris, vocamus autem et nos ipſum vehementem pulſum, ſuperiores ſecuti: etſi potiſſimum vehementiae notio ex fortitudine et celeritate eſt compoſita. Sed quoniam recta praecognitio non et nominum, ſed ex rerum exquiſita cognitione fit; nominibus quidem unusquisque ut velit utatur, in rerum autem ſcientiam ſtudium adhibeat. Quemadmodum autem vehemens pulſus ſemper robur indicat facultatis, ita durus vel tenſam eſſe arteriam, vel duram evaſiſſe; niſi forte quis dicat, et quod tenſum eſt corpus, ex eo quod tenſum ſit, durum evaſiſſe; ita enim durus pulſus ſemper indicabit qualitatem, quae in conſtitutione arteriae tunicae eſt. Apparet igitur talis pulſus ex phlegmonis,

Ed. Chart. VIII. [319.]
ἢ ἐμφράξεσιν ἢ πληρώσεσιν ἢ τάσεσι τῶν νευρωδῶν μορίων, ἢ ἐπὶ σκίῤῥοις οὐ μόνον τῶν νευρωδῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, ἐὰν ᾖ κύρια. καὶ γὰρ ἧπαρ καὶ γαστὴρ καὶ σπλὴν καὶ μήτρα τοιοῦτον ἐργάζονται τὸν σφυγμὸν, ὅταν σκιῤῥωθῶσι. γίνεται δὲ καὶ διὰ ψύξιν ἰσχυρὰν καὶ ξηρότητα, καὶ ὅταν γέ σοι κατὰ πρώτην εἴσοδον ὁ σφυγμὸς φανῇ τὸ μαλακὸν οὐκ ἔχων τῆς προσβολῆς τοιοῦτον ὁποῖον ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχει, τῶν εἰρημένων τι παθῶν ἐννόει κατὰ τὸν ἄνθρωπον εἶναι. διακρινεῖς δὲ τί ποτ' ἐστὶν ἔκ τε τῶν ἄλλων συμπτωμάτων καὶ τῶν προηγησαμένων αἰτίων, οἷον εἰ ψυχρὸν πόμα παρὰ τὸ ἔθος, ἢ ἐν ὕδατι ψυχρῷ διατριβὴ πολυχρόνιος, ἢ ἐν ἀέρι τοιούτῳ, καὶ μάλιστα μὴ προηραιωμένου τοῦ σώματος. ἀλλὰ καὶ δοῦλόν τις πλήξας τῇ χειρὶ, καὶ θλάσας τοῦ μέσου δακτύλου τὸν κατὰ τὸ πρῶτον ἄρθρον τένοντα, κατὰ συντυχίαν ἑτέρων αἰτίων ἐπύρεξεν. εὑρὼν δ' ἐγὼ τὸν σφυγμὸν αὐτοῦ σαφῶς ἐνδεικνύμενον τετάσθαι τὴν ἀρτηρίαν, ἰδὼν δὲ καὶ τὴν χεῖρα περιβεβλημένην ἐρίῳ, τί ποτ' ἐστὶ κατ' αὐτὴν ἠρόμην.

vel obſtructionibus, vel repletionibus, vel tenſionibus nervoſarum partium, vel ex ſcirrhis, non ſolum nervoſarum partium, ſed et aliarum, ſi principes ſint; etenim jecur et ventriculus et lien et uterus talem efficiunt pulſum, ubi ſcirrhum contraxerunt; fit etiam et propter validam refrigerationem et ſiccitatem. Et ubi ſane tibi in primo ingreſſu pulſus videatur talem occurſus mollitiem non habere, qualem, dum ſecundum naturam eſt, habet, aliquam ex praedictis affectibus in homine eſſe exiſtima. Discernes autem quinam ſit tum ex aliis ſymptomatibus tum ex cauſis quae praeceſſerunt, qualis eſt frigidus potus praeter conſuetudinem, vel diuturna in aqua frigida mora, vel in aëre tali, ac praeſertim non prius marefacto corpore. Sed et quidam, ubi ſervum manu percuſſiſſet, ac medii digiti tendonem, qui ad primum articulum eſt, contudiſſet, ex aliarum cauſarum concurſu febricitavit; ego vero, ubi ejus pulſum aperte indicare tenſam eſſe arteriam inveniſſem, manumque lana circumvolutam conſpexiſſem, quidnam

Ed. Chart. VIII. [319. 320.]

ὁ δὲ οὐδὲν ἔφη πρᾶγμα κατά γε τοῦθ' ὑπάρχειν αὐτῷ· πληγεὶς γὰρ ἐκ τοῦ πατάξαι τινὰ, κηρώτιον ἐπιτεθεικέναι σύνηθες αὐτῷ. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδεμίαν ἑτέραν αἰτίαν εὑρίσκων τῆς κατὰ τὸν σφυγμὸν τάσεως, ἐκέλευον ὑπαλλάξαι τὴν θεραπείαν τοῦ δακτύλου, καὶ χρῆσθαι τῇ πρὸς τὰ τοιαῦτα πάθη τῶν νεύρων ἀγωγῇ. καταφρονήσας δέ μου τῆς συμβουλῆς ὁ ἄνθρωπος ἐσπάσθη διὰ τῆς ἐπιούσης νυκτός. καὶ πλευριτικοῖς τε καὶ φρενιτικοῖς καὶ ὅσοις αἱ φρένες φλεγμαίνουσι σκληρὸς ὁ σφυγμὸς φαίνεται, τετάσθαι τὴν ἀρτηρίαν ἐνδεικνύμενος. ὥσθ' ὅταν ἀμφίβολος ᾖ τῶν παθῶν τούτων ἡ διάγνωσις ἔτ' ἀρχομένων, οὐ σμικρὰν ἕξεις μοῖραν ἐπὶ διάγνωσιν αὐτῶν ἐκ τῶν τοιούτων σφυγμῶν. εἰ δὲ πρὸς ἤδη νοσοῦντα χρονίως παραγένοιο νῦν πρῶτον εἰσαχθείς, ἐὰν ὁ σφυγμὸς αὐτοῦ φαίνοιτό σοι σκληρὸς, ἐπισκέπτου σκιῤῥουμένην ἤδη φλεγμονὴν σπληνός. ἐνδείξεται δ' αὐτὴν καὶ ἡ χροιὰ τοῦ προσώπου, καθάπερ γε κἂν ἧπαρ ᾖ τι τοιοῦτον πεπονθὸς, ἴδιον γὰρ ἑφ' ἑκατέρων τῶν σπλάγχνων γίνεται τὸ χρῶμα, τῷ τετριμμένῳ σαφῶς ἐνδεικνύμενον, ὃ πρότερον πέπονθεν.

eſſet in ipſa, interrogavi; ipſe vero nullam dixit rem in hoc ipſi ineſſe; percuſſus enim ex eo, quod quendam feriiſſet, ceratum ſibi familiare impoſuiſſe. Ego igitur nullam aliam cauſam inveniens tenſionis ipſius pulſus, juſſi ut curationem digiti immutaret, atque ea quae ad tales nervorum affectus convenit uteretur; at vir ille, negleeto meo conſilio, nocte ſequenti convulſus eſt. Phreniticis quoque et pleuriticis quibus ſeptum transverſum phlegmone laborat, durus pulſus apparet, tenſam eſſe arteriam indicans, quare ubi ambigua ſit horum affectuum adhuc incipientium dignotio, non parvam ex talibus pulſibus proportionem ad eos dignoſcendos habebis. Si vero ad diutius jam aegrotan[320]tem accedas, tum primum introductus es, ſi pulſus ipſius durus tibi videatur, obſerva lienis phlegmonem ſcirrhum jam contrahere; indicabit autem ipſam et color faciei, ſicuti ſi et jecur aliquo tali morbo ſit affectum, proprius enim ex utrisque viſceribus gignitur color, qui homini in arte verſato aperte indicat, utrum eorum affectum ſit.

Ed. Chart. VIII. [320.]

ἀλλ' οὐ νῦν ὁ περὶ τούτου λόγος· ὅσα γὰρ ἐκ σφυγμοῦ εἰς πρόγνωσίν ἐστι χρήσιμα, ταῦτα νῦν ἡμῖν πρόκειται διελθεῖν. ἐὰν οὖν ἴδῃς οὐ προτεθεαμένος τὸν ἄῤῥωστον ἐν πυρετώδει νοσήματι καθεστῶτα, χωρὶς τοῦ πεπονθέναι τὴν ἄνωθεν ἀρχήν, ἐπανελθόντος δὲ ὁ σφυγμὸς φαίνηται σκληρὸς, ἢ ὕδωρ ψυχρὸν οὗτος ἔπιεν ἢ ὀπώραν ψύχουσαν ἐν τῷ μεταξὺ χωρισθέντος σου προσηνέγκατο. ταυτὶ μὲν οὖν ἴσθι γενόμενα. σφοδρὸν δὲ ὅταν εὑρίσκῃς ὁμαλόν τε καὶ μέγαν σφυγμὸν, ἅμα τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας, μέγιστον τοῦτο σημεῖον εἰς σωτηρίαν τοῦ κάμνοντος ἔστω. τὸ γάρ τοι τοῦ τάχους ἢ τῆς βραδυτῆτος ἐπὶ τῶν οὕτως ἐχόντων οὐδὲν μέγα νῦν ἐνδείξεται πρὸς σωτηρίαν ἢ θάνατον· ἀλλὰ τὸ μὲν τάχος ἐπὶ θερμασίᾳ μείζονι γιγνόμενον εὕρῃς, τὴν βραδυτῆτα δὲ ἐπὶ ψύξει. ταυτὶ μὲν οὖν ἐν πυρετώδει νοσήματι κατὰ τὸν εἰρημένον σφυγμὸν οὐχ οἷόν τε γενέσθαι. τὸ τάχος δὲ συνεχέστατα γίνεται, καὶ τὰ πολλὰ δὲ ἐν τοῖς ἀκινδυνοτάτοις πυρετοῖς, ὧν εἰσὶ καὶ οἱ γνήσιοι τριταῖοι. μεγάλοι γάρ εἰσιν ἐπ'

Sed in praeſenti non eſt de hoc ſermo. Quaecunque enim ex pulſu ad praecognitionem ſunt utilia, haec nunc percurrere nobis eſt propoſitum. Si igitur laborantem inviſas non prius a te viſum, qui in febrili morbo conſtitutus ſit, ſine ſuperioris principii affectu, quum autem redieris, pulſus appareat durus, hic certe, dum tu abfuiſti, aquam frigidam potavit, vel autumnalem aliquem fructum refrigerantem ingeſſit. Atque haec quidem fieri ſolere ſcito. Vehementem vero quum invenias et aequalem et magnum pulſum, ſimulque arteriae tunicam ſecundum naturam habere, maximum hoc ſignum ad laborantis ſalutem ſit. Nam celeritas, vel tarditas in iis, qui ita habent, nihil effatu dignum nunc indicabit ad ſalutem, vel mortem. Verum celeritatem quidem ex caliditate majore fieri comperies, tarditatem ex refrigeratione. Atque haec quidem per febrilem morbum in praedicto pulſu fieri non poſſunt. Celeritas autem frequentiſſime ſit, ac magna ex parte in febribus periculo prorſus vacantibus, ex quibus ſunt et legitimae tertianae; magni enim ſunt in his pulſus et cele-

Ed. Chart. VIII. [320.]

αὐτῶν οἱ σφυγμοὶ καὶ ταχεῖς κατὰ τὴν ἀκμὴν τῶν παροξυσμῶν, γίνεται δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας. εἴρηται δὲ ἐν τοῖς περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν κατὰ τὸ τρίτον καὶ τοῦ δευτέρου τὰ πρῶτα περὶ τῆς τοῦ τάχους διαγνώσεως, ἐπιδεικνύντος μου σφαλλομένους τοὺς ἄνευ τοῦ συνεπιβλέπειν τὸ μέγεθος τῆς διαστολῆς ἐκ τοῦ χρόνου μόνου τῆς κινήσεως ἀποφαινομένους τι περὶ βραδυτῆτος ἢ τάχους σφυγμῶν· οὐ γὰρ ἁπλῶς ὁ ἐν ἐλάττονι χρόνῳ διαστελλομένης τῆς ἀρτηρίας γινόμενος σφυγμὸς ὠκύτερός ἐστι τοῦ πλέονι χρόνῳ διαστελλομένης ἀποτελουμένου· δυνατὸν γὰρ ἐν βραχυτάτῃ διαστολῇ, καίτοι μὴ ταχέως κινουμένης τῆς ἀρτηρίας, ὀλιγοχρόνιον γενέσθαι τὸν σφυγμόν· ὥσπερ αὖ πάλιν ἐν μεγίστῃ μὲν, ἀλλὰ κινουμένης ταχέως, πολυχρόνιον. ἄμεινον οὖν ἔφην εἶναι τῷ ῥοίζῳ τῆς κινήσεως προσέχειν, οὐ ποσότητι χρόνου τῆς ὅλης διαστολῆς. ὁ μὲν οὖν ταχὺς ἐπὶ πλήθει γίνεται θερμασίας, ἐῤῥωμένης δηλονότι τῆς δυνάμεως, ὁ δὲ βραδὺς ἐπὶ ψύξει· καὶ ὅταν γε βραδὺς ἅμα καὶ σμικρὸς καὶ ἄτονος ὁ σφυγμὸς ᾖ, πλησίον ἥκουσι θανάτου· μέμνησο δ' ἐν πᾶσι τοῖς οὕτω λεγομένοις

res in paroxyſmorum vigore, hocque fit ob caliditatis copiam. Dictum autem eſt in tertio de dignotione pulſuum et in primis partibus ſecundi de celeritatis dignotione; ubi oſtendo eos errare qui diaſtoles magnitudinem non conſiderantes, ex ſolo motionis tempore aliquid de tarditate, vel celeritate pulſuum pronuntiant, non enim abſolute pulſus, qui fit dum in minori tempore arteria dilatatur, eo ocyor eſt qui efficitur dum in majori tempore arteria dilatatur; fieri enim poteſt ut in breviſſima diaſtole licet non celeriter moveatur arteria, brevis temporis fiat pulſus; ſicuti rurſus in maxima quidem diaſtole, ſed celeriter arteria ſe movente, multi temporis. Satius igitur dixi eſſe ut motionis impetum, non quantitatem temporis totius diaſtoles adtendamus. Ac celer quidem ex caliditatis copia fit, valida nimirum exiſtente facultate, tardus autem ex refrigeratione. Et ubi ſane tardus ſimul et parvus et tenoris vacuus pulſus ſit, prope ad mortem veniunt. At in omnibus quae ita dicuntur, memento ejus differentiae qua

Ed. Chart. VIII. [320.]
τῆς κατὰ τὰς ἡλικίας διαφορᾶς· οὐ γὰρ μόνον φλεβοπαλία παιδικὴ γέροντι κακὸν, ἀλλὰ γεροντικὴ παιδί. δέκα γοῦν χρόνων τῶν πρώτων, ὡς Ἡρόφιλος ἐμέτρει τοὺς σφυγμοὺς, εἰ παιδίῳ γεννηθείη ποτὲ τὸ μεταξὺ δυο πληγῶν διάστημα, ψύξεως ἐσχάτης καὶ διὰ τοῦτο καὶ νεκρώσεώς ἐστι σημεῖον· ὥσπερεὶ γέροντι πάλιν παιδίων σφυγμὸς, ἐν ᾧ τῆς διαστολῆς ὁ χρόνος ἴσος ἐστὶ τῷ τῆς συστολῆς, ἐκπεπυρῶσθαι σημαίνει τὴν φύσιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδ' εἶδον ποτὲ, παιδίῳ δὲ πολλάκις ὁ τοιοῦτος ὤφθη σφυγμός. ὅ γε μὴν τοῦ γέροντος ὅταν οὕτω γένηται ταχὺς, ὡς τὸν μεταξὺ τῶν δυοῖν πληγῶν χρόνον διπλάσιον εἶναι τοῦ τῆς πληγῆς, ἔστι μὲν οὖν καὶ τοῦτο σπάνιον, ἀλλ' οὐ προσωτέρω γ' ἔτι προέρχεται· φθάνει γὰρ ἀποθνήσκειν. εἰς τοῦτο δ' ἀφικνούμενος, εἰς τὸν ἴδιον μὲν ἔρχεται τῆς τοῦ κάμνοντος ἡλικίας σφυγμὸν, ἐφεξῆς δὲ ἐπὶ τὸν ἀραιότερον. ἔνθα τις καὶ ἀπάτη γίνεται τοῖς ἀγυμνάστοις περὶ τοὺς σφυγμούς. ὅταν ὑπὸ θερμασίας παμπόλλης εἰς τάχος ἄμετρον ὡς πρὸς τὴν ἡλικίαν ὁ σφυγμὸς ἀφίκηται,

in aetatibus eſt. Non enim ſolum puerilis venarum ſaltus ſeni malus eſt, ſed etiam ſenilis puero. Decem igitur temporum, quemadmodum Herophilus metiebatur ipſos pulſus, ſi puerulo fiat aliquando ſpatium illud, quod inter duas eſt percuſſiones, refrigerationis extremae, et ob id etiam extinctionis eſt ſignum; ſicuti rurſus, ſi ſeni puerulorum pulſus, in quo tempus diaſtoles tempori ſyſtoles eſt aequale, accenſam eſſe naturam ſignificat. Sed hoc certe nunquam vidi. In puerulo autem ſaepe talis viſus eſt pulſus. Sane ſenis pulſus, ubi ita celer fiat, ut tempus quod inter duas eſt percuſſiones decuplo ſit majus tempore percuſſionis, eſt quidem et hoc rarum. Verum non ulterius adhuc procedit; prius enim moritur; ad hoc autem perveniens, ad eum quidem pulſum accedit qui aetatis laborantis proprius eſt, deinceps autem ad rariorem. Quo in loco quaedam etiam deceptio oritur iis qui circa pulſus non ſunt exercitati. Quando a caliditate permulta in celeritatem immoderatam, quatenus ad aetatem ſpectat, pulſus

Ed. Chart. VIII. [320.]

ξηρανθείσης ἐν τῇ τοιαύτῃ διαθέσει τῆς καρδίας εἰς τοσοῦτον ὡς καὶ θανατώδη δυσκρασίαν ἔχειν, ἀναγκαῖόν ἐστι τὴν θερμασίαν ταύτην ἐναποσβεσθῆναι τῇ κατὰ φύσιν· εἰκότως οὖν ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ βραδύτερος ὁ σφυγμὸς γίνεται, καί τις, ὡς ἔφην, δόξει πρὸς τὸ κατὰ φύσιν αὐτὸν ἐπανέρχεσθαι, καίτοι γε ὁδοιποροῦντα πρὸς νεκρώδη ψύξιν, οὐ γεροντικὴν κρᾶσιν. ὅ γε μὴν διορισμὸς τῶν τε πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανερχομένων σφυγμῶν καὶ τῶν ἐπὶ θάνατον ἰόντων οὐ χαλεπός. ἀμυδρότερος γὰρ τοῦ ἔμπροσθεν ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῶν ὀλεθρίως ἐχόντων ἀποτελεῖται σφυγμός. καὶ τούτῳ μάλιστα πρόσεχε τῷ γνωρίσματι κατὰ τὰς ἀμφιβόλους ἁπάσας διαθέσεις, μὴ τρεῖς ἢ τέτταρας μόνας διαστολὰς τῆς ἀρτηρίας σκοπούμενος, ἀλλ' ὅταν ἐν τοσαύταις ἀμυδρὸς ᾖ, περιμένων ἑτέρας. ὁρᾶται γὰρ ἔσθ' ὅτε ὁ πέμπτος ἢ ὅ στ' ἐπ' αὐταῖς εὔτονος· ὅπερ ὅταν εὑρήσεις, γίνωσκε τὴν δύναμιν οὐ κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἀῤῥωστοῦσαν, ἀλλ' ὑπὸ πλήθους ἢ ἐμφράξεως ἢ θλίψεως ἢ τινος ὅλως στενοχωρίας ἢ βάρους κωλυομένην εὐῤῥώστως κινεῖ-

pervenerit, corde in tali affectione adeo exiccato, ut et lethalem intemperiem habeat, neceſſe eſt hanc ipſam caliditatem extingui una cum ea quae ſecundum naturam eſt. Jure ergo hoc tempore tardior ipſe pulſus fit. Ac aliquis, ut dicebam, opinabitur ipſum ad naturalem ſtatum redire; quamvis ad mortiferam refrigerationem iter habeat, non ad ſenſilem temperaturam. At certe diſtinguere pulſus qui ad naturalem ſtatum redeunt ab iis qui ad interitum tendunt haud difficile eſt, languidior enim priore ſemper magis ac magis efficitur pulſus eorum qui pernicioſe ſe habent. Et huic praecipue notae mentem adhibe in ambiguis omnibus affectionibus, non tres, aut quatuor ſolas arteriae diaſtolas conſiderans, ſed ubi in tot diaſtolis languidus fuerit, alias expectans, conſpicitur enim interdum quintus vel ſextus poſt ipſas tenore praeditus, quod quum inveneris, ſcito facultatem non ex ſua ipſius ratione infirmam eſſe, ſed a multitudine, vel obſtructione, vel compreſſione, vel aliqua omnino anguſtia, vel gravitate prohiberi ne valide movea-

Ed. Chart. VIII. [320.]

σθαι, παραπλησίως τοῖς ἰσχυροῖς ἀνθρώποις, ἐπειδὰν ἤτοι γ' ἐμποδίζωνται διὰ δεσμῶν ἢ ὑπὸ μεγεθῶν φορτίου βαρύνωνται. καὶ ὅταν γε τὴν μίαν ἐκείνην διαστολὴν εὐτονόν τε καὶ ὑψηλὴν ποιῆται, γίγνωσκε τηνικαῦτα πρὸς τὴν τῶν λυπούντων ἔκκρισιν ἐπεγειρομένην τὴν φύσιν. ἐὰν μὲν οὖν ἱκανῶς ἰσχυρὸς ὁ ε' ἢ στ' παρεμπίπτῃ σφυγμὸς ἅμα τοῖς διὰ τῶν οὔρων φαινομένοις τῆς πέψεως σημείοις, ἐγχωρεῖ σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον· ἐὰν δὲ χωρὶς πέψεως ἐπὶ τὴν ἔκκρισιν ἡ φύσις ἐξορμήσῃ, τεθνήξεται κρινόμενος. ἐν περιπνευμονίαις δὲ μάλιστα τοιοῦτοι φαίνονται σφυγμοί· λέγω δ' οὐ τὴν κατὰ σφοδρότητα καὶ ἀμυδρότητα μόνην ἀνωμαλίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα. καὶ χρὴ διδόναι πλέον ὀξιμέλιτος αὐτοῖς, ὀξυτέρου τὴν κρᾶσιν, ἅμα τοῖς ἄλλοις ὅσα χωρὶς τοῦ τὸν πυρετὸν ἐξάπτειν τέμνει τάχος χυμῶν. ὑπὸ τοιούτων γὰρ αἱ πλησίον τῆς καρδίας ἀρτηρίαι φραττόμεναι τοὺς ἀνωμάλους ἐργάζονται σφυγμούς, οὐ μόνον τὴν συστατικὴν ἀνωμαλίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ μίαν

tur, quemadmodum accidit fortibus hominibus, ubi vel a vinculis impediantur, vel ab oneris magnitudine graventur. Et ubi unam illam diaſtolen tum tenore praeditam tum altam faciat, ſcito tunc naturam ad noxiorum humorum excretionem excitari. Quum ergo ſatis fortis quintus vel ſextus intercurrat pulſus, una cum ſignis concoctionis per urinas apparentibus, poterit ſervari homo, ſi vero ſine concoctione natura ad excretionem impetum fecerit, morietur dum judicatur. In peripneumoniis autem praecipue tales videntur pulſus, dico ſane non ſecundum eam ſolum inaequalitatem quae in vehementia et languore, ſed et ſecundam eam quae in magnitudine et parvitate, celeritate et tarditate conſpicitur. Dandumque eſt ipſis multum oximelitis, quod acidiori ſit temperamento, una cum aliis, quaecunque febrem minime accendendo craſſitudinem humorum incidunt. Quum enim arteriae, quae cordi vicinae ſunt, ab hujusmodi humoribus obſtruantur, pulſus efficiunt inaequales, non ea ſolum inaequalitate quam ſyſtema-

Ed. Chart. VIII. [320.]

διαστολήν· ὑπὲρ ἧς εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν, ἀλλὰ καὶ νῦν ἀναμνήσομεν ὑμᾶς αὐτούς. ὡς περὶ τῶν ἐν εἰσβολαῖς πυρεκτικῶν παροξυσμῶν καὶ ἀναβάσεσι συνεδρευόντων σφυγμῶν ὄντος ἡμῖν τοῦ λόγου, καὶ τῶν ἀνωμαλιῶν ἐμνημονεύσαμεν, ὅσαι γίνονται πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα καὶ σφοδρότητα καὶ ἀμυδρότητα.

Κεφ. κβ'. Ἡ δὲ διὰ τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας διαφορὰ σφυγμῶν, καθ' ἣν ὅ τε μαλακὸς καὶ ὁ σκληρὸς εὑρίσκονται, κατ' οὐδέτερον τῆς ἀνωμαλίας φαίνεται. λέγω δὲ οὐδέτερον, τό τε ἐν ἀθροίσματι πολλῶν ἐφεξῆς σφυγμῶν καὶ τὸ καθ' ἕνα μόνον. ὅμως γε μὴν διὰ τὸν χιτῶνα σκληρυνθέντα γίνεταί τις ἀνωμαλία κατὰ διαφέροντα μόρια τῆς ἀρτηρίας, ὅταν ᾖ τε χρεία τῆς γενέσεως τῶν σφυγμῶν ἐπείγη καὶ ἡ δύναμις εὔῤῥωστος ᾖ. βιαζομένης μὲν γὰρ αὐτῆς διαστέλλειν τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας ὄντα σκληρὸν, ὁ κλονώδης ἀποτελεῖται σφυγμός.

ticam collectivam vocant, ſed ea etiam quae in una eſt diaſtole, de qua dictum quidem jam et ſupra eſt, ſed et nunc quoque vobis ipſius mentionem faciemus, ſicuti ſane, dum ſermo nobis erat de pulſibus qui invaſionibus febrilium paroxyſmorum et incrementis aſſident, mentionem etiam earum inaequalitatum fecimus quaecunque ſaepenumero in talibus temporibus fiunt ſecundum magnitudinem et parvitatem, celeritatem et tarditatem, vehementiam et languorem.

Cap. XXII. Differentia autem pulſuum propter arteriae tunicam eveniens, ſecundum quam mollis et durus pulſus inveniuntur, in neutro genere inaequalitatis apparet. Dico autem neutrum, tum id quod in collectione multorum deinceps pulſuum conſpicitur tum id quod in uno ſolum pulſu, verumtamen propter tunicam induratam fit quaedam inaequalitas in diverſis arteriae partibus, quando tum uſus generationis pulſuum urgeat tum facultas robuſta ſit. Dum enim ipſa cogitur dilatare arteriae tunicam, quae dura ſit,

Ed. Chart. VIII. [320. 321.]

ὁ δ' αὐτὸς οὗτος γίνεταί ποτε καὶ δίκροτος, ὅταν τὸ φαινόμενον μέρος τῆς ἀρτηρίας, ἅτε μὴ βαρυνόμενον ὑπὸ τῶν ἐπικειμένων σωμάτων, εἰς ὕψος ἀρθῇ πρότερον, ὑπὸ δὲ τῶν ἑκατέρωθεν αὐτοῦ βραδυνόντων περὶ τὴν ὁδὸν ἐκείνων ἀντισπασθῇ πάλιν εἴσω διὰ τὴν σκληρότητα τοῦ χιτῶνος, εἶτ' αὖθις συνανενεχθῇ. διὸ καὶ μάλιστα φαίνεται γινόμενος ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ἐφ' ὧν τὸ μῆκος συνῄρηται· μακροῦ δ' ὄντος αὐτοῦ δίκροτος ὁ σφυγμὸς οὐδέποτε ὤφθη, καθάπερ οὐδ' ὁ κλονώδης βραχέος. ὁ γάρ τοι κλονώδης ἔοικε τῇ τῶν ἀκοντίων καὶ ῥάβδων φορᾷ, κατὰ τὰ σμικρὰ μόρια τῆς ἀρτηρίας οὕτως κινουμένων. κλονώδης δ' ὑποπίπτει σφυγμὸς ἤτοι τοῖς τέτταρσι δακτύλοις ἢ πάντως γε τοῖς τρισίν· ὅταν δὲ εἷς ἢ δύο μόνον αἰσθάνωνται δάκτυλοι τῆς κινήσεως, ἡ τῶν ἑκατέρωθεν μερῶν τῆς ἀρτηρίας ἀνωμαλία λανθάνει· πρὸς τούτῳ δὲ καὶ τὸ μηδ' ἀντισπᾶσθαι τὸ φθάσαν ἀναφέρεσθαι μέρος ὑπὸ τῶν βαρυνόντων συμβαίνει. πάντα γὰρ ὁμοίως ἔκκειται, πάνθ' ὁμοίως ἠλευθέρωται τοῦ βάρους τῶν ἐπικει-

vibratus effiicitur pulſus, hic autem ipſe fit quandoque etiam [321] dicrotus, quando ea arteriae pars quae appareret, quippe quae ab incumbentibus corporibus non gravetur, in altitudinem elevata prius fuerit, ab iis autem, quae ab utroque ipſius latere ſitae ſunt, in itinere tardantibus, retrahatur rurſus intro propter tunicae duritiem, poſtea rurſus ſimul elevetur. Ideoque in iis praecipue fieri conſpicitur tales pulſus in quibus prolixitas contracta eſt, quum vero longa ipſa eſt, dicrotus pulſus nunquam viſus eſt; quemadmodum neque vibratus, ubi brevis ipſa eſt. Etenim vibratus ſimilis eſt jaculorum et virgarum vibratui, quum per exiguas particulas arteria ita movetur, ſubjicitur autem pulſus vibratus, vel quatuor digitis, vel omnino tribus; quando autem unus, vel duo tantum digiti motionem ſentiunt, tunc inaequalitas partium arteriae, quae utrinque ſunt, latet; praeter hoc etiam evenit ut pars quae prius adtollebatur, a gravantibus non revellatur; omnes enim ſimili modo liberatae ſunt a gravitate incum-

Ed. Chart. VIII. [321.]

μένων σωμάτων. ἅτε οὖν ἐνδεικνύμενος ὁ σφυγμὸς οὗτος καὶ ῥώμην δύναμεως καὶ πλῆθος θερμασίας, εἰκότως ἐνίοτε κρίσιν ἐσομένην ἀγγέλλει· καὶ ὅσῳ γ' ἂν μᾶλλον ᾖ κλονώδης, τοσούτῳ μᾶλλον ἔλπιζε τὴν κρίσιν· πότερον δ' ἀγαθὴν ἢ κακὴν, ἀεὶ γὰρ τούτου μέμνησο, διὰ δὲ τῆς περὶ κρίσεων πραγματείας μαθήσῃ. κυριώτατον δ' ἐν αὐτοῖς ἐστιν ἡ πέψις τῶν νοσοποιῶν χυμῶν, ἔν γε τοῖς πυρετώδεσι νοσήμασι· καὶ γὰρ καὶ τούτου μέμνησο διαπαντὸς, ὡς εἰς τὰ τῆς ἄνωθεν ἀρχῆς νοσήματα πέψις τῶν κατὰ τὰς φλέβας χυμῶν οὐδὲν μέγα συμβάλλεται. τὸν μὴν ἐπ' ἐκείνοις κίνδυνον ὅπως χρὴ προγινώσκειν, ἔν τε τοῖς εἰς τὸ προγνωστικὸν ὑπομνήμασιν ἔχεις κἀν τοῖς περὶ κρίσεων εἰρημένοις. ἐκ σφυγμῶν δὲ τοσοῦτον εἰς τὴν ἐκείνων τῶν νοσημάτων διάγνωσίν τε καὶ πρόγνωσιν ὄφελος, ὅσον ἐκ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ λαβεῖν ἐστι, καὶ λέλεκταί μοι πρόσθεν ὑπὲρ αὐτῶν· ἔστι δέ τις τῷ κλονώδει σφυγμῷ κατὰ μὲν τὴν ἐν διαφέρουσι μορίοις ἀνωμαλίαν ὁμοιότατος, ἐναντίος δὲ κατὰ τὴν τοῦ χιτῶνος ποιότητα.

bentium corporum. Quum ergo hic pulſus et robur facultatis et copiam caliditatis indicet, jure aliquando criſim futuram nuntiat; et quo magis utique fuerit vibratus eo etiam magis criſim ſperato; utrum autem bonam, vel malam, ſemper enim hujus eſto memor, ex tractatione de criſibus addisces. Principaliſſimum autem in ipſis eſt concoctio morbificorum humorum in febrilibus morbis; etenim et hujus etiam perpetuo eſto memor, quandoquidem ad ſuperioris principii morbos concoctio humorum qui ſunt in venis non magnopere conducit. Periculum ſane quod ex ipſis imminet, quomodo praecognoscere oporteat, tum in commentariis in prognoſticum tum in iis quos de criſibus ſcripſimus, habes. Ex pulſibus autem tantum utilitatis ad eorum morborum tum dignotionem tum praecognitionem, quantum ex duro et molli capi poteſt dictumque a me ſuperius de ipſis eſt. Eſt autem quidam vibrato pulſui, ſecundum quidem eam inaequalitatem quae in diverſis particulis verſatur, ſimillimus; contrarius autem ſecundum tunicae qualitatem; vibra-

Ed. Chart. VIII. [521.]
σκληρὸς μὲν γὰρ ὁ κλονώδης, οὐ σκληρὸς δ' ἐκεῖνός ἐστιν, ἀλλ' ἔτι καὶ τοῦ κατὰ φύσιν αὐτοῦ μαλακώτερος. ὀνομάζομεν δὲ αὐτὸν κυματώδη, διότι κύμασιν ἐοικυῖαν ἔχει τὴν ἀνωμαλίαν. φαίνεται δὲ ἐνίοτε μὲν εὔτονος μετρίως, ἐνίοτε δὲ τῶν εὐτόνων τε καὶ ἀσθενῶν μεταξύ. εἴρηται δὲ ὅτι τὸν εὔτονον σφυγμὸν σφοδρὸν ὀνομάζομεν, τοῖς ἔμπροσθεν ἑπόμενοι, ὥσπερ καὶ τὸν ἄτονον ἀμυδρόν. οὗτος οὖν ὁ σφυγμὸς ὁ κυματώδης ἱδρῶτα τὸ ἐπίπαν ἀγγέλλει, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ περ ἂν ᾖ μαλακώτερος μὲν, οὐκ ἄτονος δέ. παρεμπίπτοντος δ' αὐτῷ τοῦ ὑψηλοῦ, βεβαιότατον ἕξεις ἱδρῶτος σημεῖον. ἀεὶ γὰρ οὗτος σημαίνει τινὰ ἔκκρισιν, μετὰ μὲν τοῦ κυματώδους ἢ ἁπλῶς μεγάλου, οὐ μὴν σκληροῦ, κρισίμων ἱδρώτων· μετὰ δὲ τοῦ κλονώδους ἢ ἁπλῶς σκληροῦ καταμηνίων μᾶλλον ἢ αἱμορῥαγίας ἐκ ῥινῶν, ἢ δι' αἱμορῥοΐδος, ἢ γαστρὸς ἐκταραχθείσης. ἥτις δὲ τῶν ἐκκρίσεων ἔσται μᾶλλον, ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς περὶ κρίσεων διορίζου. ὅταν δὲ ὁ κυματώδης οὗτος σφυγμὸς ἀμυδρὸς ᾖ, σκωληκίζων γίνεται,

tus enim durus eſt, ille vero non durus, imo et eo etiam ipſo qui ſecundum naturam eſt mollior exiſtit; nominamus autem ipſum undoſum, propterea quod undis ſimilem habet inaequalitatem; apparet autem interdum quidem tenore praeditus moderate, interdum vero inter tenore praeditos et imbecillos medius. Dictum vero eſt quod tenore praeditum pulſum vehementem nominamus ſuperiores ſecuti, quemadmodum et tenoris vacuum languidum. Hic igitur pulſus, undoſus inquam, ſudorem ut plurimum nuntiat; ac tanto magis quanto mollior quidem fuerit, non tamen tenoris vacuus. Si vero ipſi intercurrat altus, firmiſſimum habetis ſignum ſudoris. Semper enim aliquam excretionem ſignificat; cum undoſo quidem, vel abſolute magno, non tamen duro, criticorum ſudorum; cum vibrato autem, vel abſolute duro, menſtruorum potius, vel eruptionis ſanguinis e naribus, vel per haemorrhoidas, vel alvo exturbata; quaenam vero excretionum futura ſit, ex iis quae in libris de criſibus ſcripta ſunt discerne. Quando autem undoſus hic pulſus languidus fuerit, vermiculans

Ed. Chart. VIII. [321.]

τὴν ὀνομασίαν εἰληφὼς ταύτην ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν . . . ὁμοιότητος τῆς πρὸς σκώληκα. τρεῖς γὰρ τούτους σφυγμοὺς οἱ πρὸ ἡμῶν παρωνόμασαν ζώοις, δορκαδίζοντα, σκωληκίζοντα καὶ μυρμηκίζοντα, διὰ τὸ τῆς κινήσεως ὅμοιον οὕτω θέμενοι τὰς προσηγορίας. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ δορκαδίζοντος ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου δεδήλωται· περὶ δὲ τοῦ σκωληκίζοντος ἄρτι λελέξεται, διότι μικρότερος μέν ἐστι τοῦ κυματώδους, ἀμυδρὸς δὲ ἀεί, καὶ διὰ τοῦτο μεταπίπτει ῥᾳδίως εἰς τὸν μυρμηκίζοντα, τελειοτάτην ἀῤῥωστίαν δυνάμεως ἐνδεικνύμενον, ὥσπερ γε καὶ ὁ κατὰ τὸ πρότερον μόριον τῆς ἀρτηρίας τὴν κίνησιν ἔχων προτέραν, φαινομένην ὡς θηριδίου διέρποντος. ἀλλὰ τούτῳ γ' οὐδὲν ἴδιον ἐξαίρετον ὄνομα τίθεται. γίνεται δ' οὖν καὶ αὐτὸς ἀσθενούσης τῆς δυνάμεως, καὶ εἰ μὴ φθάσει ῥωσθῆναι, μεταπίπτει ῥαδίως εἰς τὸν μυρμηκίζοντα, πάντων σφυγμῶν ἀμυδρότατον καὶ μικρὸν ὄντα, καὶ τοῦτο καὶ χείριστον, ὡς ἀῤῥωστίαν δυνάμεως οἰκείαν ἐνδεικνύμενον, οὐ διὰ πλῆθος βαρῦνον ἢ θλίψιν ἢ ἔμφραξιν. ἔστω δέ σοι μέγιστον γνώρισμα

fit, nomenclaturam hanc adeptus a ſimilitudine quam cum greſſu vermis habet. Tres enim hos pulſus ſuperiores medici ab animalibus denominarunt, caprizantem, vermiculantem et formicantem, ob motionis ſimilitudinem ita appellationem imponentes. Sed de caprizante quidem in fine ſermonis oſtendetur. De vermiculante autem mox dicetur, propterea quod minor quidem eſt undoſo, languidus autem ſemper, et propter hoc facile tranſit in formicantem, vires ſummopere imbecillas eſſe indicantem; quemadmodum et ille qui in priori arteriae particula priorem motionem habet, quae tanquam beſtiolae perreptantis eſſe videatur; verum huic nullum proprium ac peculiare nomen poſitum eſt; fit igitur ipſe imbecilla exiſtente facultate, ac niſi prius ea roboretur, tranſit facile in formicantem omnium pulſuum languidiſſimum et minimum, ideoque etiam peſſimum; ut qui imbecillitatem facultatis propriam indicet, non ob copiam gravantem, vel compreſſionem, vel obſtructionem. Eſto autem tibi maximum indicium ad diſcernendum,

Ed. Chart. VIII. [321.]

πρὸς διορισμὸν δυνάμεως ὑπὸ θλίψεως ἢ ἐμφράξεως ἢ πλήθους ἀδυνατούσης ἐξαίρειν εἰς μέγεθος τὴν ἀρτηρίαν ἡ κατὰ τὴν ὁμαλότητα καὶ ἀνωμαλίαν διαφορά. διὰ μὲν γὰρ τὸν ἴδιον λόγον ἀῤῥωστούσης αὐτῆς, ὁμαλὸς ὁ σφυγμὸς διαμένων κατὰ πάσας ἐφεξῆς τὰς διαστολάς· ὑπ' ἄλλης δ' αἰτίας ἐμποδιζόμενος κινεῖσθαι τὴν κατὰ φύσιν κίνησιν, κίνησις ἀνώμαλος γίνεται. ὅ γε μὴν σκωληκίζων καὶ πολὺ μᾶλλον ὁ μυρμηκίζων οὐδ' ὥφθησάν ποτε τὴν συστηματικὴν ἀνωμαλίαν ἀνώμαλοι δι' οἰκείαν ἀῤῥωστίαν δυνάμεως γινόμενοι. καθάπερ γε καὶ ὁ φαντασίαν ἐκπέμπων θηριδίου διέροντος· ὁποῖον ἐχρῆν διαφαίνεσθαι τὸν σφυγμὸν, εἰ τὸ παρὰ καρδίας ἐπιπεμπόμενον πνεῦμα, διὰ τῶν ἀρτηριῶν φερόμενον, αἴτιον ἐγίγνετο τῆς διαστολῆς. ἐδείχθη δὲ ὅτι δυνάμεως, οὐχ ὕλης πνευματικῆς, ἀπὸ τῆς καρδίας διάδοσις γίνεται τῶν χιτώνων τῶν ἀρτηριῶν· καὶ ταύτης ἅπασαι μεταλαμβάνουσαι παραπλησίως τῇ καρδίᾳ διαστέλλουσιν ἑαυτὰς, ἕλκουσαι πανταχόθεν ὅθεν ἂν δύνωνται τὸ πληρῶσον αὐτῶν τὴν διαστολήν. ὡς δὲ Ἐρασίστρατος ἔλεγεν, ὁ σφυγμὸς γίνεται φορᾷ τοῦ παρὰ καρδίας ἐπιπεμ-

quando facultas prae compreſſione, vel obſtructione, vel copia non poſſit arteriam in magnitudinem elevare, ipſa ſcilicet ſecundum aequalitatem et inaequalitatem differentia, nam ubi ipſa ob propriam rationem infirma eſt, pulſus ipſe aequalis permanet per omnes deinceps diaſtolas: ubi vero ab alia cauſa impeditur quin motu ſecundum naturam moveatur, motio inaequalis fit. Sane vermiculans et multo magis formicans nunquam viſi ſunt collectiva inaequalitate inaequales ob propriam imbecillitatem facultatis fieri, quemadmodum certe et qui imaginem refert beſtiolae perreptantis; qualem pulſum apparere oportebat, ſi qui a corde immittitur ſpiritus, dum per arterias fertur, cauſa fuiſſet diaſtoles. Oſtenſum autem eſt facultatis, non materiae ſpirituoſae a corde per arteriarum tunicas diſtributionem fieri, et hujus omnes dum participes fiunt, eodem modo quo cor ſe ipſas dilatare, trahentes undequaque, unde utique poſſunt, quod ipſarum diaſtolen ſit repleturum Ut Eraſiſtratus autem dicebat, pulſus fit, quum ſpiritus qui a

Ed. Chart. VIII. [321.]

πομένου πνεύματος διὰ τῶν ἐν ταῖς ἀρτηρίαις κοιλοτήτων. ὄντων δὲ ζ καὶ κ σφυγμῶν κατὰ τὸ ποσὸν τῆς διαστολῆς, εἷς ἐξ αὐτῶν, ὃς ἂν ἐλάχιστος ᾖ, μυρμηκίζων ὀνομάζεται. συμβέβηκε δ', ὡς ἔφην, αὐτῷ καὶ ἀμυδροτάτῳ πάντων εἶναι σφυγμῶν, καὶ δι' αὐτό γε τοῦτο καὶ μικροτάτῳ· καὶ διότι μικρότατός ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ πυκνότατος γίνεται. τῆς γὰρ δυνάμεως ἀῤῥωστούσης ἐσχάτως, ἐλαχίστη κατὰ τὰς τρεῖς διαστάσεις ἡ διαστολὴ γίνεται, συναιρουμένου τοῦ μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους αὐτῆς εἰς ἐλάχιστον. εἴρηται δὲ ἡ αἰτία δι' ἣν ἐν τοῖς μικροῖς σφυγμοῖς τοὐπίπαν ἕπεται πυκνότης, ὡς διὰ τὸ κατά τε τὴν δύναμιν καὶ τὴν χρείαν τῶν ὀργάνων ἐλλιπές. ὥσπερ δὲ ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον οὐκ ὀλίγη ἡ διαφορὰ κατὰ τὸν μικρὸν γίνεται σφυγμὸν, οὕτως καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους ἓξ καὶ κ, ὑπὲρ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρήσεται.

Κεφ. κγ'. Νυνὶ δὲ προσθῶμεν τοὺς κατὰ μίαν διαστολὴν σφυγμοὺς, ἐν διαφέρουσι δὲ μορίοις τῆς ἀρτηρίας τὴν ἀνωμαλίαν ἔχοντας. ὧν εἰσι καὶ οἱ μύουροι καλούμενοι, κατὰ

corde imittitur per arteriarum cavitates fertur. Quum autem pulſus ſecundum diaſtoles quantitatem ſint ſeptem et viginti, unus ex ipſis, qui utique minimus ſit ſecundum tres dimenſiones, formicans nominatur; huic autem accidit ut et languidiſſimus omnium pulſuum ſit, ob idque ipſum minimus; et quia minimus eſt, idcirco etiam frequentiſſimus efficitur. Quum enim facultas extreme invalida ſit, minima ſecundum tres dimenſionem diaſtole fit, ipſius nimirum longitudine, latitudine et profunditate in minimum contractis. Dicta etiam eſt cauſa propter quam pulſus parvos ut plurimum crebritas comitetur, nimirum ob inſtrumentorum defectum, habita ratione ad facultatem et uſum. Quemadmodum autem in parvo pulſu non exigua ſecundum magis et minus exiſtit differentia, ita etiam et in aliis ſex et viginti, de quibus paulo inferius dicetur.

Cap. XXIII. Nunc autem addamus pulſus qui in una diaſtole, ſed in differentibus arteriae particulis inaequalitatem habent; inter quos ſunt et qui myuri vocantur, quaſi

Ed. Chart. VIII. [321. 322.]

μὲν τὸ πλησιέστερον τῆς καρδίας μέρος εἰς ὄγκον ἐξηρμένην τὴν διαστολὴν ποιούμενοι, κατὰ δὲ τὰ πόρρω μεμειωμένην· ὥστε τριῶν ἐπιβεβλημένων αὐτῇ δακτύλων, ὅσῳ τοῦ πρώτου δακτύλου κατὰ τὸν δεύτερον ἡ κίνησις ἐλάττων φαίνεται καὶ πλάτει καὶ βάθει, τοσούτῳ τοῦδε κατὰ τὸν τρίτον, ἐκλυομένου δηλονότι τοῦ τόνου τῆς κινούσης τὴν ἀρτηρίαν δυνάμεως, ἣν ἡ καρδία χορηγεῖ ἅπάσαις αὐταῖς. ἐνίοτε δὲ παραπλησίως μὲν ὑποπίπτει τοῖς ἐπιβεβλημένοις δακτύλοις ὁ σφυγμός, ἀλλ' ἡ δευτέρα κίνησις τῆς πρώτης ἀμυδροτέρα φαίνεται, καὶ μετ' αὐτὴν ἡ τρίτη πάλιν ἀμυδροτέρα τῆς δευτέρας, εἶθ' ἑξῆς ἡ τετάρτη καὶ πέμπτη, καὶ πᾶσαι κατὰ τὸ ἑξῆς ἀφαιροῦσι μέχρις ἂν εἰς ἀκινησίαν ἀφίκωνται τελείαν ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν. εἶτ' ἀράντων τοὺς δακτύλους, καὶ βραχὺ διαλειπόντων ἐπιτιθέντων τε πάλιν, αἴσθησις γίνεται κινήσεως. ἐνίοτε δὲ καὶ χωρὶς τῆς ἄρσεως αὐτῶν ἐπανέρχεται πάλιν ἡ κίνησις, ὡς αἰσθητὴν γίγνεσθαι. συμβαίνει δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα περὶ τοὺς σφυγμοὺς διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως, μὴ φερούσης αὐτῆς τὴν ἐπιβολὴν τῶν δακτύλων, ἀλλ' ὡς

muricandas dixeris; alii decurtatos interpretantur; in parte quidem quae cordi propinquior eſt diaſtolen in tumorem elevatam facientes, in longinquis autem imminutam, ita ut tribus injectis ipſi digitis, quanto primi digiti ad ſecundum motio minor apparet et latitudine et profunditate, tanto hujus ad tertium; nimirum quod tenor facultatis arteriam [322] moventis, quam cor univerſis ipſis ſuppeditat, exolvatur. Interdum autem ſimiliter quidem occurrit injectis digitis pulſus; verum ſecunda motio languidior quam prima apparet, et poſt ipſam tertia rurſus languidior quam ſecunda; dein quarta et quinta et univerſae conſequentes detrahunt, quousque ad abſolutam immobilitatem ut ad noſtrum ſenſum pervenerint; deinde digitis ſublatis parvaque intermiſſione facta iterum impoſitis, motio ſenſu percipitur. Interdum autem et non ſublatis digitis redit iterum motio, ita ut ſenſilis fiat. Contingunt autem et talia circa pulſus ob facultatis infirmitatem, quae injectionem digitorum non ferat, ſed tan-

Ed. Chart. VIII. [322.]

ὑπὸ φορτίου νικωμένης τε καὶ καταπιπτούσης. διὸ καὶ μετριώτατα προσήκει ψαύειν τηνικαῦτα, μᾶλλον ἐκ τῶν κάτω μερῶν τῆς ἀρτηρίας ἐπιβάλλων τοὺς δακτύλους, περιστρέφοντος τὴν χεῖρα τοῦ κάμνοντος. εἰ δ' αὖ πάλιν ἐπιπολῆς ἀκριβῶς ψαύοις, κατὰ θάτερον τρόπον οὐκ αἰσθήσῃ τῆς κινήσεως διὰ τὴν σμικρότητα τῆς διαστολῆς. ἀκριβῶς οὖν σε χρὴ τηνικαῦτα τῷ ποσῷ τῆς διαστολῆς, ὃ κατὰ τὴν ἐπιβολὴν τῶν δακτύλων ἐποιήσω· καὶ οὕτως ἐν μέρει ποτὲ μὲν ἀνιέναι καὶ κουφίζειν βραχὺ, ποτὲ δὲ θλίβειν, τῆς διαγνώσεως τῶν τοιούτων σφυγμῶν κατορθουμένης ἐν ἀκριβεῖ συμμετρίᾳ τῆς τῶν δακτύλων ἐπιβολῆς, διὰ τὸ τὴν μὲν ἐπιπολῆς ψαῦσιν οὐδέπω διαγινώσκειν τὴν διαστολὴν τῆς ἀρτηρίας, ὅταν ἐπὶ βραχὺ γίγνηται, τὴν δὲ ταύτης βαθυτέραν ἀφανίζειν τε καὶ τελέως ἀπολλύναι τὴν διάγνωσιν τῆς κινήσεως. ἔνιοί γε μὴν τῶν τοιούτων σφυγμῶν, ὅταν ἀπόλλυνται μειωθείσης κατὰ βραχὺ τῆς διαστολῆς, αὖθις ἐπανέρχονται, καὶ καλοῦμεν αὐτοὺς μυούρους παλινδρομοῦντας. ἂν μὲν οὖν εἰς ἐσχάτην βραχύτητα κινήσεως ἀφικόμενοι πάλιν αὐξήσωσιν αὐτὴν, αὐτὸ

quam ab onere et vincatur et concidat. Quapropter et modeſtiſſime tunc tangere debes, ex infernis potius arteriae partibus digitos injiciens manumque laborantis convertens. Si vero rurſus ſuperficietenus admodum tangas, ſecundum alterum modum motionem non ſenties, ob parvitatem diaſtoles. Accurate igitur te mentem adhibere tunc oportet quantitati diaſtoles, quam in digitorum applicatione inveniſti, atque ita alternatim interdum quidem remittere ac levare oportet paullulum, interdum vero comprimere, quandoquidem recta talium pulſuum dignotio in exquiſita applicandorum digitorum ſymmetria conſiſtit; propterea quod ea quidem attrectatio, quae ſuperficiaria eſt, nondum dignoscat arteriae diaſtolen, quando exigua fiat; ea vero quae hac violentior eſt obſcuret, abſoluteque perdat dignotionem motionis. Nonnulli talium pulſuum quando perduntur diaſtole paullatim imminuta, rurſus redeunt, vocamusque myuros, id eſt recurrentes. Si igitur ad extremam brevitatem motionis perducti rurſus ipſam

Ed. Chart. VIII. [322.]

τοῦτο νῦν εἰρημένον ἔχουσιν ὄνομα, μύουροι παλινδρομοῦντες. ἐὰν δὲ εἰς ἀκινησίαν πάντη τελευτήσαντες ἐνταῦθα στῶσι, μηκέτι αἰσθητὴν κίνησιν ποιησάμενοι, τοὺς τοιούτους ἐκλείποντας ὀνομάζομεν· ἐὰν δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀκινησίαν αὖθις ἄρξονται κινεῖσθαι πάλιν, καὶ αὐτοὺς ὀνομάζομεν ἐκλείποντας παλινδρομοῦντας. εὔδηλον δ' ὅτι πάντες οἱ τοιοῦτοι σφυγμοὶ γίνονται δι' ἀῤῥωστίαν δυνάμεως, ἐνίοτε μὲν αὐτῆς μόνης κατὰ τὸν ἴδιον ἀῤῥωστούσης, ἐνίοτε δὲ καὶ διά τι πλῆθος ἢ θλίψιν ἢ ἔμφραξιν τῶν πλησίον τῆς καρδίας ἀρτηριῶν, ὡς μικτὴν ἀποτελεῖσθαι διάθεσιν. καὶ εἰ μὴ παντάπασιν ὁ σφυγμὸς ἐπ' αὐτῶν ἀμυδρός τε καὶ μικρὸς ἐγένετο, σαφῶς ἂν ἐφαίνετο κατὰ μίαν διαστολῆς ἀνωμαλίαν· νῦν δὲ οὐ φαίνεται διὰ τὴν ταπεινότητα τῆς κινήσεως, ἣν ποιεῖται κατὰ τὴν διαστολὴν ἡ ἀρτηρία. διὸ καὶ πυκνοὶ τοὐπίπαν εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι σφυγμοὶ κατ' ἐκεῖνο τὸ γένος τῆς πυκνότητος, ὃ τοῖς ἀναίσθητον ἔχουσι τὴν συστολὴν φαίνεται. διττῶς γὰρ ἔφαμεν γίνεσθαί τε καὶ λέγεσθαι πυκνὸν τὸν σφυγμὸν, ἤτοι τῆς συστολῆς τῶν πρώτων μερῶν αἰσθανομένων ἡμῶν ἢ μηδ' ὅλως

auxerint, hoc ipſum nunc dictum nomen habent, myuri recurrentes; ſi vero ad perfectam immobilitatem redacti, illic ſteterint, nec amplius ſenſilem motionem fecerint, tales deficientes nominamus. Si autem et poſt immobilitatem rurſus inceperint iterum moveri, et hos nominamus deficientes recurrentes; conſtat autem omnes tales pulſus fieri ob imbellicitatem facultatis, quae interdum quidem ipſa ſola ex propria ratione infirma ſit, interdum vero et ob aliquam multitudinem, vel compreſſionem, vel obſtructionem arteriarum cordi vicinorum, ita ut mixta efficiatur affectio. Sique non omnino pulſus in ipſis languidus et parvus factus eſſet, manifeſte utique appareret inaequalitas in una diaſtole; nunc autem non apparet, ob humilitatem motionis, quam facit in diaſtole arteria; ideoque frequentes ut plurimum ſunt tales pulſus ſecundum illud genus frequentiae, quod iis qui inſenſibilem habent ſyſtolen apparet. Dupliciter enim diximus fieri et dici frequentem ipſum pulſum, vel ubi primas ſyſtoles partes non ſentimus, vel ubi

Ed. Chart. VIII. [322.]

αἰσθητῆς οὔσης αὐτῆς. ἐὰν οὖν αἰσθανώμεθα τῶν πρώτων τῆς συστολῆς, ὁ μεταξὺ χρόνος τοῦ τε τῆς διαστολῆς πέρατος καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς συστολῆς, ἀραιὸν ἢ πυκνὸν ἐργάζεται τὸν σφυγμόν. ἐπεὶ δὲ καὶ χρόνου τι καὶ μεγέθους διαστολῆς ἔχειν χρὴ τὴν ἀρτηρίαν εἰς αἴσθησιν τῶν πρώτων τῆς διαστολῆς, ἀδύνατόν ἐατιν ἐπὶ τῶν ἀμυδρῶν τε καὶ μικρῶν σφυγμῶν ἄγεσθαί ποθ' ἡμᾶς αὐτούς· ὥστ' ἐπὶ τούτων ὁ τῆς ἐντὸς ἠρεμίας χρόνος ἀδιάγνωστος ἔσται. καὶ διὰ τοῦθ' ὅλος ὁ συγκείμενος ἔκ τε τούτου καὶ τοῦ τῆς συστολῆς καὶ τῆς μετ' αὐτὴν ἡσυχίας καὶ τῶν πρώτων τῆς αἰσθητῆς συστολῆς ἀναίσθητος γινόμενος, ἤτοι πυκνὸν ἢ ἀραιὸν ἐργάζεται τὸν σφυγμόν. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ διὰ τὴν ποσότητα τῆς ἐκτὸς ἠρεμίας ἀραιοῦ καὶ πυκνοῦ κατὰ τὸ πρὸ τούτου δεδήλωται γράμμα· περὶ δὲ τοῦ νῦν εἰρημένου πυκνοῦ καὶ ἀραιοῦ λέγειν ἤδη καιρὸς, ἀναμνησθέντων ἡμῶν πρότερον τῶν δεδειγμένων ἐν τῇ περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων πραγματείᾳ. τὴν γὰρ ὡς ἂν εἴποι τις αἰτίαν συνεκτικὴν πυκνότητος σφυγμῶν ἐδείκνυμεν εἶναι τὸ τῆς διαστολῆς ἐλλιπές· ἐπειδή περ, ὅταν μὲν ᾖ

nullo modo ipſa ſenſilis eſt. Si igitur primas ſyſtoles partes ſentimus, tempus quod eſt inter finem diaſtoles et principium ſyſtoles rarum vel frequentem facit pulſum. Quoniam autem et tenoris quid et magnitudinis diaſtoles habere oportet arteriam, quo primas ſyſtoles partes ſentiamus, impoſſibile eſt in languidis parvisque pulſibus ipſam nos unquam ſentire; quare in his tempus internae quietis dignosci nequit. Et propter hoc, totum illud quod conſtat ex hoc et eo quod eſt ſyſtoles et quietis quae eſt poſt ipſam, et primarum partium ſenſilis diaſtoles inſenſile exiſtens, vel frequentem, vel rarum efficit pulſum. Sed de raro ac frequenti pulſu ſecundum quantitatem externae quietis jam in iis quae ſuperius ſcripta ſunt oſtenſum eſt. De nunc autem dicto frequenti et raro dicere jam tempus eſt, memoria repetentibus prius nobis ea quae in tractatione de cauſis pulſuum oſtenſa ſunt; nam cauſam, ut quispiam dicat, ſynecticam continentem frequentiae pulſuum oſtendimus eſſe defectum diaſtoles, propterea quod, ubi magnus ſit

Ed. Chart. VIII. [322.]

χρεία τῆς ἐνεργείας, ταύτης πληρωθείσης σύμμετρον ἡσυχάζει χρόνον ἡ ἀρτηρία, μὴ πληρωθείσης δὲ τῆς χρείας διὰ τὸ τῆς διαστολῆς ἐλλιπὲς ἀναγκάζεται τῆς δευτέρας κινήσεως πρωϊαίτερον ἄρχεσθαι. ἐπεὶ τοίνυν ἐν τοῖς μικροῖς πάνυ σφυγμοῖς ἀπλήρωτος ἡ χρεία γίνεται τῆς διαστολῆς, ὅσον ἐνδεῖ, τοῦθ' ἡ φύσις ἐκπληροῦν ἀναγκαζομένη τῆς δευτέρας κινήσεως ἄρχεται πρωϊαίτερον. εἰς ὅσον δὲ ὁ μεταξὺ χρόνος τῶν διαστολῶν γίνεται βραχύτερος, εἰς τοσοῦτο πυκνότερος ὁ σφυγμὸς φαίνεται. ἐλλιπὴς δὲ τῆς διαστολῆς ἡ χρεία γίνεται κατὰ τοὺς μικροὺς σφυγμοὺς διὰ τὴν μικρότητα. καὶ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεται διαπαντός· οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν μεγάλων ἔστιν ὅτε. πλῆθος γὰρ ἐπὶ τούτων εἶναι χρὴ θερμασίας ἢ δαπάνην ψυχικοῦ πνεύματος, ἵνα ὁ σφυγμὸς γένηται πυκνός. ὦ λόγῳ πάλιν, ἐφ' ὃν αἰσθητὴ τῆς ἀρτηρίας ἐστὶν ἡ συστολή, βραχὺς μεταξὺ χρόνος γίνεται τοῦ τε τῆς ἀποχωρήσεως αἰσθητοῦ πέρατος καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς διαστολῆς. οὗτος μὲν οὖν ὁ χρόνος συναναιρεῖται σπευδούσης τῆς φύσεως ἐπὶ τὴν διαστολήν, ἔνθα χρεία τῆς ἀρτηρίας ἐστὶν ἐπισπᾶσθαι πλέονα τὸν ἔξωθεν

uſus actionis, hoc completo arteria moderato quiescit tempore, non completo autem uſu cogitur ob diaſtoles defectum ſecundam motionem maturius incipere. Quoniam igitur in parvis admodum pulſibus incompletus redditur uſus diaſtoles, quantum deeſt, id natura explere coacta, ſecundam motionem maturius incipit. Quanto autem tempus quod eſt inter diaſtolas redditur brevius, tanto frequentior pulſus ipſe apparet. Deficiens autem redditur uſus diaſtoles in parvis pulſibus ob parvitatem. Et hoc ex neceſſitate ſequitur perpetuo, non quemadmodum in magnis, quandoque. Copiam enim caloris in his eſſe oportet, vel abſumptionem vitalis ſpiritus, ut frequens fiat pulſus, qua ratione rurſus, in quibus ſenſibilis eſt ipſa arteriae ſyſtole, tempus inter ſenſibilem finem receſſionis et principium diaſtoles breve redditur. Atque hoc quidem tempus contrahitur natura ad diaſtolen properante, ubi opus eſt arteriis, ut aërem externum copioſiorem attrahant, et hoc

Ed. Chart. VIII. [322.]

ἀέρα· καὶ γίνεται τοῦθ', ὡς ἔφην, διὰ πλῆθος θερμασίας ἢ δαπάνην πνεύματος. ὁ δ' ἕτερος χρόνος ὁ τῆς ἐκτὸς ἠρεμίας βραχύνεται κατ' ἐκείνας τὰς διαθέσεις, ἐν αἷς ἡ φύσις ἐπείγεται λιγνυώδη τε καὶ καπνώδη περιττώματα κατὰ τὰς ἀρτηρίας ἠθροισμένα κενῶσαι. καὶ διὰ τοῦτ' ἐν τῷ πρὸ τούτου γράμματι βεβαιότατον ἔφην εἶναι σημεῖον εἰσβολῆς παροξυσμῶν πυρεκτικῶν ἐπὶ σήψει χυμῶν γιγνομένων ὀλιγοχρόνιον μὲν εἶναι τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν, ταχυτέραν δὲ τὴν κίνησιν τῆς συστολῆς.

Κεφ. κδ'. Περὶ μὲν οὖν ἀραιότητός τε καὶ πυκνότητος ἱκανὰ ταῦτα· πρὸς δὲ τοὺς ὁμογενεῖς τοῖς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένοις σφυγμοῖς ἐπανέλθωμεν. ἔστι δή τις ὑψηλότερον ἔχων τὸ μέσον, ὡς κατὰ μῆκος σκοποῦντι, τὰ δὲ ἑκατέρωθεν αὐτοῦ ταπεινότερα· καλοῦμεν δ' αὐτὸν ἐπινευκότα τε καὶ περινενευκότα. φαίνεται δ' ὁ σφυγμὸς οὗτος ἐπ' ἀῤῥώστοις δυνάμεσι γιγνόμενος, ὅταν ἡ κατασκευὴ τοῦ σώματος ᾖ τοιαύτη τὴν φύσιν ὡς ὀλίγον μέν τι δέρμα κοῦφον ἐπιβεβλῆσθαι τῷ μέσῳ τοῦ μήκους τῆς ἀρτηρίας, τὰ δ' ἑκα-

fit, ut dixi, ob caloris copiam, vel ob ſpiritus abſumptionem. Alterum autem tempus, quod eſt externae quietis, per illas affectiones breviatur in quibus natura feſtinat fuliginoſa et fumoſa excrementa in arteriis collecta evacuare. Et propter hoc in iis, quae ſuperius ſcripta ſunt, firmiſſimum dixi eſſe ſignum invaſionis paroxysmorum febrilium ex putredine humorum evenientium, brevis quidam temporis eſſe externam quietem, velociorem autem eſſe motionem ſyſtoles.

Cap. XXIV. Ac de raritate quidem et frequentia pulſuum haec ſint ſatis. Ad eos vero qui paulo ante dictis pulſibus ſunt congeneres redeamus. Quidam ſane eſt, qui altius habet medium, ſi longitudinem ſpectes, ea vero, quae ab utraque ipſius parte ſunt, humiliora, vocamusque ipſum innuentem et circumnuentem. Videtur autem hic pulſus ex imbecillibus facultatibus gigni, quando corporis conſtructio talis ſit natura ut pauca quidem cutis, eaque levis, medio longitudinis arteriae incumbat, quae vero ab utraque

Ed. Chart. VIII. [322. 323.]
τέρωθεν τοῦδε κατὰ τὸ μῆκος ἐκ τῶν ἄνω καὶ κάτω μερῶν βαρύνεσθαι. διὰ αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο καὶ τῶν παχέων ὁ σφυγμὸς τῷ μήκει βραχὺς φαίνεται, κἂν εὔῤῥωστος ᾖ· τῶν δ' ἰσχνῶν μακρὸς, κἂν ἀῤῥωστότερος ὑπάρχῃ.

Κεφ. κε'. Καί πως πάλιν ὁ λόγος ἤδη πρὸς τὸ μικρῷ πρόσθεν ἀναβληθὲν ἥκει περὶ τῶν ἐν τῷ διαγράμματι ζ' καὶ κ' σφυγμῶν, ὧν ἡ γένεσις ὡς ἐπὶ στοιχείοις ἐστὶ τοῖς ἐννέα σφυγμοῖς, τρισὶ μὲν τοῖς κατὰ τὸ μῆκος τῆς ἀρτηρίας θεωρουμένοις, τρισὶ δὲ κατὰ τὸ πλάτος, καὶ τρισὶν ἄλλοις τοῖς κατὰ τὸ βάθος. ἐκ γὰρ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ἐπιμιξίας ἅπασαι συζυγίαι γίνονται τῶν σφυγμῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν· ὧν μία μὲν κατὰ τὸ μῆκος, περὶ ἧς ἀρξάμεθα λέγειν ἄρτι, δεικνύντες αὐτὴν φαίνεσθαι διά τε τὴν ἐν πάχει καὶ λεπτότητι διαφορὰν τοῦ σώματος, ἀῤῥωστίαν τε καὶ ῥώμην δυνάμεως, ἐκ τούτου δὲ πρὸς τοῖσδε θερμασίαν πολλήν· εἰ δὲ εἰς δύο κεφάλαια τὸν λόγον ἀναγαγεῖν ἐθέλεις, διά τε τὴν κατὰ κύκλον τῆς ἀρτηρίας γινομένην ἧττον ἢ μᾶλλον διαστολὴν καὶ

ipſius parte ſunt, ſecundum longitudinem ex ſupernis et infernis partibus graventur. Ob hoc enim ipſum et craſſorum pulſus longitudine brevis conſpicitur, quamvis robuſtus ſit, gracilium autem longus, quamvis imbellicior exiſtat.

Cap. XXV. Ac quodammodo jam rurſus oratio ad id quod paulo ante rejecimus venit, hoc eſt ſeptem et viginti pulſus in tabella deſcriptos; quorum generatio tanquam ex elementis eſt ex novem pulſibus; quorum tres ſecundum longitudinem arteriae conſiderantur, tres ſecundum latitudinem et tres [323] alii ſecundum profunditatem. Ex horum enim inter ſe commixtione univerſae conjugationes oriuntur pulſuum ſeptem et viginti; quorum una eſt ſecundum longitudinem, de qua nuper dicere incepera-mus, oſtendentes ipſam apparere ob differentiam tum corporis in craſſitie et tenuitate, tum facultatis in robore et imbecillitate, tum tertio caliditatis in multitudine et paucitate. Si vero in duo capita ſermonem reducere velis, ob majorem vel minorem diaſtolen, quae ſecundum circulum

Ed. Chart. VIII. [323.]

διὰ λεπτότητα καὶ πάχος τοῦ σώματος. ὅσον μὲν γὰρ ἐπ' αὐτῇ τοῦ πράγματος τῇ φύσει πάντων οἱ σφυγμοὶ γίνονται κατὰ τὸ μῆκος ἴσοι, πλὴν εἴ ποτ' ἤδη τῶν ἀποθνησκόντων ἀπέψυκται τὰ κῶλα· φαίνονται δ' οὐκ ἴσοι διὰ τὸ τῶν ἐπικειμένων σωμάτων ταῖς ἀρτηρίας ἄνισον. τῶν γοῦν ἐκτετηκότων ἐν χρονίοις νοσήμασιν ἡ κατὰ ῥάχιν ἀρτηρία φαίνεται σφύζουσα, τῆς χειρὸς ἐπιβαλλομένης τῷ καθ' ὑπογάστριον δέρματι· καὶ μᾶλλόν γε τοῖς ἰσχνοῖς φύσει συμβαίνει τοῦτο, καὶ πολὺ μᾶλλον, ὅταν πυρέξωσιν ἢ οἶνον πίωσιν, ὡς ἂν εἰς μέγεθος αὐτοῖς ἐξαιρομένης τῆς διαστολῆς. ἔμπαλιν δὲ τοῖς παχέσι, κἂν ἰσχυροὶ τὴν δύναμιν ὦσι καὶ ὑπέρθερμοι, βραχὺς ὁ σφυγμὸς γίνεται κατὰ τὸ ἀρτηρίας μῆκος. ὥσθ' ἡ μὲν ἰσχνότης τοῦ σώματος εἰς τὸ μῆκος τοῦ σφυγμοῦ συντελεῖ τῶν ἄλλων ἁπάντων μάλιστα, δευτέρα δ' ἐπ' αὐτῇ ῥώμη δυνάμεώς ἐστι καὶ τρίτη θερμασία. τὰ δ' ἐναντία τῶνδε τὸν ἐναντίον ποιεῖ σφυγμὸν, ὃν ἔφην καλεῖσθαι βραχύν. ὁ δὲ στενὸς σφυγμὸς γίνεται διὰ στενοχωρίαν τῶν περικειμένων χωρίων

arteriae fiat, et ob tenuitatem et craſſitiem corporis. Quatenus enim ad ipſam rei naturam attinet, omnium pulſus fiunt ſecundum longitudinem aequales, niſi ſi quando jam morientium refrigerati ſint artus; videntur autem non eſſe aequales, ob corporum arteriis incumbentium inaequalitatem. Eorum igitur qui diuturnis in morbis contabuerunt arteria quae ſecundum ſpinam eſt pulſare conſpicitur, ſi manum ſuper cutim hypochondrii injiciatur, ac magis etiam hoc iis qui natura ſunt graciles accidit, et multo ſane magis, ubi febricitaverint, vel vinum biberint; propterea quod eo tempore diaſtole ipſis in magnitudinem attollatur; contra autem craſſis, quamvis fortes facultate ſint et praecalidi, brevis tamen ſit pulſus ſecundum arteriae longitudinem; quare gracilitas corporis maxime aliorum omnium ad pulſus longitudinem confert, ſecunda poſt hanc fortitudo facultatis, tertia caliditas. Contraria autem horum contrarium faciunt pulſum, quem dixi vocari brevem. Anguſtus autem pulſus ſit ob anguſtiam circumpoſitarum regionum arteriae,

Ed. Chart. VIII. [322.]

τῆς ἀρτηρίας, ἀῤῥωστίαν τε δυνάμεως καὶ ψύξιν ὀργάνου τε σκληρότητα καὶ δέρματος ῥυσότητα καὶ πάχος. ὁ δὲ ὑψηλὸς τὰ ἐναντία, ῥώμην δυνάμεως, θερμασίαν πολλὴν, ὀργάνου μαλακότητα, δέρματος λεπτότητα καὶ τάσιν. εὔδηλον δ' ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου κατὰ τὸ διάγραμμα σφυγμοῦ, τοῦ καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ βάθος ἔχοντος σύμμετρον, ἤτοι πάντα κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἢ καί τις ἐξ ὑπεναντίων μίξις εἰς μέσην κατάστασιν ἄγει τὴν διαστολήν. ἐγχωρεῖ γὰρ τῷ κάμνοντι τοσοῦτον τὴν δύναμιν ἀσθενεστέραν εἶναι κατά τινα καιρὸν ὅσον καὶ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ἰσχνοτέραν, ὥσθ' ὅσον εἰς βραχύτητα διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως ἦκεν ὁ σφυγμὸς, τοσοῦτον ἐκ τῆς ἰσχνότητος προστίθεσθαι. δυνατὸν δὲ καὶ διὰ πλῆθος θερμασίας ὅσον τούτοις ἐκλέλοιπεν ἀναπληροῦσθαι, πάλιν δ' αὖ κατὰ τἀναντία τῆς δυνάμεως εὐῤῥωστοτέρας γενομένης, ὅσον εἰς τὸ μῆκος ἂν ἐπέδωκεν ὁ σφυγμὸς, τοσοῦτον καὶ πολυσαρκίαν ἀφαιρεῖσθαι. δυνατὸν δὲ καὶ τὸν εἰς μῆκος ηὐξημένον ὅσον ἐπὶ τοῖς ἄλλοις αἰτίοις βραχύτερον γενέσθαι

imbecillitatemque facultatis et refrigerationem, inſtrumentique duritiem et cutis rugoſitatem ac craſſitiem. Altus autem ob contraria, robur facultatis, caliditatem multam, inſtrumenti molliem, cutis tenuitatem et tenſionem. Patet autem ex dictis, quod decimi quarti pulſus in tabella deſcripti, qui et longitudinem et latitudinem et profunditatem habet moderatam, vel omnia ſecundum naturam ſunt, vel aliqua ex ſubcontrariis mixtio in mediam conſtitutionem ducit diaſtolen; contingit enim laboranti tanto facultatem imbecilliorem eſſe aliquo tempore, quanto etiam fuerit habitu corporis graciliore. Ita ut quantum pulſus in brevitatem pervenit ob imbecillitatem facultatis, tantum ex gracilitate ei addatur; poſſibile eſt etiam ut quantum his defecit, tantum ob caliditatis copiam reficiatur. Rurſus autem per contraria, viribus robuſtioribus redditis, quantum in longitudinem increvit pulſus, tantum etiam ob carnis copiam de eo detrahatur; poſſibile etiam eſt, ut qui in longitudinem, quatenus ad alias cauſas auctus eſt, brevior

Ed. Chart. VIII. [323.]

διὰ ψύξιν. ὑπολογιστέον δέ τι καὶ τῇ τοῦ χιτῶνος σκληρότητι κατὰ τὰς τοιαύτας ἐπισκέψεις. ἀλλ' ἐὰν ὅσον ἐπὶ τοῦτο κατὰ φύσιν ἔχῃ, καὶ μήτε εἰς εὐσαρκίαν ἢ ἰσχνότητα φαίνηται μεταβολὴ γεγονυῖα, μήτε εἰς ἀμυδρότητα καὶ σφοδρότητα τροπή τις, ἀλλ' ἐν τούτοις ἔχῃ κατὰ φύσιν, ἐὰν σύμμετρος φαίνηται καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ πλάτος, ἐνδείξεταί σοι μήτε θερμασίαν εἶναι πλείονα κατὰ τὸ σῶμα μήτε δαπάνην πνεύματος ψυχικοῦ. ταυτὶ μὲν οὖν κἀξ αὐτοῦ τοῦ μηδεμίαν ἐνέργειαν ἰσχυρὰν ἐνεργηκέναι τὸν κάμνοντα διαγνῶναι ῥᾷστόν ἐστιν· ἐν γὰρ ταῖς προαιρετικαῖς κινήσεσι δαπανᾶται τὸ πνεῦμα· τὴν δὲ τῷ βάθει τοῦ σώματος αὐξανομένην θερμασίαν, ἐὰν τἄλλα πάντα συμμέτρως ἔχῃ, διὰ τοῦ σφυγμοῦ μόνου προγνῶναι δυνατόν ἐστιν. ἡ γὰρ τῆς ἀναπνοῆς μεταβολὴ οὐ σαφὴς γίνεται κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις, ἐν αἷς ὀλίγον πλέον ἠθροισται τῆς κατὰ φύσιν θερμασίας ἐν τῇ καρδίᾳ, τῶν ἄλλων ὡσαύτως ἐχόντων. ἀλλὰ προσέχειν ἐνταῦθα χρὴ τῷ μεγέθει καὶ τῷ τάχει τοῦ σφυγμοῦ. πρῶτον μὲν γὰρ εἰς μέγεθος

evaſerit ob refrigerationem. In his autem conſiderationibus aliqua etiam ratio duritiei tunicae habenda eſt. Sed ſi quantum ad hoc ſecundum naturam ſe habeat, nec ad corpulentiam, vel gracilitatem videatur mutatio facta eſſe, neque in languorem et vehementiam converſio aliqua, ſed in his ſecundum naturam ſe habeat, ſi moderatus videtur ſecundum longitudinem et profunditatem et latitudinem, indicabit tibi neque caliditatem eſſe copioſam in corpore, neque abſumptionem ſpiritus animalis. Atque haec quidem et ex eo, quod nullam validam actionem laborans obierit, dignoscere facillimum eſt. In voluntariis enim motionibus abſumitur ſpiritus. Caliditatem autem in profundo corporis auctam, ſi caetera omnia moderata ſe habeant, ex pulſu ſolo praecognoscere potes. Reſpirationis enim mutatio non ſit manifeſta in talibus affectionibus, in quibus parum plus caliditatis ſecundum naturam in corde collectum eſt, aliis eodem modo ſe habentibus. Sed mentem hoc in loco adhibere oportet magnitudini et celeritati pulſus; primum enim in

Ed. Chart. VIII. [323.]

ἐπιδίδωσιν· ὅταν ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας ἤτοι μαλακώτερος ᾖ τοῦ κατὰ φύσιν ἢ σύμμετρος· ἔπειτα δὲ εἰς τάχος, αὐξανομένης τῆς θερμασίας. ὅταν δὲ ὑπὸ σκληρότητος ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας εἰς μέγεθος ἀξιόλογον ἀδυνατῇ διαναστῆναι, τηνικαῦτα καὶ ἡ εἰς τάχος ἐπίδοσις τοῦ σφυγμοῦ γίνεται πρωϊαίτερον. ἡ γάρ τοι χρεία τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως αὐξανομένη, μέχρι μὲν ἂν ἱκανὸν αὐτῇ τὸ μέγεθος τῆς διαστολῆς ᾖ, οὐδὲν ὅλως αἰσθητὸν εἰς τάχος ἀλλοιοῖ τὴν κίνησιν, ἢ παντάπασιν ὀλίγον· ὅταν δὲ μείζονος μὲν ἡ χρεία δέηται διαστολῆς, μὴ δύνηται δὲ ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας ἐκτείνεσθαι διὰ σκληρότητα, τηνικαῦτα τῷ τάχει πολλὴ προσθήκη γίνεται. καὶ ὅταν δὲ μηδὲ τοῦτο ἐξαρκῇ, κλονώδης ὁ σφυγμὸς ἀποτελεῖται, διαμενούσης γε δηλονότι τῆς δυνάμεως εὐρώστου.

Κεφ. κστ'. Πάντων μὲν οὖν τῶν ἐν τῷ διαγράμματι σφυγμῶν διέρχεσθαι καθ' ἕκαστον ἰδίᾳ μακρὸν ἂν εἴη, μέθοδον δ' ἐπ' αὐτοῖς ἄμεινον ὑφηγήσασθαι μετὰ γυμνασίας· ὅπερ κἀν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν προγνώσεως ἐποίησα. πρὸ τοῦ δ' ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν βέλτιόν ἐστιν ἐγνῶσθαί τι

magnitudinem crescit, ubi tunica arteriae vel mollior sit quam status secundum naturam ferat, vel moderata, postea vero in celeritatem aucta caliditate. Ubi vero prae duritie tunica arteriae in magnitudinem notabilem non possit distendi, tunc et incrementum pulsus in celeritatem maturius fit; etenim usus generationis pulsuum auctus, quousque magnitudo diastoles sufficiens ipsi sit, nihil penitus sensile, vel omnino parum, motionem in celeritatem variat. Ubi vero majoris diastoles usus requiritur, non possit autem tunica arteriae extendi ob duritiem, tunc celeritati multa accessio fit. Ubi autem nec hoc satis sit, vibratus efficitur pulsus, permanente nimirum facultate robusta.

Cap. XXVI. Ac omnes quidem in tabella descriptos pulsus sigillatim percurrere longum jam esset, at methodum in ipsis praescribere cum exercitatione praestiterit, quod sane et in primo de praecognitione ex pulsibus feci. Antequam autem ad hanc accedam, melius est de ipsis statuisse,

Ed. Chart. VIII. [323.]

περὶ αὐτῶν, ὡς ἐνίοτε βραχυτάτη μὲν ἐπίδοσις ἤτοι γε εἰς πλάτος ἢ εἰς ὕψος ἢ εἰς τἀναντία γίγνεται, πολλὴ δὲ φαίνεται διὰ τὸ παραβάλλειν ἡμᾶς τὸν νῦν φαινόμενον σφυγμὸν τῷ πρόσθεν ὑπάρχοντι. τοῦτο οὖν ὁρᾶται καὶπὶ τῶν κρίσεων συμβαῖνον, ὅταν ἐφ' ὑψηλῷ φανέντι τῷ σφυγμῷ πολλῶν ἱδρώτων ἐκραγέντων εἰς τὴν ἐναντίαν ἰδέαν ἡ μετάπτωσις γένηται καὶ φαίνηται ταπεινός τε ἅμα καὶ πλατὺς ὁ σφυγμός. διότι καί τισι τῶν ἰατρῶν γέγραπται τὸν πλατὺν σφυγμὸν ὁρᾶσθαι πολλάκις ἐπὶ τῶν ὑπόγυιον κεκριμένων. αὐτὸς γὰρ φαίνεται τοῖς, ὡς εἴρηται, κριθεῖσι πλατύτερος, οὐ μὴν τοσούτῳ γε κατὰ ἀλήθειαν ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ γίνεται πλατύτερος ὅσῳ φαίνεται διὰ τὸ πρόσθεν μὲν ηὐξῆσθαι τὸ ὕψος ἐπὶ πλέον τοῦ κατὰ φύσιν, ἐν δὲ τῷ μετὰ τὴν κρίσιν χρόνῳ μηδὲ τὸ κατὰ φύσιν ἔτι φυλάττεσθαι. διὰ μὲν γὰρ τὴν κένωσιν αἱ περικείμεναι ταῖς ἀρτηρίας χῶραι χαλαραὶ γίνονται, στενοχωροῦσαι πρότερον αὐτάς· καὶ διὰ τοῦτο πλατύτερος ὄντως ὁ σφυγμὸς φαίνεται. φαίνεται δὲ πολὺ πλατύτερος ἢ κατὰ ἀλήθειαν ἐστὶν, εἰς ταπεινότητα μεταπεσόντος τοῦ

aliquando breviſſimum quidem incrementum vel in latitudinem, vel in altitudinem, vel in contraria fieri, multum tamen apparere, quia nos pulſum, qui nunc apparet, cum eo qui prius erat comparamus. Hoc ergo et in criſibus evenire conſpicitur, ubi poſt pulſum, qui altus apparuerit, ſudoribus multis eruptis, in contrariam ideam mutatio fiat, appareatque humilis una et latus ipſe pulſus; quapropter et a quibusdam medicis ſcriptum eſt, latum pulſum conſpici ſaepenumero in recens judicatis; ipſe enim latior apparet in iis qui, ut dictum eſt, judicati ſunt; non tamen revera eo tempore fit latior, ſicut apparet, propterea quod prius quidem altitudo aucta eſſet, plus quam ſtatus ſecundum naturam exigeret; at tempore poſt criſim, nec ea etiam quae ſecundum naturam eſt amplius ferret; ab evacuationem enim regiones quae arteriis circumpoſitae ſunt laxae evadunt, quum prius ipſas anguſtaſſent et ob id pulſus vere latior apparet. Apparet autem multo latior quam re vera ſit, altitudine in humilitatem collapſa; tum quia nullo modo in tumorem nota-

Ed. Chart. VIII. [323.]

ὕψους, διά τε τὸ μηδ' ὅλως εἰς ὄγκον ἀξιόλογον αἴρεσθαι τὴν διαστολὴν καὶ διὰ τὸ χαλαρόν τε καὶ ὑγρὸν γίνεσθαι τὸ ἐπικείμενον αὐταῖς δέρμα. καθ' ὃν καιρὸν εἰ περιστρέψας τὸ κῶλον ἐν τοῖς κάτω μέρεσιν αὐτοῦ ποιήσαις τὴν ἀρτηρίαν, οὔθ' οὕτως ἔτι ταπεινὸς ὡς ἔμπροσθεν οὐθ' οὕτω πλατὺς ὁ σφυγμὸς φαίνεται. καὶ κατὰ τὸν ὕδερον δὲ τὴν ὅλην ἕξιν ἐξοιδίσκοντα καθάπερ (ἐν) νεκροῖς σώμασι, διαφέροντα πολὺ τοῦ τε τυμπανίου καλουμένου καὶ τοῦ ἀσκιτοῦ, πλατεῖς οἱ σφυγμοί· καὶ μάλισθ' ὅταν τῆς ἀρτηρίας ἁπτώμεθα, κατὰ τὸ ἄνω μέρος, οὐ τὸ κάτω, τοῦ κάλου τεταμένου. ὁρᾶται δὲ τοιοῦτος ἐνίοτε κἀπὶ τῶν κάκιστα διακειμένων ληθαργικῶν. ἐκθηλύνεται γὰρ ἐπὶ τούτοις ἡ τοῦ σώματος ἕξις, ὡς διὰ τὴν πολλὴν ὑγρότητα καὶ μαλακότητα χαλαρὸν καὶ ἀστήρικτον γίνεσθαι, καὶ τὸν νῶτον τῆς ἀρτηρίας μὴ δυνάμενον σχεῖν ἑαυτὸν μηδὲ ὑψηλὸν ἀνέχειν, ὡς ὅτε εἶχε κατὰ φύσιν. ἐπὶ τούτων οὖν, ὡς ἔφην, ἐὰν ἐκ τῶν κάτω μερῶν τοῦ κώλου ψαύῃς, οὐκέτι σοι φανεῖται πλατὺς ὁ σφυγμός. τούτῳ δὲ δεῖ σε προσέχειν ἀκριβῶς καὶ διορίζεσθαι καὶ σκοπεῖσθαι, πῶς ἐσχη-

bilem attollatur diaſtole, tum etiam quia cutis quae arteriis incumbit laxa rugoſaque fiat; quo tempore ſi converſo membro in infernis ipſius partibus arteriam ſtatueris, neque ita amplius humilis ut prius, neque ita latus pulſus apparebit. Porro et in hydrope, in quo totus habitus quemadmodum in mortuis corporibus intumeſcit (qui ſane hydrops multum differt a tympania vocato et ab ascite) pulſus lati apparent; ac praeſertim quando arteriam tangimus, membro ſecundum ſupernam partem, non infernam, collocato. Conſpicitur etiam talis quandoque pulſus in lethargicis, qui peſſime affecti ſint; effaeminatur enim in his ipſe corporis habitus, ita ut ob multam humiditatem et mollitiem laxum ac inconſtans fiat ipſum etiam dorſum arteriae, haud potens ſe ipſum continere, neque ſublime ſe ſuſtinere, ſicuti dum ſecundum naturam ſe habebat. In his igitur, ut dixi, ſi ex infernis partibus membrum tangas, pulſus non amplius tibi latus adparebit. Hoc autem diligenter te animadvertere oportet, deſinireque ac conſiderare quomodo

Ed. Chart. VIII. [323. 324.]

ματισμένου τοῦ κώλου τὴν ἐπιβολὴν ἐποιήσω τῆς χειρός. ὡς τὰ πολλὰ μὲν γὰρ ἁπτόμεθα τῆς κατὰ τὸν καρπὸν ἀρτηρίας, ἐνίοτε δὲ ἤ τινα τῶν κροτάφων ἢ βραχίονα. συνεπινοεῖν δὲ δεῖ τὰ τῶν ὑπαρξάντων πρὸς τὰ παρόντα νῦν παραβάλλειν, καὶ σκοπεῖσθαι μή τι δι' ἐκεῖνα πλέον μεταβέβληκεν ἢ κατὰ ἀλήθειαν ὁ σφυγμὸς ἀλλοιούμενος φαντάζεται. τούτων οὖν σοι μεμνημένῳ τῶν ἐφεξῆς ποιήσομαι λόγον.

Κεφ. κζ'. Ἔστω τινὸς ἀῤῥώστου νῦν πρῶτον ἡμῖν ὁρωμένου τὸν ἐν τῷ καρπῷ τῆς χειρὸς φαίνεσθαι σφυγμὸν μακρότερον, ὡς εἰς ἓξ δακτύλων ἢ πλειόνων ἐπιβολὴν αἰσθητὴν εἶναι τὴν κίνησιν. ἤδη μὲν οὖν δῆλον ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἰσχνὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον· ἀδύνατον γὰρ εὐσάρκου τοῦ σώματος ὄντος εἰς τοσοῦτον γενέσθαι μακρὸν τὸν σφυγμόν. ἐφεξῆς οὖν σκόπει τὴν σύστασιν τοῦ χιτῶνος τῆς ἀρτηρίας, ὡς πρὸς τὴν ἡλικίαν τε καὶ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος ἀποβλέπων τοῦ κάμνοντος. ὁ μὲν γὰρ ἐν τοῖς παιδίοις μαλακώτερός ἐστι τοῦ τοῖς τελείοις ὑπάρχοντος, ὁ δ' ἐν ταῖς γυναιξὶ τοῦ τοῖς ἀνδράσιν, ὁ δ' ἐν τοῖς φύσει μαλακο-

figurato membro applicationem manus feceris; ut plurimum [324] enim arteriam quae ad carpum eſt tangimus, interdum autem aliquam ex iis quae vel in temporibus ſunt vel in brachio. Perpendere praeterea oportet ea quae praeceſſerunt, ac cum iis quae nunc adſunt conferre, inſpicereque numquid propter illa magis immutatus ſit pulſus quam re vera alteratus appareat. His igitur tibi in memoria habitis eorum quae ſequuntur ſermonem faciam.

Cap. XXVII. Eſto ut aegrotantis cujusdam nunc primum a nobis viſi pulſus in carpo manus appareat longior, ita ut ad ſex, vel etiam plurium digitorum injectionem motio ſit ſenſilis. Jam ergo conſtat neceſſarium eſſe hominem hunc eſſe gracilem, impoſſibile enim eſt bene carnoſo exiſtente corpore tam longum fieri pulſum. Deinceps igitur conſidera conſtitutionem tunicae arteriae, ad aetatem habitumque corporis aegrotantis respiciens. Pulſus enim qui in puerulis eſt mollior eſt quam qui in adultis; qui in foeminis quam qui in viris; qui in natura mol-

Ed. Chart. VIII. [324.]

σάρκοις τε καὶ λεπτοῖς τοῦ τοῖς ἐναντίοις. ἐὰν οὖν σοι φαίνεται (C. φανεῖται) πολλῷ σκληρότερος τοῦ κατὰ φύσιν ὁ σφυγμὸς γεγονέναι, σκόπει τὸν ὄγκον τῆς διαστολῆς. ὀνομάζω δὲ ἄρτι ὄγκον τὴν κατὰ κύκλον ὅλης τῆς ἀρτηρίας κίνησιν, ἧς ὕψος τε καὶ πλάτος ἐπινοίᾳ τέμνομεν· οὐ γὰρ διώρισται καθάπερ ἐν τοῖς κυβικοῖς σώμασι τὸ πλάτος τοῦ ὕψους ἐπὶ τῆς ἀρτηρίας. τοιούτου δὲ ὄντος τοῦ σφυγμοῦ πάντως μὲν ἀναγκαῖον εἶναί τινα διάθεσιν τῶν σκληρὸν ἐργαζομένων αὐτόν. ἔμαθες δὲ τὰς διαθέσεις, ψύξιν ἰσχυρὰν ὡς πηγνύναι τὸ σῶμα τῆς ἀρτηρίας, ἢ ὑπερβάλλουσαν ξηρότητα καθάπερ ἐν τοῖς μαρασμοῖς, ἢ σκίῤῥον σπλάγχνου τινὸς, ἢ μεγίστην φλεγμονὴν σπασμώδη κατασκευὴν ἔν τινι τῶν νευρωδῶν μορίων. ἀλλὰ τό γε πρόσωπον εὐθέως ἐνδείξεταί σοι, πότερα μαρασμός ἐστιν, ἤ τι τῶν ἄλλων· προσήκει γὰρ τὸν μαρασμὸν ὡς ἀνίατον ὑπάρχειν, ὁπόταν δι' αὐτὸν ἀρτηρία τοσαύτην λάβῃ ξηρότητα. κοίλους τε οὖν ὄψει τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν οὕτως ἐχόντων, ὡς ὑπερέχειν ἐν κύκλῳ τὰ περιγράφοντα τοὺς χιτῶ-

lioribus et albis quam qui in contrariis. Si igitur tibi multo durior quam is qui ſecundum naturam eſt pulſus factus eſſe videatur, tumorem diaſtoles conſiderato; tumorem autem nuper nominabam motionem ſecundum totius arteriae circulum, cujus altitudinem et latitudinem cogitatione ſecamus; neque enim in arteria, ſicuti in cubicis corporibus, latitudo ab altitudine diſtincta eſt. Quum autem talis ſit ipſe pulſus, omnino quidem neceſſarium eſt quandam eſſe affectionem ex iis quae durum pulſum efficiunt. Has autem affectiones didiciſti, refrigerationem validam, ut corpus arteriae congeletur, vel excedentem ſiccitatem, quemadmodum in marasmis, vel alicujus visceris ſcirrhum, vel maximam phlegmonem, vel ſpasmoſam affectionem in aliqua nervoſa parte. Sed et facies ſtatim tibi indicabit, nunquid marasmus ſit, an quid aliud; conſentaneum eſt enim marasmum ut incurabilem eſſe, quando ob ipſum arteria tantum acquiſierit ſiccitatem. Cavos igitur inſpicies oculos eorum qui ita ſe habent ut in orbem emineant oſſa

Ed. Chart. VIII. [524.]

νας αὐτῶν ὀστᾶ, καὶ τἆλλα ὅσα κατὰ τὸ περὶ τοῦ μαρασμοῦ βιβλίον ἔμαθες. ἀλλὰ καὶ τοὺς μὲν οὕτω διακειμένους καὶ πρὶν ἅψασθαι τῶν σφυγμῶν ἔνεστί σοι διαγινώσκειν ἐκ μόνου τοῦ προσώπου. μὴ φαινομένου δ' αὐτοῦ τοιούτου, τὴν σκληρότητα τοῦ σφυγμοῦ τοὐπίπαν μὲν εὑρήσεις διὰ σπλῆνα γεγονυῖαν ἐσκιῤῥωμένον· ἤδη δὲ καὶ δι' ἄλλο τι μόριον κύριον, ὃ καὶ διὰ τῆς ἁφῆς ἑτοίμως γνώσῃ. καὶ συμπτώματα δ' ἕπεται διορίζοντα σαφῶς ἀπὸ τῶν ἄλλων αὐτά. τοῦ μὲν γὰρ ἥπατος εἰς τηλικοῦτον ἥκοντος σκίῤῥον ὡς τὸν σφυγμὸν οἷον εἶπον ἐργάζεσθαι, τὰ τῶν ὑδέρων συμπτώματα παρὰ πρόσωπον ἤδη σοι φανεῖται. τῶν δὲ κατὰ γαστέρα τε καὶ κύστιν ἤ τι τῶν ἐντέρων πασχόντων αἱ διάῤῥοιαι δηλώσουσιν· ὥσπερ γε διαφράγματος ἢ ὑπεζωκότος πασχόντων αἱ τούτων ἴδιαι δύσπνοιαι. μεμάθηκας δ' αὐτῶν τὴν ἰδέαν ἐν τοῖς περὶ δυσπνοίας ὑπομνήμασιν. ἐὰν δὲ μηδὲν τούτων φαίνεται, σκόπει μή τις εἴη σπασμώδης διάθεσις. ἐπί τε γυναικῶν ἐπισκέπτου μὴ τὸ σκιῤῥῶδες τοῦτο πάθος ἐν ταῖς μήτραις ἐστί. μηδενὸς δὲ τοιούτου φαινομένου, ψύξις ἰσχυρὰ καὶ πρόσφα-

quae ipſorum tunicas circumſcribunt, et quaecunque alia in libro de marasmo didiciſti. Sed et eos qui ita affecti ſunt, antequam pulſum tangas, dignoscere tibi licet vel ex ſola facie. Quum autem ipſe non videatur talis, duritiem pulſus ut plurimum quidem invenies ob lienem induratum ortam, jam vero et propter aliam quampiam principem particulam, quam ex tactu promte cognosces, ſymptomataque etiam comitantur quae clare has ab aliis diſtinguunt. Si enim jecur ad tantum ſcirrhum pervenerit ut pulſum qualem dixi efficiat, hydropum ſymptomata in facie jam tibi apparebunt. Si vero venter, vel veſica, vel inteſtinorum aliquid patiantur, diarrhoeae indicabunt; ſicuti ſi diaphragma, vel membrana ſuccingens, propriae eorum ſpirandi difficultates, didiciſti autem earum ideas in commentariis de difficultate ſpirandi. Si vero nihil horum appareat, conſidera an aliqua adſit ſpasmoſa affectio. Ac in mulieribus inſpice an ſcirrhoſus hic affectus in utero ſit. Quum autem nihil tale appareat, refrigeratio valida ac recens vel ex aquae

Ed. Chart. VIII. [324.]

τος ἢ ἐξ ὕδατος ψυχροῦ ἢ οἴνου πόσεως· ἐπ' ἐκείνων γὰρ ἡ ἀρτηρία φαίνεται νεναρκηκυῖα περὶ τὴν κίνησιν. ἔοικε δὲ τῶν οὕτως ἐχόντων ὁ ἄκρατος ξηραίνειν τὴν ἕξιν αὐτῶν, ὥσπερ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ πηγνύναι. καὶ ὀπῶραι δὲ ψυχραὶ κατὰ τὴν ἁφὴν καὶ τὴν δύναμιν ἐργάζονται σκληρὸν σφυγμόν. ἀλλ' αἱ μὲν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων βλάβαι ταχὺ συναποκαθίστανται, θερμαινόντων ἡμῶν τὸν κάμνοντα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ σφυγμοὶ συναποκαθίστανται· παραμένουσι δὲ ταῖς ἐπὶ τῷ σώματι διαθέσεσι δυσιάτοις οὔσαις. ὅταν οὖν ὁ μακρὸς σφυγμὸς ἅμα καὶ σκληρὸς ᾖ, τὰς ἐπισκέψεις, ὡς εἴρηται, ποιήσῃ. συμμέτρου δὲ ὄντος αὐτοῦ κατὰ τὴν ἐν σκληρότητι καὶ μαλακότητι διαφορὰν, προεπισκέπτου τὸ ποσὸν τῆς διαστολῆς. ἂν μὲν γὰρ ἀξιολόγως διαστέλλεται καθ' ἑκατέρας τὰς διαστάσεις ἡ ἀρτηρία, τήν τε εἰς μῆκος καὶ τὴν εἰς ὕψος, καὶ μήτε διὰ πρόσφατον τροφὴν ἢ οἴνου πόσιν ἢ λουτρὸν ἤ τινα ἄλλην κίνησιν τοῦτο γέγονεν, εὔδηλον δήπου πυρέττειν τὸν ἄνθρωπον. ἐὰν δὲ καὶ τάχος ἅμα τῇ τοιαύτῃ σφοδρότητι καὶ πυκνότης προσῇ, δῆλον ὅτι καὶ ὁ πυρετὸς μείζων ἐστί. ἐὰν δὲ

frigidae vel vini potione, in illis enim arteria videtur ſtupefacta circa motum. Videtur autem in iis qui ita habent vinum meracum exſiccare eorum habitum, ſicuti frigida aqua congelare. Jam vero et fructus autumnales tactu et facultate frigidi durum pulſum efficiunt. At noxae quae ab externis cauſis proveniunt celeriter conquiescunt ſi nos laborantem calefaciamus; et ob id etiam pulſus una quiescunt; perſeverant autem cum affectionibus quae in corpore ſunt, ſi ipſae curatu difficiles ſint. Si ergo longus pulſus una et durus ſit, conſiderabis, ut dictum eſt. Ubi vero moderatus ipſe ſit ſecundum eam differentiam quae eſt in duritie et mollitie, tunc inſuper quantitatem diaſtoles conſidera; ſi enim arteria ſecundum utrasque dimenſiones, longitudinem inquam et altitudinem, inſigniter dilatetur idque non ob recens alimentum, vel vini potionem, vel lavacrum, vel aliquam aliam motionem evenerit, conſtat certe hominem febricitare. Si vero et celeritas et frequentia una cum tali vehementia adſit, patet majorem etiam eſſe febrem. Si autem ſecundum alti-

Ed. Chart. VIII. [324.]

κατὰ μὲν ὕψος τε καὶ πλάτος ἡ σύμμετρος ὁ σφυγμὸς, ἐπὶ δέ γε τῷ τάχει καὶ προσέτι καὶ πυκνὸς ἱκανῶς ἦ, πολλὴν μὲν ἐνδείκνυται θερμασίαν, ἀσθενῆ δὲ τὴν δύναμιν. εἰ γὰρ ἦν ἰσχυρὰ, μέγεθος ἂν ὑπῆρχε τοῖς σφυγμοῖς. ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ταχὺς ἱκανῶς γίνεται καὶ πυκνὸς, ὅτι μὴ πληροῦται διὰ μακρότητα τῆς διαστολῆς ἡ χρεία. φανεῖται δέ σοι πάντως ὁ τοιοῦτος ἀμυδρός. ἴδιον γὰρ ἀχώριστον τοῦτο σημεῖον ἐν σφυγμοῖς ἐστιν ἀῤῥωστούσης δυνάμεως· ὥστ' ἐκ περιουσίας ἅπαντα τἄλλα τὰ τῆς δυνάμεως ἀσθένειαν ἢ ῥώμην σημαίνοντα σκοπεῖσθαι· πρός γε μὴν ἐπιστήμην ἀκριβῆ τῆς κατὰ τοὺς σφυγμοὺς θεωρίας γίνεται χρήσιμα μαρτυρούμενά τε καὶ μαρτυροῦντα τῇ διὰ τῶν ἀμυδρῶν τε ** ἔθος τοὺς μὲν εὐτόνους ὀνομάζω σφοδροὺς, τοὺς δὲ ἀτόνους ἀμυδρούς. φέρε γάρ τινι συμμέτρως ἔχοντι σαρκώσεως τὸν σφυγμὸν φαίνεσθαι σύμμετρον κατὰ μέγεθος, τοῦ χιτῶνος τῆς ἀρτηρίας καὶ αὐτοῦ συμμέτρως ἔχοντος ἐν τῇ κατὰ σκληρότητα καὶ μαλακότητα

tudinem et latitudinem moderatus ſit ipſe pulſus et praeter celeritatem ſit etiam ſatis frequens, multam quidem indicant eſſe caliditatem, imbecillam autem facultatem; ſi enim eſſet valida, magnitudo utique pulſibus ineſſet. Sed et propter hoc ipſum velox ſatis ſit et frequens, propterea quod uſus ob diaſtoles parvitatem non completur. Talis autem pulſus languidus tibi omnino apparebit; proprium enim et inſeparabile hoc ſignum in pulſibus eſt infirmae facultatis; ut jam cetera omnia quae facultatis imbecillitatem, vel robur ſignificant, ex abundantia conſiderentur; quippe ad exquiſitam ſcientiam ſpeculationis pulſuum ſunt utilia, comprobata comprobantiaque praecognitionem, quae ex languidis et vehementibus pulſibus ſit. Dictum autem eſt ſuperius, quod ob medicorum conſuetudinem, vehementes nomine pulſus eos qui tenore praediti ſunt; languidos autem eos qui tenoris ſunt vacui. Age enim cuipiam, qui in carnis incremento moderate ſe habeat, pulſus appareat moderatus ſecundum magnitudinem, tunica etiam ipſa arteriae moderate ſe habente in differentia, quae eſt ſecundum duritiem et mollitiem, quae

Ed. Chart. VIII. [524.]

διαφορᾷ, καλουμένῃ δὲ ὀνόματι κοινῷ κατάστασιν τοῦ χιτῶνος. ἐπὶ τοῦ τοιούτου σφυγμοῦ τὴν δύναμιν ἐρρῶσθαι πάντως ἐρεῖς, πρὶν γνῶναι σφοδρότητος ὅπως ἔχει. οὐ γὰρ δὴ κατά γε πᾶσαν ἐπιβολὴν τῆς ἁφῆς εὐθὺς ὁ σφοδρὸς διαγινώσκεται σφυγμὸς, ἀλλὰ μόνον ὅταν θλίψωμεν τὴν ἀρτηρίαν. ἡ γὰρ ἐπιπολῆς ψαῦσις ἀκριβῶς μὲν διαγινώσκει τὸ μέγεθος, οὐδ' ὅλως δὲ τὴν σφοδρότητα. θλιψάντων μέντοι γε σαφῶς ἡ μὲν σφοδρότης φαίνεται, καθάπερ γε καὶ ἡ ἀμυδρότης. συνεκφαίνεται δὲ καὶ τὸ μέγεθος. ἀνιέναι γὰρ εἰς ὕψος ἡ ἀρτηρία κωλυομένη διὰ τὴν θλῖψιν, ἅμα μὲν εὔτονον ποιεῖται τὴν ἀντίβασιν, ἅμα δὲ ἐμφασίν τινα τῆς εἰς τὸ πλάτος ἐκτάσεως. ἐν οἷς ἔνδειξις γίνεται τῆς κωλύσεως διὰ τὴν θλῖψιν τῆς εἰς ὕψος ἀνόδου ἀλλ' ὅταν γε σκληρὸς ὁ χιτὼν ᾖ τῆς ἀρτηρίας, οὐδὲ γίγνεταί πω μεγίστη διαστολή. καὶ διὰ τοῦθ' ὅταν ᾖ κυρίου σπλάγχνου φλεγμονὴ καὶ δι' αὐτὴν ὁ σφυγμὸς σκληρὸς, ἐὰν πρὸς τούτοις ἡ διαστέλλουσα τὰς ἀρτηρίας δύναμις εὔρῥωστος ᾖ, κλονώδης ὁ σφυγμὸς ἀποτελεῖται. ὅταν γὰρ ἥ τε

communi nomine vocatur conſtitutio arteriae; in tali pulſu virtutem valere omnino dices, antequam noscas quando in vehementia ſe habeat; neque enim ſane ſecundum onnem tactus injectionem ſtatim vehemens dignoscitur pulſus, ſed ſolum quum arteriam comprimimus. Superficiaria enim attrectatio exquiſite quidem dignoscit magnitudinem, at nullo modo vehementiam. Si vero compreſſerimus, aperte quidem vehementia apparet, quemadmodum ſane et languor: apparet autem una et ipſa magnitudo. Quum enim ascendere in altitudinem prohibeatur arteria ob compreſſionem, ſimul quidem tenore praeditum facit occurſum, ſimul vero imaginem quandam extenſionis in latitudinem: in quibus indicatio apparet prohibitionis ascenſus in altitudinem ob compreſſionem. Verum quando dura fuerit tunica arteriae, neque tunc maxima ſit diaſtole. Et propter hoc, quum fuerit principis visceris phlegmone et propter ipſam pulſus durus ſit, praeter haec facultas quae arterias dilatat, robuſta ſit, vibratus ſit pulſus; ubi enim tum uſus diaſto-

Ed. Chart. VIII. [324. 325.]

χρεία τῆς διαστολῆς αὐξήσῃ καὶ ῥώμη παρῇ τῇ ζωτικῇ δυνάμει, βιαίως διαστελλομένης τῆς ἀρτηρίας, ὁ κλόνος ἀποτελεῖται. τὰ πολλὰ δὲ ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν οὐκ ἔστιν εὔῤῥωστος ἡ δύναμις· ἀλλ' ἀγαπήσειεν ἄν τις ἐν ἰσχνῷ σώματι διὰ μῆκος νόσου γεγονότι μετρίως ἔχειν τόνου τὴν δύναμιν. διὰ τοῦτ' οὖν οὐδὲ κλονώδεις αὐτοῖς οἱ σφυγμοὶ γίνονται. πιοῦσι γε μὴν οἶνον ἀκρατέστερον ἢ πλέον κλονώδεις αἰτοῖς ἐνίοτε φαίνονται, τῆς τε δυνάμεως ῥωννυμένης καὶ τῆς πυρετώδους θερμασίας αὐξανομένης. οὗτοι μὲν οὖν οἱ σφυγμοὶ πολλάκις φαίνονται, σπάνιοι δὲ οἱ τὸ μὲν ὕψος φυλάττοντες ἅμα τῷ πλάτει, τῷ μήκει δὲ βραχεῖς, σπανιώτατοι δ' αὐτῶν οἱ καὶ τὸ μῆκος ἅμα τῷ πλάτει συστέλλοντες. τούτων δ' ἔτι σπανιώτερος ὁ ὑψηλὸς ἅμα καὶ στενὸς καὶ βραχύς, ἐν μὲν τοῖς μακρὸν ἐχουσι τὸν σφυγμὸν, οὐθ' ὑγίαινον, οὐδὲ γενέσθαι δυνάμενος· ἐν δὲ τοῖς βραχὺν, ἐπὶ πλήθει συνιστάμενος, ἐῤῥωμένης τῆς δυνάμεως. διὸ καὶ τοὐπίπαν ἀνώμαλος φαίνεται κατὰ τὰ δύο γένη τῆς ἀνωμαλίας. ὥσπερ γάρ ἐστι σημεῖον ἐῤῥωμένης δυνάμεως ὁ σφοδρὸς σφυγμὸς, οὕτω μετ' ἐκεῖνον ὁ ὑψηλὸς,

les auctus ſit, tum robur vitali facultati adfuerit, dum violenter dilatatur arteria, vibratio efficitur. Magna tamen ex parte in talibus affectionibus non eſt robuſta facultas; imo certe quispiam contentus eſſe deberet, ſi in corpore ob morbi longitudinem extenuato facultas vel mediocrem tenorem haberet; propter hoc igitur neque vibrati ipſis pulſus ſiunt. Iis ſane qui vinum meracius vel copioſius biberunt, pulſus vibrati quandoque apparent, quod et facultas roboretur et febrilis caliditas augeatur. Atque hi quidem pulſus ſaepenumero conſpiciuntur; raro vero qui altitudinem quidem ſervant una cum latitudine, longitudine autem ſunt breves; rarius autem ipſis ii [325] qui et longitudinem una cum latitudine contrahunt; his adhuc rarius qui altus una et anguſtus et brevis ſit; qui in iis quidem, qui dum ſani erant longum habebant pulſum, ne fieri quidem poteſt; in iis autem qui brevem, ex multitudine conſiſtit, valida exiſtente facultate. Quare etiam ut plurimum inaequalis apparet ſecundum duo genera inaequalitatis. Sicuti enim vehemens pulſus validae facultatis eſt ſignum, ita poſt ipſum altus, quando in longitudine

Ed. Chart. VIII. [325.]

ὅταν ἐν τῷ μήκει βραχύνηται. δῆλος οὖν ἐστι τηνικαῦτα μήτε διὰ λεπτότητα τοῦ σώματος εἰς ὕψος ἀνιὼν μήτε διὰ μαλακότητα τοῦ χιτῶνος τῆς ἀρτηρίας· εἰ γὰρ διὰ τούτων παρεῖτο, βραχὺς ἂ σφυγμὸς οὐκ ἂν ἦν. ὡς τὸ πολὺ μὲν οὖν ὁ ὑψηλὸς σφυγμὸς εὐθὺς καὶ πλατύς ἐστιν· εἰ δὲ μή, σύμμετρος κατὰ τὸ πλάτος. ἐστενῶσθαι δὲ τὸν αὐτὸν καὶ ὑψηλότερον εἶναι τοῦ συμμέτρου χωρὶς ἀνωμαλίας συστηματικῆς ἀδυναμία ἐστίν· καὶ ταύτης ἐλάττους ἀριθμῷ τοὺς ὑψηλοὺς σφυγμοὺς ἐχούσης τῶν συμμέτρων κατὰ τὸ βάθος. ἀλλὰ καὶ κατὰ μίαν διαστολὴν ὁ τοιοῦτος ἀνωμαλίας χωρὶς μὴ πάνυ τι φαίνεσθαι. καὶ μέντοι κἂν κολουθῇ κατὰ μῆκος ὁ ὑψηλὸς σφυγμός, ἀλλ' εἰς τοσοῦτόν γε εἰς ὅσον ἐν τῷ μυρμηκίζοντι οὐ κολουθήσεται. δακτύλου γοῦν ἑνὸς ἐπιβολὴν ἐκπληροῖ, τοῦ μυρμηκίζοντος οὐδὲ τὸ τρίτον μέρος τοῦ ὅλου πληροῦντος. ὁ δ' οὖν ὑψηλός τε ἅμα καὶ βραχὺς τῷ μήκει σφυγμός, ὅταν σκληρότερός τε ἅμα γένηται** δηλονότι. τὴν δ' ἀρχὴν οὐδὲ ὤφθη ποτέ μοι μακρὸς ἅμα καὶ δίκροτος. ἀλλ' ὅ γε μῆκος προσλαβὼν

breviatur. Conſtat igitur tunc neque ob tenuitatem corporis ipſum in altitudinem ascendere, neque ob mollitiem tunicae arteriae; nam ſi ob haec attolleretur, brevis pulſus non eſſet. Magna ergo ex parte altus pulſus ſtatim etiam latus eſt: ſin minus, at certe moderatus ſecundum latitudinem. Anguſtatum autem hunc ipſum eſſe, altioremque moderato eſſe ſine collectiva inaequalitate, impoſſibile eſt; quae etiam minores numero altos pulſus habeat quam moderatus ſecundum profunditatem. Sed et ſecundum unam diaſtolen talis pulſus ſit inaequalis, ita ut abſolute altus una et anguſtus ſine inaequalitate non admodum frequenter appareat. Et ſane altus pulſus, licet ſecundum longitudinem mutilatus fuerit, non tamen tantum quantum formicans mutilabitur, digiti certe unius injectionem explet, quum formicans ne tertiam quidem totius compleat. Igitur altus ſimul et brevis longitudine pulſus, quando durior una fuerit, dicrotus etiam ſimul evadit. Verum nunquam a me viſus eſt longus una et dicrotus; ſed quum longitudinem

Ed. Chart. VIII. [525.]

ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις αἰτίοις κλονώδης γίνεται· τὰ δ' αἴτια πλῆθος θερμασίας καὶ ῥώμη δυνάμεως καὶ ὀργάνου σκληρότης. ἐνίοτε δὲ καὶ διὰ πάθος ἐν νόσοις ἡ θέσις ἡ τῆς ἀρτηρίας ὑπαλλάττεται καὶ διαστρέφεται, δυσκρασίας τινὸς ἀνωμάλου κατὰ τοὺς χιτῶνας αὐτῆς ἢ τὰ πέριξ σώματα γινομένης· ὡς τὸ μὲν ἐξηράνθαι μέρος, τὸ δὲ μὴ, καὶ τὸ μὲν ἐσκληρύνθαι, τὸ δὲ μὴ, καὶ τὸ μὲν ὑπό τινος τῶν περικειμένων σωμάτων ἑλκόμενον τετάσθαι, τὸ δὲ ἐξεῶσθαι τῆς θέσεως. ἀλλὰ ταῦτα μέν ἐστι σπάνια, τὰ δὲ διὰ θερμασίαν ἢ ψύξιν ὅλου τοῦ κώλου σὺν τοῖς περικειμένοις ἢ ὑγρότητα καὶ πλῆθος ἢ ἔνδειαν ἢ ξηρότητα πολλάκις συμβαίνει. μεμνῆσθαι μέντοι χρὴ καὶ τῶν σπανίως γιγνομένων· ὥστ' ἐπειδὰν ἀφίκῃ πρὸς ἄῤῥωστον ὃν οὔπω πρότερον εἶδες, ἀπὸ τῶν ὡς ἐπιπολὺ γιγνομένων ἀρξάμενον μεταβαίνειν ἐπὶ τὰ μὴ πάνυ πολλάκις ὁρώμενα, κἄπειθ' οὕτως ἐπὶ τἄλλα μέχρι τῶν σπανιωτάτων, ὥσπερ ἀμέλει κἀπὶ τοῦ βραχέος μὲν κατὰ τὸ μῆκος, ὑψηλοῦ δὲ κατὰ τὸ βάθος σφυγμοῦ παράδειγμα γινόμενος τῆς ἀπὸ τῶν

assumserit, ex praedictis causis vibratus evadit. Causae sunt copia caloris et robur facultatis et instrumenti duricies; nonnunquam etiam et propter affectum in morbis situs arteriae immutatur ac pervertitur, intemperie quapiam inaequali in tunicis ipsius, vel circumjacentibus corporibus orta; ut alia quidem pars sit exiccata, alia vero non, et alia quidem sit indurata, alia vero non: et alia quidem ab aliquo circumjacentium corporum attracta sit tensa, alia vero de suo situ extrusa sit. Sed haec quidem sunt rara. Quae autem fiunt ob caliditatem, vel refrigerationem totius membri una cum circumjectis partibus, aut humiditatem et multitudinem, aut defectum et siccitatem, ea saepenumero contingunt. Meminisse tamen oportet et eorum quae raro eveniunt, ut quando perveneris ad aegrotum, quem haud prius inspexeris, ab iis auspicatus quae magna ex parte eveniunt, ad ea transeas quae non admodum frequenter conspiciuntur, atque ita ad alia usque ea quae rarissima sunt; quemadmodum sane et in pulsu, qui brevis secundum longitudinem et altus secundum profunditatem est, exemplum

Ed. Chart. VIII. [325.]

πολλάκις ὁρωμένων ἐπὶ τὰ σπανιώτερα μεταβάσεως. εὔλογον οὖν ἐστιν, ὅταν ὁ σφυγμὸς οὗτος ὀφθῇ θεάσασθαι πρότερον ὅπως ἔχει παχύτητος ὁ ἄνθρωπος. εἰ μὲν γὰρ εὐσαρκός τε καὶ πίων ἱκανῶς εἴη, κατὰ λόγον ὁ σφυγμὸς φαίνεται· μικρὸς γὰρ ἔσται. διότι ἐν ταῖς ἀμετρωτέραις σαρκώσεσιν ἡ σὰρξ ἀποχεομένη κωλύει διαστέλλεσθαι τὸ ἀγγεῖον, εἰς ὅσον ἐπεφύκει· ἀλλὰ καὶ τὸ μῆκος αὐτοῦ βραχύτερον γίνεται καὶ τὸ πλάτος στενώτερον, τῷ πλήθει τῆς σαρκὸς θλιβόμενον. τῶν δ' ἰσχνῶν μὲν τὴν ἕξιν, τἄλλα δὲ εὐρώστων, ἱκανὸν μὲν τό γε πλάτος καὶ τὸ μῆκος ὁ σφυγμὸς ἔχει, ἀξιόλογον δὲ καὶ τὴν εἰς ὕψος ἀνάβασιν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐφ' ὧν χαλαρόν ἐστι τὸ δέρμα, κατάδηλον γίνεται τὸ τοῦ διαστήματος αὐτοῦ τε καὶ τοῦ τῆς ἀρτηρίας χιτῶνος. ᾧ δῆλον ὅτι τὰ μὲν κουφότερα σώματα ῥᾳδίως συνεξαίρουσιν αἱ ἀρτηρίαι διαστελλόμεναι, τὰ δὲ βαρύτερα δυσχερέστερον· ὅσα δ' ἱκανῶς βαρέα, ταῦτα οὐδ' ὅλως κινοῦσι.

tibi adeſt tranſitionis ab iis quae ſaepe ad ea quae rariſſime conſpiciuntur. Rationi igitur conſonum eſt, ut quando hic pulſus viſus fuerit, inſpicias prius quomodo ſe habeat homo ille quoad craſſitiem. Si enim bene carnoſus et pinguis ſatis ſit, pulſus ſecundum rationem apparet, parvus enim erit. Quare in immoderatis carnis incrementis caro quae effunditur prohibet dilatari vas, quantum ex natura poterat, ſed et longitudo ipſius brevior ſit et latitudo anguſtior: quod a carnis multitudine comprimantur. Eorum autem qui habitu ſunt graciles, in ceteris autem robuſti, ſatis quidem magnam latitudinem et longitudinem pulſus habent; notabilem quoque in altitudinem aſcenſum: adhuc etiam magis in quibus laxa eſt cutis perſpicuum ſit illud ſpatium quod inter ipſam et arteriae tunicam intercedit. Ex quo patet leviora quidem corpora facile ſimul attolli ab arteriis, dum dilatantur; graviora autem difficilius; quae vero admodum gravia ſunt, ea nullo modo moveri.

Ed. Chart. VIII. [325.]

Κεφ. κή. Νῦν δὲ περὶ τῶν σφυγμῶν εἴπωμεν, διὰ τί ἐπὶ ταῖς μετρίαις βλάβαις τῆς τε δυνάμεως ἅμα καὶ τῆς θερμασίας πυκνοὶ μὲν γίνονται, μικροὶ δὲ οὐκέτι οὐδὲ βραδεῖς, ἀλλὰ σύμμετροι. τέσσαρες γοῦν συζυγίαι διάφοροι γίνονται. ἢ μὲν γὰρ διὰ θερμασίαν μόνην ἢ διὰ ψύξιν ἀλλοιοῦνται. καὶ κατὰ μὲν τὴν ἀῤῥωστοτέραν ἅμα καὶ θερμὴν, εἰ μὲν ἐπὶ πλέον ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν αἰτίων δυναστεύοιτο, ἥ τε δύναμις ἱκανῶς ἄῤῥωστος εἴη, καὶ τὸ θερμὸν πυρῶδες, μικροὶ μὲν καὶ βραδεῖς οἱ σφυγμοὶ καὶ πυκνότατοι γίνονται. μετρίας δ' οὔσης τῆς βλάβης, πυκνοὶ μὲν ὁμοίως, σύμμετροι δὲ κατὰ τὴν διάστασίν τε καὶ κίνησιν. δευτέρα δὲ συζυγία ἐξ ἀῤῥωστίας τε καὶ καταλήψεως σύγκειται. ἐν αὐτῇ ἀμυδρὸς μὲν εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον ἂν καὶ τὰ τῆς δυνάμεως ἔχοι κακῶς ὁ σφυγμὸς γίνεται, μικρὸς δὲ καὶ βραδὺς, ὥσπερ καὶ οἱ ἐπὶ τῆς προτέρας συζυγίας. οὐ μὴν ὁμοίως γε ἐκείνοις εἰς ἔσχατον ἀφικνεῖται. πλὴν εἰ ἡ δύναμις ἐσχάτως εἴη κεκμηκυῖα, δῆλον ὡς μικρότατος ἐπὶ τῶν τοιούτων ὁ σφυγμὸς ἔσται, καὶ διαλείπων καὶ ἐκλείπων τὰ πολλά. τρίτη δὲ συζυγία σφυγμῶν ἀλλοιώσεως, αὐξανομένης

Cap. XXVIII. Nunc autem de pulſibus dicamus, propter quod ex mediocribus laeſionibus facultatis ſimul et caliditatis frequentes quidem fiant, parvi vero non adhuc neque tardi, ſed moderati. Quatuor igitur conjugationes diverſae oriuntur, vel enim ob caliditatem ſolam, vel ob refrigerationem alterantur. Et ſecundum imbecilliorem una et calidam, ſi multum quidem ab ambabus cauſis ſuperetur, facultasque ſatis imbecilla ſit et calor igneus, parvi et tardi pulſus et frequentiſſimi fiunt. Si vero mediocris ſit laesio, aeque quidem frequentes, ſed moderati ſecundum diſtentionem et motionem. Secunda autem conjugatio ex imbecillitate et refrigeratione conſtat; in ipſa languidus quidem eatenus ſit pulſus quatenus etiam male ſe habet facultas; parvus item et tardus, quemadmodum et pulſus prioris conjugationis, non tamen aeque ut illi ad extremam frequentiam pervenit; niſi facultas extreme fatigata ſit, tunc enim conſtat minimum in talibus fore pulſum, et intermittentem et deficientem plerumque. Tertia vero conjugatio alteratio-

Ed. Chart. VIII. [325.]
ὁμοῦ θερμασίας τε καὶ δυνάμεως· ἐν ᾗ σφοδρότατοι μὲν καὶ μέγιστοι, τάχιστοι δὲ οὐκέτι ὁμοίως οἱ σφυγμοὶ γίνονται, πυκνότατοι δὲ τὰ πολλὰ μὲν οὐκ ἐναργῶς, ἔστιν ὅτε (δὲ) καὶ σαφῶς ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν εἰσίν. καὶ γίνεται τοῦτο, ὅταν ἐπὶ πλεῖστον αὐξηθῇ τὰ τῆς θερμασίας. λοιπὴ δὲ συζυγία τῆς κατὰ τοῦτο τὸ γένος τῶν σφυγμῶν ἀλλοιώσεως, ὅταν εἰς ταὐτὸν ἀφίκηται ῥώμη τε δυνάμεως καὶ θερμασίας ἔνδεια. γίνονται δ' οὗτοι σύμμετροι μὲν τῷ μεγέθει, βραδύτεροι μέντοι καὶ ἱκανῶς ἀραιοὶ, καὶ μάλιστα, ὅταν ἐπὶ πλέον ἡ ψύξις κρατῇ. τὸ μέντοι τῆς διαστάσεως αὐτῶν ποσὸν οὐ κωλύεται σαφῶς οὐδ' ἐναργῶς διὰ τὴν εὐῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως. οὐ μὴν οὐδὲ βραδυτὴς ἐπὶ πολὺ κρατεῖ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. ἐῤῥωμένη γὰρ ἡ δύναμις — (Cetera desunt).

nis pulsuum est, augescente simul tum caliditate tum facultate; in qua vehementissimi quidem et maximi, celerrimi tamen non aeque fiunt pulsus, frequentissimi autem magna quidem ex parte non evidenter quandoque; tamen supra naturalem statum excedunt: hocque fit, ubi caliditas plurimum aucta fuerit. Reliqua autem conjugatio alterationis secundum hoc genus pulsuum est, quando in idem conveniunt robur facultatis et caliditatis defectus; fiuntque hi moderati quidem magnitudine, tardiores tamen et admodum rari, ac praesertim cum refrigeratio multum pervaluerit. Distentionis sane ipsorum quantitas non impeditur manifeste, nec evidenter, ob facultatis fortitudinem. Neque vero tarditas etiam multum praepollet ob eandem causam; valens enim facultas naturales motionis mensuras conservat, quamvis usus non postulet. Magnopere etenim usum esse exolutum oportet, frigiditate vehementer praepollente, ut pulsus evidenter minor fiat. Magna tamen ex parte naturalem distentionis quantitatem servat, vel parvo quid nec admodum aperte fit minor; multo certe tardior quam minor in refrigerationibus apparet.

Cap. XXIX. Redeamus autem ad praecognitiones quae in febribus fiunt, ut qualis fit singularum ex pulsibus dignotio hoc in loco dicamus. Ephemerae igitur omnes in

Ed. Chart. VIII. [325. 326.]

magnitudinem et celeritatem et frequentiam pulſus quantum in ipſis eſt mutant. Pari modo et hecticae febres in easdem differentias alterant pulſus quantum in ipſis eſt: et magis in ipſis immutatur celeritas. At quae fiunt ex putredine humorum, in vigoribus quidem ambas habent motiones celeres, diaſtoles inquam et ſyſtoles: pari modo et frequentias ambas aeque alterant: in invaſionibus autem non aeque, ſed ſolum intendunt ſyſtoles celeritatem; in aſcenſionibus autem cum hanc quidem tum vero extremam quietem plurimum concitant; ut frequentiſſimus appareat ſecundum ipſam pulſus. Et hi ſoli febrium ſunt proprii pulſus ex ſui ipſorum ratione. Alii autem alias affectiones magis ſequuntur. Duo autem ſunt genera talium affectionum, vel facultatis, vel inſtrumentorum vitium, ad tria enim haec reſpiciendo, cauſas quae pulſus immutant, invenire oportet, inſtrumentum, uſum et facultatem. Animum autem diligenter hoc in loco adhibere oportet, propterea quod diffident inter ſe ſapientes medici [326] de propriis febris pulſibus, errantque cuncti, alterationes ipſas pulſuum, quae ex facultatis, vel inſtrumentorum vitio proficiscuntur, proprias ipſarum febrium eſſe arbitrantes. Eſt autem inſeparabile maximeque proprium invaſionibus febris ex putredine humorum ortae ut ſyſtole arteriae velocior fiat, et quicunque in cognoscenda ſyſtole fuerit exercitatus hoc habebit inſeparabile principii paroxysmi ſignum, quando pulſus aliquem habet tenorem. Quo modo autem incipienda ſit exercitatio, copioſiſſime in primo de dignotione pulſuum dictum eſt. Equidem in multis multoties, quorum nunquam antea, nec dum valerent, nec dum aegrotarent, pulſus tetigeram, hoc ſolo ſigno fretus, nunquam lapſus ſum. Quando igitur pulſus in aliis non mutatus celerior fiat ſecundum ſyſtolen, principii paroxysmi ſignum inſeparabile ſtatuito; ſit autem ſtatim talis pulſus etiam frequentior ſecundum externam quietem, incumbente natura ad propulſandum fumoſum excrementum: propter quod celerius contrahebatur. Ephemeris autem febribus

Ed. Chart. VIII. [326.]
hoc non adeſt, quia ſine putredine humorum fiunt. Sed nec etiam hecticis, quoniam nec incipiunt unquam, niſi caſu aliqua alia affectio cum ipſis coiverit. Si autem primo die, cum recens de ſanitate in morbum homo quispiam decidit, pulſum tangamus, ſtatim etiam febris genus ab hoc ſigno indicabitur. Diſtinguuntur autem qui ex phlegmonis oriuntur ab iis qui ex putredine humorum ſola ipſa duritie; durus enim eſt occurſus in iis qui ex phlegmone. Si igitur diſtinguere potes durum arteriae occurſum ex tenſione ortum ab eo qui ex refrigeratione et duritie fit, tres habebis ex hoc praecognitiones cauſarum praeteritarum, potum frigidum, vinum meracius et phlegmonem, quam non ſolum cauſam, quae ante paroxysmum extiterit, ſed quae etiam permaneat, dicimus; frigidae vero et largioris meraci potionem, praeceſſiſſe eam quidem, ſed affectionem quae ab ipſa fit ſervari. Ac indurantur quidem ex nocuis frigidae potionibus arteriarum tunicae; exiccantur autem ex largioris vini potionibus. Haec quidem ita diſtinguantur. Quae vero prima die nequaquam habent praedictam notam, eae vel ephemerae judicandae ſunt, vel hecticae. Ac rariſſime quidem ſtatim a principio conſiſtit febris hectica; non tamen impoſſibilis eſt talis generatio ipſius, ſed viſae ſunt alicubi a nobis etiam tales. Ac cunctas quidem ipſarum notas in tractatione de febrium differentia contemplamur; quae vero a pulſibus ſumuntur, nunc dicentur. Neque magnus neque vehemens pulſus una cum hectitis unquam invadit febribus, ſed ſi alterutrum horum inſit ipſis, non ſunt hecticae: ſi vero etiam omnia ſimul adſint, aperte ſunt ephemerae.

Cap. XXX. His ita definitis, deinceps conſiderandum eſt, quid unusquisque pulſus in his ad criſim ſignificet. Si igitur undoſus ipſe pulſus fiat et mollis inſigniter, ſperare oportet ſudores. Durus autem vomitus magis quam ſudores praemonſtrare ſolet. Nam altus omnis excretionis eſt nota, quemadmodum et vehemens. Magnus autem ſi fuerit, motionis ad externa magis quam ad in-

Ed. Chart. VIII. [526.]

terna ſignum eſt: duplex autem cum ſit utraque, ad externa quidem per ſanguinis eruptionem et ſudores, ad interna vero per ventrem et ſtomachum; undoſus quidem pulſus ſudores, magnus vero ſimpliciter ſanguinis eruptiones praemonſtrabit; motione vero ad interna ſuperante, ubi adſuerint vomituum ſigna, dejectione alvi aegrotus judicabitur; ubi adſuerint, per ſudores magis: ſi vero et haec adfuerint et venter inſigniter ſubducatur, per utraque. Inaequalis autem pulſus in plurimis ſit criſibus, ac praeſertim ubi aliquid certaminis et periculi habeant; multo vero magis, ubi bilioſi humores ad ventrem confluant, ſimulque adſint alia vomituum ſigna, quae ab Hippocrate dicta ſunt: et omnino inaequales ſiunt, quod mordeatur graveturque ſtomachus.

Cap. XXXI. Quoniam autem ſubſtantia facultatis ſingularum partium in bona cujusque ipſarum temperatura poſita eſt (tunc enim proprium opus ſtrenue perficit, quum temperatiſſima eſt: et ſane male etiam agit, ubi intemperata reddita ſit: et eatenus male quatenus intemperata ſit:) ideo propoſitum eſt nobis deinceps dicere qualis pulſus ſingulas aliarum corporis partium affectiones ſequatur. Diximus autem de corde ubi de febribus ſermonem habuimus. Prope illud ſunt reſpiratoriae partes animalis, hae autem ſunt pulmo et thorax: poſtea alimenti inſtrumenta, hoc eſt jecur et venter inteſtinaque et lien et renes et veſicae ambae. Si igitur pulmo ſe ipſo fiat aliquando calidior, ſtatim et cor calefacit; ſique frigidior ſit, nec hoc denegat, ſummatim, ſuas intemperaturas citius quam alia inſtrumenta cordi impertit. Cauſa hujus rei eſt quod cordi maxime omnium eſt vicinus, perque vaſa ei maxime affinis exiſtit, et per maxima oſtia in ambos ſinus confluxum habent. Pulmoni igitur morboſe calefacto, cor concalefactum pulſus efficit, qui ex uſu pulſuum aucto fieri ſolent. Si vero longiori tempore hoc accidat, periculum ipſi eſt ne hecticam contrahat febrem. Refrigerato autem pulmone, cor compatiens per initia quidem in eam alterationem ducet pulſus quam prius oſtendimus, dum uſus exolvitur, con-

Ed. Chart. VIII. [326. 327.]

ſtitui; in fluxionibus autem commune omnium eſt ipſa pulſuum inaequalitas, obſtructioque prompte et conſtipatio et compreſſio principaliſſimarum arteriarum ex talibus fit fluxionibus: nec minus etiam plenitudo, quae ad vires refertur; quod tam prope pulmonem ſitum ſit cor, et per magna oſtia conſluxum habeat, ac ex tenuibus quidem et paucis fluxionibus minor ſit inaequalitas, ex craſſis autem et viſcidis et multis major; etenim hae obſtruunt et comprimunt et gravant magis. Duriores autem pulſus ſiunt quam naturalis ſtatus exiſtit ex ſiccis intemperaturis ac phlegmonoſis vel ſcirrhoſis tumoribus pulmonis: quemadmodum ſane et molliores ob oedematoſas affectiones. Sane in pulſibus alia etiam quaedam gignitur differentia praeter ſuperius dictas ex eo quod fluxio aliquando quidem in ipſas ſolum incidat aſperas arterias, aliquando autem et in laeves et venas, vel etiam intermedias regiones ipſorum univerſas occupet; ex aſperis enim arteriis ſolis repletis nulla ſecundum duritiem fit mutatio pulſibus: ex laevibus autem arteriae quae in toto animali ſunt, dum tenduntur, duriorem efficiunt pulſum, oedemata vero molliorem ipſum reddunt, tenſionem nullam facientia, quemadmodum in phlegmonoſis et ſcirrhoſis tumoribus evenit. Ad talium autem in temperaturarum ſimilitudinem thoracis etiam intemperaturae easdem faciunt alterationes; tumores vero pro quantitate et idea ſingulorum qui ipſos faciunt humorum. Tardius autem thoraci compatitur cor, celerius, pulmone affecto. Pleuritici autem duriorem ſemper habent pulſum quam peripneumonici; major enim eſt tenſio ex duris et denſis partibus in tumorem elevatis. Aequalis autem ut plurimum ex tumoribus coſtas [327] occupantibus eſt pulſus, ex iis autem qui in pulmone ſunt inaequalis. Jecore autem aegrotante ex phlegmonis minus duri ſiunt quam ex thoracis phlegmonis, tanto quanto quam ex pulmonis magis; compatitur autem promptius cor jecori, remotius licet quam thorax jacenti, ob venae cavae communionem. Ex diaphragmate autem male affecto citra febrem durus quidem ſit pulſus et parvus, non tamem multum fre-

Ed. Chart. VIII. [327.]

quens, ſed vel omnino parum, vel nullo modo ad talem pervenit mutationem Maxima autem nota pleuritidis pernicioſae eſt, ſi durus admodum pulſus evaſerit, et ob id etiam parvus, et ob haec duo et caliditatem frequentiſſimus; nullus enim pleuriticus ex tali pulſu ſervatus eſt. Dictum autem mihi in iſagoge eſt pleuriticorum pulſum celerem et frequentem, nec valde magnum eſſe, et quia nervoſiorem durioremque efficit arteriam, tanquam ad vehementiam vertat, inexercitatis imponere, qui duram percuſſionem a vehementi diſcernere nequeunt. Verum de his ſermonem protrahere hoc in loco non oportet. Ventriculus autem male affectus intemperie quidem eo modo quo praedictae partes pulſus alterabit; ſi vero tumor in ejus ore ſubortus ſit, durior pulſus erit ob nervorum multitudinem, non tamen ita durus ut ex diaphragmate. Quemadmodum autem ex doloribus oris ventriculi facultas celerrime fatigatur, eadem ratione non ſuſtinet copiam ne quidem pauliſper, ſed gravatur ac fatigatur, pulſusque inaequales efficit. Os autem ventriculi dum facultatem, vel gravatam a multitudine materiae, vel debilitatam habet, jure etiam pulſus efficit nonnunquam quidem languidos et frequentes et parvos, nonnunquam vero inaequales. Ita et in aliis alimenti inſtrumentis invenies mutationes pulſuum, ad praedicta reſpiciens; quaecunque enim dura et contenta et nervis plurimis duris praedita ſunt, facile haec pulſus efficiunt duros; qui vero contrario modo ſe habent, molles. Veſica autem et uterus ſitu quidem nihil inter ſe differunt; durior tamen eſt et nervoſior veſica; quare ubi phlegmone laborat, pulſus magis quam uterus duros efficit. Variabit autem citius magisque ipſum in magnitudinem et parvitatem et alias differentias uterus. Percurram autem aliorum inſtrumentorum intemperies, et primo, exercitationis gratia, intemperies cerebri. Attendere ergo oportet ad conſiſtentiam arteriae, utrum a ſiccitate, vel tenſione tunica appareat dura; deinde, ſi ex ſiccitate appareat, duorum alterum cenſendum eſt in cerebro exiſtere, vel intemperiem calidam et ſiccam, vel bilis redundantiam; ſi ex ten-

Ed. Chart. VIII. [327.]

ſione, phlegmonoſam affectionem; ſi ex utrisque, cenſere oportet et ipſam affectionem compoſitam eſſe ex ſanguineo et bilioſo humore. Quicunque autem ex nigra bile, quae ob putredinem ebullierit, tale quid patiuntur, duros habent pulſus ob ſiccitatem et tenſionem; ſtatim vero et parvos ob duritiem, et celeriores quam qui ſecundum naturam ſunt, quando febricitant; et frequentiores, propterea quod uſus non adimpleatur. Humidae autem intemperaturae molles tractu temporis pulſus reddunt, et hominem ipſum comatoſum. Si vero febrilis ipſis conjungatur caliditas, lethargus nominatur ipſe morbus; ſitque pulſus non mollis tantum, ſed etiam magnus. Si vero ex putreſcente pituita in cerebro talis gignatur affectio, erit quidem et hoc modo morbus lethargus, habebitque pulſus imaginem quandam tenſae arteriae, quamvis mollis ipſa ſit; et magni eatenus in ejusmodi morbis omnibus ſunt, quatenus caliditas aucta ſit; celeritas autem, vel omnino minima, vel nullo modo his intenditur; ita vero et frequentia. Refrigeratione autem morboſa in cerebro eveniente, quando in ſympatheiam pervenit cor, minores et tardiores et rariores quam qui ſecundum naturam ſunt, pulſus ſient; et ſi quidem citra materiam ſola intemperies ſit cerebri, ſine tenſione, ſi vero cum materia, melancholica quidem ipſa exiſtente, tendi arterias et propter hoc duriorem apparere pulſum continget; pituitoſa autem non ſimpliciter, ſed ſi quidem craſſa et viſcida ſit pituita, tendentur; ſi vero humida et ſpirituoſa, ſine tenſione mollis erit pulſus; ſi vero permixta ſit, mollis ſimul et cum tenſione quadam. Quoniam autem tenuis meninx non videtur unquam pati ullum ex praedictis morbis ſine cerebro, ſicuti neque cerebrum citra meningem, et dura meninx quam plurimum diſtans a cerebro poteſt etiam ſola pati; ſcito, ſi affecto notabilis ipſius genita fuerit, corque in ſympatheiam attraxerit et arterias, pulſus perinde ac in cerebri affectionibus variabitur, niſi quod in mollitie et duritie non eatenus mollem et durum quatenus cerebrum efficiet, ſed multum quidem durum, parum vero mollem. Quaecunque enim corpora natura dura indurantes ſuſce-

Ed. Chart. VIII. [327.]

perunt affectiones, ad maximam perveniunt duritiem, quemadmodum et natura mollia, quae humectantes et fundentes affectiones receperunt, perfecte exoluta fiunt et mollia. Si igitur affecta pars denſa et dura ſit, duros efficit pulſus; ſi vero carnoſa, ſi quidem vel phlegmone correpta ſit, vel ſcirrho, duros, ſed minus quam praedictae partes, ſi oedemate laboret, molles. Muſculos autem abdominis et thoracis phlegmone tentatos febres quidem facile comitantur, et propter hoc et pulſus magni fiunt et veloces et frequentes, durus autem in ipſis abunde pulſus, vel ſpaſmoſus nunquam fit. Muſculis vero cubiti et tibiae phlegmone tentatis, et praeſertim qua parte ipſorum exoriuntur tendones, facile quidem eſt corripi et ſpaſmo; facillime etiam pulſus et tendunt et indurantur, adhuc vero magis, ſi tendo aliquis ex iis qui in extremis ſunt manibus vel pedibus phlegmone tentatus ſit, prompte quidem pulſus ipſis fit durus, prompte etiam ſpaſmo corripiuntur; fiunt etiam abunde duri et ob jecoris, vel lienis ſcirrhum, ſed ex his ita duris nullum ſpaſmi imminet periculum. Ac lieni quidem cum ſcirrho magnopere eſſet affectus, vidimus etiam multoties nequaquam ſupervenire hydropem; jecori vero neceſſario ſuccedit, tuncque pulſus ambarum affectionum ſignis praeditus eſt, tunica quidem et humidiori et molliori, indicante tamen aperte tenſionem ex ſcirrho ortam, et ob id etiam duriore. Hydrops autem ipſe per ſe ipſum ſine viſcerum phlegmone nullam facit in pulſu tenſionem. Quo modo autem affectus uteri pulſus alterant, dictum eſt, quando ipſum veſicae comparabamus. Si vero elythroeides tunica phlegmone tentetur, durus ſit pulſus et minor. Ex teſtibus autem phlegmone tentatis non aeque durus et magnus propter febrem. Et haec quidem magna ex parte ab internis cauſis efficiuntur.

Cap. XXXII. Multoties autem et ab aliqua externa cauſa mutationes pulſuum fiunt, quae in hunc modum diſcernendae ſunt. Ea quidem quae ex balneis et curſibus, frictionibus et aliis motionibus ſit, brevis temporis eſt; atque ita celeriter ad priſtinam regreditur conſtitutionem;

Ed. Chart. VIII. [327. 328.]

quare licet tibi, ubi pulſus tetigeris atque deinde aliquantiſper intermiſeris, ac rurſus tetigeris, apertiſſime dignoſcere mutationem. Magnitudo [328] autem pulſuum a vino et alimento orta diutiſſime permanet, diſtinguiturque per conjunctam ipſi vehementiam; vehemens enim non minus quam magnus pulſus his ſit; nunc autem ſupponitur qui duntaxat redditus ſit major; non igitur ab his alteratus eſt. Jam et magnitudo ab ira orta cum vehementia ſit, quae alioqui prudentem non lateat, ſi in oculos et univerſum vultum inſpiciat. Ei vero qui iram velit occultare, inaequalis pulſus ſit; adhucque etiam magis inaequalis eſt iis qui anguntur et verecundantur. Magnitudinis autem incrementum, quod ſit a ſemicoctis in corpore humoribus, qui coquuntur, aluntque naturam, perinde ut iis, qui cibum ſumpſerunt, una etiam auget vehementiam. Eodem etiam modo, ſi quis in ſole, vel ad ignem calefactus ſit, cutis ipſius ſqualida et non humida ut a balneis erit. Atque ii quidem ſub contrario quodam modo affecti ſunt ac loti, quod ad mollitiem et humiditatem cutis attinet; medium inter utrosque locum obtinent fricti et exercitati. Hae quidem ipſae ſunt artificiales dignotiones cauſarum, quae pulſus in magnitudinem et in ſanis et in aegrotis vertunt. Externae vero aliae quidem ex indagatione, cum ſcilicet inter inimicos aut inſidiatores, aut malignos tentatores, conſiderationes facitis. Interdum autem magnitudinem adeptus eſt pulſus, vel quia medicamentum calefaciens aegrotus ſumpſerit, vel ſignificationis ratione. In his quidem primum conſiderare oportet paroxysmi tempus, poſtea laborantis morem et conſuetudinem; ſi enim aliquo alio tempore, et non paroxysmi magnitudinem pulſus ipſe aſſumpſerit, probabile eſt a calefacientibus potius, non paroxysmi ratione factam eſſe alterationem; ſi vero in paroxysmo, probabilius eſt ſignificationis ratione. Diſtingues autem exquiſite, ſi parumper intermittens rurſus tetigeris. Caliditatem enim a medicamento ortam, propter quam pulſus increvit, ſemper magis ac magis exolvi contingit progrediente tempore; intendi autem eam quae a paroxysmo ſit. De conſuetudine autem

Ed. Chart. VIII. [328.]

et more ſciendum quosdam quidem inſuetos eſſe formidoloſosque ad medicamentorum potiones, nonnullos autem conſuetos; ſimiliter et de moribus. Quidam enim inſidiatores ſunt, animoque tenentur, ut cunctos tanquam nihil firmi ſcientes redarguant, quidam vero ſimplices ſunt et modeſti. In his ergo ſuſpicandum non eſt quicquam clam factum eſſe; in inſidiantibus vero ſuſpicari oportet omnia. In primo autem de cauſis pulſuum libro oſtenſum eſt, ubi paulo augeatur caliditas, et in magnitudinem quidem evidenter increſcere pulſum, in celeritatem vero non evidenter; ubi amplius aucta ſit, magnitudinem quidem aſſumere, ſed in celeritatem evidenter increſcere, et aliquid etiam frequentiae adipiſci; quemadmodum ubi plurimum aucta ſit, et uſus generationis pulſuum ſupra maximam ſit diaſtolen, in magnitudinem quidem non increſcere, quando ad extremum auctus ſit, ſed celeritati quantum poteſt una cum frequentia addere; et ubi non amplius celeritatem intendere poſſit, frequentiam incitare. Si vero aegroto cuipiam, qui minorem quam ſecundum naturam eſt pulſum habeat, major poſtea fiat ſine externa motione, huic caliditas amplior priore facta eſt. De minori autem eadem eſt ratio; minor enim ſe ipſo ſit, vel facultate imbecilliori reddita, vel inſtrumentis durioribus, vel uſu exoluto. Sed neque facultas imbecillior evaſit nunc, alioqui omnino languor una cum parvitate eſſet: nec corpus arteriae durius, ita enim non ſolum minor, ſed etiam durior eſſet pulſus; ſupereſt ergo uſum tantum mutatum eſſe. Et ſane ex majori quam ſit is qui ſecundum naturam eſt pulſu talem neceſſario factam eſſe verſionem notum eſt iis qui memoria tenent ea quae oſtenſa ſunt in primo de cauſis pulſuum libro. Nam et quae ex naturali ſtatu in parvitatem fit verſio ob frigiditatem, ſtatim etiam rariorem ipſum efficit et tardiorem; et quae ex magno ſupra modum aucto moderati fit imminutio, ſtatim etiam celeritatis et frequentiae aliquid detrahit, propterea quod qui multum ſupra naturalem ſtatum auctus ſit in tribus generibus mutetur. Qui ergo de magnitudine tantum detraxit pulſus, caetera autem immutata

Ed. Chart. VIII. [328.]

ſervat, paulo major eſt ea qui ſecundum naturam eſt; hic enim ſolus ex pauco caliditatis augmento conſtat. Aliorum vero qui magnitudine variantur nullus niſi ſimul celeritatem aſſumat, vel frequentiam, talis evadit. Qui vero usque adeo eſt immutatus a caliditate ut non magnitudinem ſolum, ſed et celeritatem immutet et frequentiam, contrarium iter tenebit per easdem genere alterationes, quare non ſolum minor, ſed et tardior et rarior erit quam prius. Dum autem calefit, magnitudo evidenter primum, poſtea celeritas, deinde frequentia ipſa advenit. Dum refrigeratur, contra, raritas quidem evidenter primo, ſecundo tarditas, ultimo parvitas. Tot enim ſunt quae refrigerationem efficiunt cauſae quot quae caleſaciunt Etenim aër frigidus extrinſecus occurrens, quemadmodum et aqua frigida, vel lavacrum, vel medicamentum corpori inunctum, refrigerat; vel etiam longa aliqua quies et veluti latebra frigidius efficit corpus; et eorum quae intro recipiuntur, ut aër, qui inſpiratur frigidus et alimentum pituitoſum et medicamentum aliquod frigidum, et aquae frigidae uſus immodicus: et ex animi affectibus, diuturnus timor; et ex humoribus qui in corpore continentur, quicunque frigidi temperamento, quieſcentes prius, commoti nunc ſint, aut omnino validiores aliquo modo facti ſint calidis. Haec autem diſtinguere oportet eo modo quo de cauſis caleſacientibus diximus. Ipſa quidem eſſentia magnorum et parvorum pulſuum ſecundum circulum arteriae conſiſtit, ubi longitudo par perpetuo ſervatur, non tamen apparet par, ſed aliqua pars occultatur. At dictum quidem eſt de hac re in ſecundo de cauſis pulſuum libro; bis enim de eisdem dicere non eſt neceſſe.

Cap. XXXIII. Quoniam autem de magnis et parvis pulſibus quid ſignificent dictum eſt, jam in praeſentia ad ſermonem de frequentia et raritate transeundum eſt. Pura ergo et minime excrementoſa caliditas diaſtolen efficit majorem ſimul et velociorem; quae vero putribus turbata eſt excrementis, ſyſtolen. Ubi vero ex magnitudine diaſtoles pulſus fit frequentior auctam eſſe ſignificat caliditatem

Ed. Chart. VIII. [328. 329.]

multam in corpore puram; ubi autem, quod maturius incipiat ſyſtole, impurae et excrementoſae caliditatis copiam indicabit. Simili modo ſi rarior pulſus fiat ſecundum externam quietem; ſi quidem ex brevitate diaſtoles, refrigeratam eſſe in animali caliditatem oſtendit; ſi vero, quod tardet ſyſtole, minora reddita eſſe fumoſa excrementa; ſecundum internam vero quietem, contra; ſi vero propterea, quod producta ſit ſyſtole, pulſus frequens evaſerit, copiam ſubnutriri fumoſorum excrementorum; ſi vero propterea quod maturius incipiat diaſtole, auctam eſſe caliditatem; rurſus autem ſecundum hanc eandem quietem rarior quum ſit pulſus, ſi ſane ex eo, quod imminuta ſit ſyſtole, pauciora reddita eſſe excrementa oſtendet; ſi vero propterea [329] quod tardet diaſtole, imminutam eſſe caliditatem. Duplex autem eſt pulſuum quies, longi quidem temporis, quae duorum pulſuum tempus excedit; brevis autem temporis, quae eſt intra duorum pulſuum tempus. Quies vero temporum unius pulſus inter intermiſſiones eſt moderatiſſima; ac multi ex ea ſervati ſunt tum ſenes tum pueri; aetate autem florens ex hac nullus, verum ex ignoratione quidam longam raritatem intermiſſionem eſſe opinantes, exiſtimant ſervatos eſſe quosdam aetate florentes ex tali pulſus pravitate. Eſt quidem et haec gravis, ac praecipue aetate florentibus; non tamen pernicioſa omnino; in pueris ſane et ſenibus adhuc etiam magis mitis. Mors porro repentina ex intermittentibus evenit pulſibus, quo modo ex apoplexia; extinguitur enim in utrisque caliditas quae in corde eſt, reſpiratione privata. Ac raritas quidem ab intermiſſione pulſuum diſtincta eſt prolixitate temporis; interdum vero etiam, quod raritas cum aequalitate aliquando conſiſtat omnium percuſſionum, intermittens vero pulſus neceſſario inaequalis fiat; interdum enim per tres, interdum per quatuor, aliquando per quinque percuſſiones, vel etiam plures intermittere invenitur; et quieſcere unum tempus motionis, vel etiam plura. Quae igitur eſt in ipſo cordis corpore refrigeratio magna, eatenus etiam pulſus languidos efficit et tardos et parvos, quatenus

Ed. Chart. VIII. [329.]

et ipſa dominatur; quae vero ab aliqua alia parte proficiſcitur, raritatem plus quam alia praedicta genera a naturali ſtatu amovet. Ubi ergo corpus ipſum cordis refrigerationem ſuſcipit, mors inevitabilior eſt. Ac raritas quidem pulſuum usque adeo pernicioſa eſt. Huic vero contraria eſt frequentia, ſicuti et intermiſſioni intercurſio; nam intercurrens pulſus ex inaequali ſit frequentia, propterea quod ſaepenumero actionem ſuam minus plene ac uſus poſtulat cor obierit. Jam id ipſum ſit, ubi vel cor a multitudine gravatur, vel inſtrumenta ſunt obſtructa, aut anguſtata, quae ſane, opinor, et intermittentium erant cauſae. Enimvero multoties intercurrentes pulſus criſim attulerunt; eſt enim veluti conatus quidam naturae ad certamen ſe parantis. Quod ſi ex hujusmodi criſibus perierunt quidam, nihil hoc facit ut gravior ſit intercurrentium affectio quam intermittentium; multo enim plures ex intermittentibus pereunt, eadem etiam ratione ex valde raris qua ex frequentibus. Etenim febres omnes perurentes frequentem habent pulſum, quum tamen aliquando ipſarum periculo vacent; qui autem in ſyncopis ſunt frequentes, ob languorem, quae a nulla unquam ſyncope ſeparatur, ſunt periculoſi. Praeſtiterit autem ut conſideremus de extremitatibus, quae in omnibus pulſuum generibus ſunt. Ac extrema quidem frequentia nihilo minus quam ſyncope laborantibus ineſt iis qui perurentes febricitant, nec ex toto tamen pernicioſe habent. Raritas autem non eſt unquam ſine periculo, ſicuti nec languor, nec parvitas. Etenim tres hae differentiae pulſuum, cum ad extremum perveniunt, perpetuo ſunt periculoſae; extrema autem magnitudo, ubi una cum morboſa mollitie conſiſtit, periculoſa eſt, ubi autem cum aliqua ſalubri tunicae arteriae conſtitutione, nihil abſurdi habet. Videtur autem et velocium pulſuum genus minus periculoſum eſſe quam tardorum, ſi quidem extrema etiam celeritas minus quam extrema tarditas eſt periculoſa; extrema enim tarditas, ſicuti ſane et raritas, tunc accidunt, ubi innata caliditas extinguitur. Incrementum autem in celeritatem et ob uſum urgentem ſit et omnino

Ed. Chart. VIII. [329]

a facultate valida. Archigenes vero et hic etiam fallitur, qui formicantem pulſum ſuſpicatur celerem eſſe; neque enim celer omnino eſt, neque ad extremum venit frequentiae, ſed omnes pulſus, qui a naturali ſymmetria multum recedunt, non boni ſunt. Ac certe languidiſſimus et tardiſſimus et rariſſimus omnium eſt deterrimus; poſt hos autem minimus et molliſſimus et duriſſimus; poſtea frequentiſſimus. Ac non celerrimus, neque maximus; ſed hi ſunt modice periculoſi. Solus autem ex extremis optimus eſt omnium vehementiſſimus. Et ſane caprizans pulſus ex genere eſt eorum, qui quiete intercipiuntur; inaequalibusque cordis intemperiebus interdum ſupervenit; ſicuti et dicrotus ex genere quidem eſt eorum qui intro retrahuntur, comitatur tamen et ipſe interdum inaequales cordis intemperies et tum magis, ſi ſuliginoſa excrementa multa in multis ipſius partibus ſint. Ipſa autem inaequalitas conſiſtit in ſitu partium, ex eo quod arteria ſurſum, vel deorſum, antrorſum, vel retrorſum, dextrorſum, vel ſiniſtrorſum, traducta eſſe videatur, in motione vero ex eo, quod citius vel tardius, maturius vel ſerius, vehementius vel languidius, diuturniori tempore vel breviori, ſemper vel nullo modo, moveatur; in ſingulis autem partibus, ex eo quod interſectus perſpicue ſit, ex quibus eſt et caprizans; ſimili modo, ex eo quod recurrit, ex quibus eſt et dicrotus. Et caprizans quidem eſt ex iis qui ſecundum unam diaſtolen ſunt inaequales; quando quae poſt quietem eſt ſecunda motio et ocyor et vehementior priore ſit. Tradidimus autem in tractatione de differentia pulſuum hujus nomenclaturae cauſam Ac ea quidem, quae in uno pulſu intermittit inaequalitas, graviſſima omnium eſt inaequalitatum; non ſinit enim ſimplices motiones fieri ſecundum naturam; ſed impedimento eſt, ac privat motione arterias, non per tres, aut quatuor aut per aliquos adhuc plures pulſus, ſed in ipſo ſtatim primo, et mortem propinquam minatur.

Cap. XXXIV. Ac ea quidem quae propoſita ſunt omnia, jam finem habent, nam quum ſingularum particularum affectiones cunctas percurreremus, qualemnam pulſum

Ed. Chart. VIII. [329. 330.]

unaquaeque verſio faciat declaravimus. Nunc vero in pauca capita ſynopſin ipſorum redigere conemur. Praeſentium igitur dignotio eſt affectuum inventio: praeteritorum autem dignotio eſt inventio cauſarum, quae affectiones faciunt. Si igitur univerſae affectiones a nobis abunde diſtinctae ſunt, traditaeque ſunt omnes effectrices cauſae in aliis tractationibus; nihil jam reſtare amplius videtur iis, quae neceſſaria ſunt ad praecognitionem vel praeteritorum vel praeſentium. Quod autem futurorum praecognitio ex praeſentibus fiat, ſaepius quidem jam et per ea quae ſuperius dicta ſunt oſtendimus, et nunc etiam neceſſe eſt ut totum ſermonem per capita percurramus, initium ſumentes a dignotione eorum quae futura expectamus. [330] Ac unum quidem et primum eſt, quorſum terminabitur morbus, ad perniciemne an ad ſalutem. Alterum ab hoc, in quo praecipue hoc erit tempore. Tertium ab his, quisnam modus erit mortis, aut ſalutis. Omnium autem praecognitio ex affectionibus eſt, ex ipſis enim, ut oſtendimus, et morbi idea et facultatis infirmitas ac robur dignoſcitur. Haec autem ſi inter ſe conferantur, ea quae futura ſunt praecognoſcuntur. Morbi enim cognitio ex loco affecto eſt: facultatis autem ex eucraſia et dyscraſia ſolidorum corporum. Haec autem ſi inter ſe conferantur, ſi quidem vigorem morbi ferre poteſt facultas, neceſſe eſt ſervari hominem, ſi nihil extrinſecus ſit erratum; ſi vero non poteſt, omnino morietur. Tempus autem, in quo praedictorum utrumque erit, ex hisce praecognoſcitur. Qui ſuperſtites futuri ſunt, eo tempore ſervabuntur, in quo natura morboſam affectionem perfectiſſime ſuperabit. Morientur autem eo tempore quo morbus adeo erit natura ſuperior ut aliqua ex actionibus ad vitam neceſſariis pereat. At vero etiam modus tum mortis tum ſalutis ex eisdem praecognoſcetur. Actionum enim ad vitam neceſſariarum, quae pereunt, nonnullae quidem facultatis vitalis ſuffocationem inferunt, nonnullae vero proſternationem, nonnullae autem quid alterutri proportione reſpondens. Ac illae quidem quae ſuffocationem inferunt, ex reſpiratoriis ſunt affectionibus;

Ed. Chart. VIII. [330.]

nonnullae vero et in ipſo corde protinus conſiſtunt. Quae autem vires proſternunt, ex ſtomachicis quas vocant ſunt affectionibus, ob quas ſyncope corripiuntur; et inſuper ex jecoris affectionibus diuturnis, ob quas non aluntur, et ex doloribus diuturnis, aut vehementibus, itemque ex hecticis omnibus febribus. Animalis autem facultatis imbecillitates magnis cerebri intemperiebus comites ſunt; ejusdem vero quaſi ſuffocationes, impletionibus ventriculorum ipſius et obſtructionibus meatuum, qui in ipſos penetrant. Quare quicunque exquiſite omnia dignoſcit, hic etiam futura perfectiſſime praecognoſcet. Ante omnia autem vitalem facultatem, quae pulſus facit, quomodo ſe habeat dignoſcere oportet. Nonnunquam enim ex ſua ipſius ratione infirma eſt, nonnunquam vero a multitudine gravatur, et tria inaequalitatum genera conſtituuntur, ſecundum magnitudinem et parvitatem, ſecundum celeritatem et tarditatem, ſecundum frequentiam et raritatem. Si ergo pulſus vehementes et magni plures contrariis exiſtant, minus facultas a multitudine fatigata eſt; ſi vero parvi et languidi, magis. Ex pulſibus autem ſecundum unam percuſſionem inaequalibus, tum quos interfecto quiete motu tum quos continuo permanente diximus fieri, omnes hi robuſtiorem eſſe facultatem indicant quam omnes ii qui languidiorem et tardiorem motum faciant. In tali igitur pulſuum conſtitutione altus pulſus monſtrabit naturam ſuperiorem jam eſſe multitudine. Altior vero ſimul et vehementior tum robur indicat facultatis tum motionem minime impeditam. Inſpicere autem tunc motionem ſyſtoles oportet; hincque criſeωs morem diſcernere. Melior enim criſis ſubſequi ſolet, celeritate ſyſtoles multum exoluta. Si vero et alia concoctionis ſigna, quae in libris de criſibus ſcripta ſunt, adſint, optimam criſin talis praemonſtrat conſtitutio. Si vero celeritas ſyſtoles parum exoluta ſit, vel nondum videatur concoctus eſſe morbus, fiet quidem criſis per excretionem, non tamen bona omnino. Sciendum autem eſt non eandem eſſe facultatem vitalem et nutricem naturalemque; illa enim ſolum pulſus gignit, naturalis autem et quod familiare eſt ad nutritionem trahit,

Ed. Chart. VIII. [330.]

et quod ejusmodi non eſt excernit, unaque etiam nimirum retinet ac alterat id quod familiare eſt. Vitalem certe nec in ſtirpibus eſt invenire, nec in animalibus quae frigida ſint, ut ſunt oſtrea et quaecunque petris vel quibusdam aliis ſolidis corporibus adnaſcuntur; quaecunque autem animalia calida ſunt et praeſertim ſanguinea, apertiſſimam et vehementiſſimam hanc habent facultatem. Naturalis porro facultas criſes efficit, et quatenus hujus participes ſunt arteriae ſuperfluum abjiciunt. Per alteram autem facultatem, pulſatricem inquam, cujus ſolae arteriae ſunt participes, excernunt in ſyſtolis fumoſum excrementum, quemadmodum in diaſtolis attrahunt, quod ipſas refrigeret. Semper autem aequalis magnitudine eſt diaſtole ipſi ſyſtolae, niſi forte quaedam, digitis admotis, repente mutatio fiat. In hoc tamen differunt, quod modo quae ad interna ſit motio ſuperet, modo quae ad externa, ſique motio, quae ad interna ſit, ſuperet, fumoſam aliquam in arteriis eſſe caliditatem ſignificant; ſi vero quae ad externa, igneam et puram. Ac ob hanc quidem cauſam pulſus altus excretionis eſt nuncius. Copia vero excretionis tum ex eo, quod plethorica praeſuerint ſigna tum ex praeſenti flammea caliditate praecognoſcitur, ob hancque eandem caliditatem pulſus magni apparent et alti. Peſſimae igitur excretionum ſunt illae, in quibus pulſus nec magnus eſt et velox in ſyſtole apparet. Ubi vero inconcoctus exiſtat morbus, ſi pulſus tenoris vacuus ſit, periculum imminet ſyncopes. Ubi autem pituitoſior morbus ſit, quando in inaequalibus pulſibus mutatio in plures vehementes et magnos ſit, per abſceſſum erit criſis. Ubi vero cum pulſu qui excretorius exquiſite ſit, una etiam adſint haemorrhagica quae vocant ſigna, ex naribus ſanguis erumpet; ubi haec ipſa abſint, ex alia quadam regione; quemadmodum in libris de criſibus per diexodon dictum eſt. Et haec quidem ſunt quae de pulſibus in ſynopſin redigere propoſueramus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. VIII. [377.] Ed. Baſ. III. (389.)

Κεφ. α'. Εἴτε τὴν ἀθρόαν ἐν νόσῳ μεταβολὴν, εἴτε τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ῥοπὴν μόνην, εἴτε τὴν προηγουμένην αὐτῶν ταραχὴν, εἴτε καὶ τὴν λύσιν ἅπασαν τοῦ νοσήματος, εἴτε καὶ ταύτης μόνην τὴν ἀγαθὴν θέλοι τις ὀνομάζειν κρίσιν, οὐ πρόκειταί μοι διαιρεῖσθαι τανῦν, ὅ τι μὴ πάρεργον· ἀλλ' ὡς ἄν τις κάλλιστα προγινώσκοι τὰ τοιαῦτα σύμπαντα, διελθεῖν ἔγνωκα. ἀρίστη δ' ἀρχὴ τῆς προγνώσεως αὐτῶν ἥπερ δὴ καὶ τῆς ἐσομένης ἀκμῆς. οὕτω δὲ προσαγορεύεται τὸ σφοδρότατον μέρος ὅλης τῆς νόσου.

GALENI DE CRISIBVS LIBER I.

Cap. I. Sive ſubitam in morbo mutationem, ſive ad meliorem ſtatum inclinationem ſolam, ſive perturbationem, quae eas antecedit, ſive omnem morbi ſolutionem, ſive eam tantum, quae bona ſit, criſim velit quis appellare, non eſt mihi niſi obiter hoc in loco diſtinguere propoſitum: ſed quo pacto haec omnia quispiam optime praenoscat, percenſere decrevi. Optimum autem praenotionis eorum principium quod etiam futuri ſtatus: ſic autem appellatur vehementiſſimum totius morbi tempus.

Ed. Chart. VIII. [377. 378.] Ed. Baſ. III. (389. 390.)

Κεφ. β'. Τέσσαρα μὲν γὰρ ἅπαντα τὰ μόρια τῶν νόσων ἐστὶν, ἀρχὴ καὶ αὔξησις καὶ ἀκμὴ καὶ παρακμή. φθάνουσι δ' ἔνιαι τῶν νόσων διά τε τὴν σφῶν αὐτῶν κακοήθειαν καὶ διὰ τὴν τοῦ κάμνοντος ἀδυναμίαν ἐν τῷ τῆς ἐπιδόσεως χρόνῳ διαφθεῖραι τὸν ἄνθρωπον, ὥσπερ ἕτεραί τινες ἐν τῷ τῆς ἀκμῆς. εἰ δὲ καὶ ἐν τῷ τῆς παρακμῆς χρόνῳ δύναιτό τις ἀποκτεῖναι νόσος, εὐλόγως ἐζήτηται. περὶ μὲν δὴ τούτου προϊόντος τοῦ λόγου διορισθήσεται. τὰ δὲ οὖν τέτταρα μόρια ταῦτα καλοῦσιν μὲν ἔνιοι καὶ καιροὺς ὅλου τοῦ νοσήματος, δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ καθόλου καιροὺς ὀνομάζουσιν, ὡς ἂν διαφέροντας δηλονότι τῶν κατὰ μέρος, εἰς οὓς ἕκαστος τῶν παροξυσμῶν διαιρεῖται. [378] ὁρίζονται δὲ οὐχ ἡμερῶν ἢ ὡρῶν ἀριθμῷ, καθάπερ ἄν τις οἰηθείη τις. (390) οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὴν ἐν τέτταρσιν ἡμέραις λυθεῖσαν νόσον ἰσόχρονα κεκτῆσθαι τὰ μόρια τῇ μέχρι τῆς τεσσαρακοστῆς ἐκταθείσῃ. καὶ μέχρι μὲν τοῦδε σχεδὸν ἅπαντες ὁμολογοῦσιν ἀλλήλοις. ὅτῳ δὲ χρὴ κρίνειν τε καὶ διορίζειν τοὺς εἰρημένους καιροὺς, οὐκ ἔτι ἐν τῷδε συμφωνοῦσιν ἀλλήλοις·

Cap. II. Sunt enim omnia morborum tempora quatuor numero, principium, incrementum, ſtatus et declinatio. Quidam vero morbi ob eorum malignitatem atque ob aegrotantis imbecillitatem ſtatim in tempore incrementi hominem occidunt; ſicut et quidam alii in ipſo ſtatu. An vero etiam in declinationis tempore aliquis morbus poſſit occidere, non ſine ratione quaeſitum eſt; ſed de hoc procedente ſermone determinabitur. Has autem quatuor partes quidam etiam tempora univerſi morbi appellant. Eandem autem ob cauſam tempora etiam vocant univerſalia, ut quae a particularibus differant, in quae ſingulae acceſſiones dividuntur. Definiuntur autem non dierum vel horarum, ut quispiam exiſtimaverit, numero; neque enim fieri poteſt, ut morbus qui in quatuor diebus ſit finiturus, aequalia habeat tempora partium cum eo, qui usque ad quadrageſimum diem debeat extendi. Et omnes quidem hucusque conſentiunt. Quomodo autem judicare atque diſtinguere hujusmodi tempora oporteat, non etiam in hoc omnes inter

Ed. Chart. VIII. [378.] Ed. Baſ. III. (390.)

ἀλλ' οἱ μὲν εἰ προλαμβάνουσιν ἢ ὑστερίζουσιν οἱ παροξυσμοὶ σκοποῦσιν, οἱ δὲ εἰς τὸ μῆκος αὐτῶν ἀποβλέπουσιν, οἱ δὲ εἰς τὸ μέγεθος, ὅπερ δὴ καὶ σφοδρότητα προσαγορεύουσιν. ἔνιοι δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ κατὰ τὰς ἀνέσεις ἐπισκοποῦνται, κἄπειτα πρὸς ἀλλήλους ἐρίζουσιν, ἐνὸν ἅπαντά τε συνθεῖναι τὰ λελεγμένα καὶ πρὸς αὐτοῖς ἕτερα τὰ νῦν ῥηθησόμενα, μόγις γὰρ ἂν οὕτως τις ἀκριβῆ στοχασμὸν ποιήσαιτο τοῦ καθεστῶτος καιροῦ. τὸ δὲ παραλιπεῖν ὁτιοῦν ἐξ αὐτῶν ἄσκεπτον εἰς τοσοῦτόν ἐστι βλάπτον τὴν πρόγνωσιν εἰς ὅσον ἂν ἢ μεγέθους ἢ δυνάμεως ἦκῃ τὸ παραλειπόμενον.

Κεφ. γ'. Εἰ τοίνυν ἐπιδίδωσιν ἡ νόσος, οὐ μόνον ἐν τῷ προλαμβάνειν τοὺς παροξυσμοὺς τεκμαίρεσθαι προσῆκεν, ἀλλὰ καὶ τὸ μῆκος αὐτῶν ἐπισκοπεῖσθαι χρὴ, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ ἦθος τὸ μετὰ συμπτωμάτων, εἰ τύχῃ, ἢ ἄνευ τούτων, ὥσπερ οὖν κἀπὶ τοῦ διαλείμματός τε καὶ τῆς παρακμῆς τὰ αὐτὰ ταῦτα θεωρεῖν ἀξιῶ. καλῶ δὲ διάλειμμα μὲν, ἐπειδὰν εἰς ἀπυρεξίαν ὁ παροξυσμὸς παύηται· παρακμὴν δὲ τὸ μετ'

conſentiunt; ſed nonnulli quidem, ſi anticipent, aut cunctentur acceſſiones, conſiderant; hi vero ad earum longitudinem reſpiciunt; alii ad magnitudinem, quam etiam vehementiam nominant; quidam et haec ipſa in remiſſionibus conſiderant; deinceps invicem altercantur, quum liceat quae diximus omnia conjungere, ac praeterea alia quae nunc dicentur; hac enim via vix quispiam exquiſitam faceret conſtituti temporis conjecturam. Si vero quidpiam ex his indiscuſſum praetermittatur, tantum praecognitioni nocebit quantum vel magnitudinis vel virium quod praetermittitur obtinebit.

Cap. III. Numquid igitur morbus augeatur, non ex eo tantum conjicere oporteat, quod acceſſiones anticipent; ſed etiam earum longitudinem oportet annotare et magnitudinem quoque ac morem qui cum ſymptomatibus verbi gratias, vel ſine his evenit; ſicut etiam in intermiſſione et declinatione haec eadem exiſtimo conſideranda. Voco autem intermiſſionem quando febris in quietem deſierit; declinationem

Ed. Chart. VIII. [378.] Ed. Baſ. III. (390.)

αὐτὴν ἀκμὴν ἅπαν αὐτοῦ μέρος, ἕως τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου παροξυσμοῦ. τὸ γάρτοι προλαμβάνειν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον οὐχ ἱκανὸν αὐξήσεως σημεῖον ὑπάρχει, ἰδιότητι πολλάκις ἑπόμενον νόσου μᾶλλον ἢ διὰ τὴν ἀνάβασιν αὐτῆς γιγνόμενον. ἀμέλει καὶ τριταῖαί τινες ἤδη καὶ τεταρταῖαι καὶ ἀμφημεριναὶ περίοδοι, μέχρι παντελοῦς λύσεως, οὕτως ὤφθησαν παροξυνόμεναι. καὶ καλεῖν γε τοῖς ἰατροῖς ἔθος ἐστὶ τοὺς τοιούτους τύπους προληπτικούς, ὥσπερ ἑτέρους ὑστερητικούς, οἳ ἂν ἀπ' ἀρχῆς εὐθὺς ἐπιλαμβάνουσί τι τοῦ μέλλοντος χρόνου. ἀλλά τοι κἀπὶ τούτων τὸ τῆς ἀναλογίας πλέον ἐπιλαβεῖν, ἢ προλαβεῖν, τὸ μὲν παρακμῆς, τὸ δ' αὐξήσεως εἶναι δοκεῖ γνώρισμα. τὸ δὲ ἁπλῶς προλαμβάνειν, ἢ ὑστερίζειν, οὐδετέρου. σκοπεῖσθαι δὲ προσήκει οὐ τοῦτο μόνον, εἰ προὔλαβεν ὁ δεύτερος παροξυσμὸς τῆς συνήθους ὥρας, ἀλλ' εἰ καὶ τὸ μῆκος αὐτῷ τοῦ χρόνου ταὐτόν, ἢ τὸ μέγεθος ἴσον, ἢ εἰ νῦν κακοηθέστερος, ἢ ἁπλούστερος ἐγένετο. τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα κἀπὶ τῶν διαλειμμάτων τε καὶ τῶν παρακμῶν ἐπισκοπεῖσθαι χρή. τὸ μὲν δὴ μῆκος τοῦ χρόνου ῥᾷστον κατα-

omnem ejus partem quae ſtatum ipſum ſubſequitur usque ad ſecundae acceſſionis principium. Nam anticipatio ſola per ſe ipſam non eſt ſufficiens ſignum incrementi, quod ſaepe morbi proprietatem conſequitur potius quam ejus incrementum, quum et quartani et tertiani et quotidiani quidam circuitus usque ad integram ſolutionem ita anticipare viſi fuerint. Conſueverunt autem medici tales typos anticipantes nominare; ſicut alios vocant tardantes, quicunque ſtatim ab initio futuri temporis aliquid poſterius aſſumunt. Sed et in his plus quam proportio exigit vel anticipare, vel cunctari, alterum incrementi, alterum declinationis videtur eſſe indicium; ſimpliciter autem anticipare, vel cunctari, neutrius. Convenit autem non ſolum advertere, numquid ſecunda acceſſio conſuetam anticipaverit horam, ſed numquid etiam longitudo temporis eadem, aut magnitudo aequalis, aut quae nunc adeſt ſit malignior aut ſimplicior. Haec ipſa etiam ſunt in intermiſſionibus et declinationibus inſpicienda. Longitudinem quidem temporis

Ed. Chart. VIII. [378. 379.] Ed. Baſ. III. (390.)

μαθεῖν· τὸ μέγεθος δὲ, ὅπερ καὶ σφοδρότητα καλοῦσι, καὶ μέντοι καὶ τὸ ἦθος, ὅπερ καὶ τρόπον ὀνομάζουσιν, ἔκ τε τῆς οἰκείας τοῦ νοσήματος ἰδέας θεωρεῖν, κἀκ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων. ἐκ μὲν τῆς οἰκείας ἰδέας τοῦ νοσήματος, εἰς τὰ συμπληροῦντα τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν ἀποβλέποντα, καθάπερ, εἰ τύχῃ, ἐπὶ πλευρίτιδος, εἴς τε τὸ πυγματῶδες ἄλγημα τῆς πλευρᾶς καὶ τὸν ὀξὺν πυρετὸν καὶ τὴν βῆχα καὶ δύσπνοιαν. ἐκ δὲ αὖ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων, εἰ πολλὰ καὶ πολυχρόνια καὶ ἰσχυρὰ καὶ κακοήθη γίγνοιτο, ἢ τοὐναντίον ὀλίγα καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ μικρὰ καὶ ἁπλᾶ. [379] καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ τοῦ διαλείμματός τε καὶ ὁ τῆς παρακμῆς χρόνος, εἰ μακρότερος τοῦ πρόσθεν, ἢ βραχύτερος, ἢ δυσφορώτερος, ἢ εὐφορώτερος, ἢ εἰ παραμένει τι τῶν ἐκ τοῦ παροξυσμοῦ συμπτωμάτων, ἢ πέπαυται πάντα. εἰ μὲν γὰρ τὰ χείρω τῶν εἰρημένων εὑρίσκοιτο, σαφῶς ἐπιδίδωσιν ἡ νόσος· εἰ δὲ τὰ βελτίω, παρακμάζει. προλαμβανέτω γὰρ ὁ παροξυσμὸς τῆς συνήθους ὥρας καὶ μακρότερος γινέσθω καὶ σφοδρότερος καὶ κακοηθέστερος καὶ σὺν πολλοῖς καὶ μοχθη-

facillimum eſt cognoscere; magnitudinem vero, quam et vehementiam vocant et morem, quem etiam modum appellant, tum ex propria morbi ſpecie tum ex ſupervenientibus ei ſymptomatibus ſpectanda cenſeo. Ex propria quidem morbi ſpecie ea quae propriam ipſius complent naturam contemplando, veluti exempli cauſa in pleuritide ad lateris dolorem pungentem et febrem acutam et tuſſim et ſpirandi difficultatem. Ex ſupervenientibus vero ſymptomatibus, ſi multa, ſi diuturna et valida atque maligna etiam extiteriut, aut contra pauca ac brevis temporis et parva et ſimplicia fuerint. Sic et intermiſſionis ac declinationis tempus, ſi longius praecedente vel brevius, aut toleratu difficilius vel facilius, aut ſi quod ex acceſſione ſymptomata remanſerint aut omnia ceſſarint. Si enim iis quae diximus adſint pejora, morbus augetur manifeſte, ſi vero meliora, declinat. Sit enim ut acceſſio conſuetam anticipet horam, longior etiam ſiat atque vehementior maligniorque et cum multis pravisque ſymptomatibus,

Ed. Chart. VIII. [379.] Ed. Baſ. III. (390.)

ροῖς συμπτώμασι ἐνοχλείτω. γινέσθω δὲ καὶ ὁ τῆς παρακμῆς χρόνος βραχύς τε ἅμα καὶ οὐκ ἀκριβῶς εὔφορος, οὐδὲ ἐλεύθερος ἁπάντων τῶν ἐκ τοῦ παροξυσμοῦ συμπτωμάτων, οὐδεὶς ἄν, οἶμαι, περί γε τῶν οὕτω καμνόντων ζητήσειεν, ὡς οὐκ ἐπιδίδωσιν αὐτοῖς εἰς μέγεθος ἡ νόσος. αὖθις δὲ τἀναντία πάντα τούτοις γινέσθω. τῆς μὲν εἰσβολῆς ὑστεριζούσης, τοῦ μήκους τε καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ κατὰ τὸν παροξυσμὸν ἐλαττουμένου καὶ τῆς κακοηθείας πραϋνομένης καὶ τῶν ἐπιγινομένων συμπτωμάτων ἐλαττόνων τε καὶ ἁπλουστέρων ὄντων, ἢ οὐδ' ὅλως ἐπιφαινομένων, καὶ τοῦ διαλείμματος, ἢ τῆς παρακμῆς εὐφόρου καὶ μακρᾶς γινομένης, καὶ πάντα ἐξαλειφούσης τὰ τοῦ παροξυσμοῦ συμπτώματα, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα σαφέστατα παρακμῆς γνωρίσματα, καθάπερ τὰ πρότερα τῆς ἐπιδόσεως. ὅταν δὲ ἰσάζῃ πως μάλιστα τὰ κατὰ τοὺς παροξυσμοὺς ἀμφοτέρους, ἀκμάζειν δηλοῖ τὴν νόσον. ἆρ' οὖν ἤτοι πλείω τοῦ δέοντος ἡμεῖς εἴπομεν; ἢ Ἱπποκράτης τι παραλέλοιπεν ἐν οἷς ἐκδιδάσκων, ὅπως ἄν τις ἐκ περιόδων εὑρίσκοι νοσήματος ἐπίδοσιν, ἀλλήλοις φησὶ χρῆναι παρα-

ſit etiam ut declinationis tempus breve ſiat, neque exquiſite toleratu facile, neque omnino a ſymptomatibus acceſſionis liberum, nullus, arbitror, de hujusmodi aegrotantibus quaeret num morbus in eis ad magnitudinem crescat. Rurſus vero ſiant omnia his contraria, nimirum ipſius inſultus initium tardet, longitudoque acceſſionis ac magnitudo minuatur, malignitas mitigetur et ea quae ſuperveniunt ſymptomata minora ſimplicioraque ſint, vel neque omnino mox appareant, intermiſſio etiam, vel declinatio toleratu facilis longaque ſuccedat, omniaque deleat acceſſionis ſymptomata, nam et haec manifeſtiſſima ſunt declinationis indicia, ſicuti priora augmenti. Quum vero quae ad acceſſiones ambas pertinent aequalia fuerint, morbum in ſtatu eſſe demonſtrant. Numquid igitur plus quam erat opportunum a nobis eſt dictum? aut aliquid ab Hippocrate praetermiſſum, ubi docet, quo pacto quispiam ex circuitibus inveniat morbi incrementum? Ait enim, *Acceſſiones eſſe invicem confe-*

Ed. Chart. VIII. [379.] Ed. Baſ. III. (390.)

βάλλειν τοὺς παροξυσμούς, εἰ ἐπὶ τὸ πρωϊαίτερον, ἢ οὔ· καὶ εἰ ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἢ οὔ· καὶ εἰ μᾶλλον, ἢ οὔ. τὸ μὲν γὰρ πρωϊαίτερον, ἢ οὔ, τοιόνδε τι δηλοῖ, εἰ τῆς συνήθους ὥρας ὁ παροξυσμὸς προὔλαβεν, ἢ ὑστέρισε. τὸ δὲ ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἢ οὔ, πότερον πολυχρονιώτερος, ἢ βραχυχρονιώτερος ἐγένετο. τὸ δὲ μᾶλλον, ἢ οὔ, τὰ λοιπὰ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἔμπροσθεν ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει. καὶ γὰρ καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἦθος, αὐτοῦ τε τοῦ νοσήματος καὶ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων, ἔτι τε πρὸς τούτοις τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον νοεῖν χρὴ περιεχόμενον. οὕτω δὲ καὶ τῆς παρακμῆς, ὡς μέρους καὶ αὐτῆς τοῦ σύμπαντος παροξυσμοῦ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἐκ τῶν αὐτῶν γε τούτων σκοπῶν ἐξευρίσκειν χρή. ἐπιδόσεως μὲν δὴ, καὶ ἀναβάσεως καὶ αὐξήσεως, ἅπαντα γὰρ ταῦτα προσαγορεύουσι τὸν δεύτερον καιρὸν τῆς νόσου, τό τε πρωϊαίτερον παροξύνεσθαι καὶ τὸ πλείονα χρόνον καὶ τὸ μᾶλλον, γνωρίσματα, καθάπερ γε τῆς παρακμῆς τἀναντία τό θ' ὑστερίζειν τὸν παροξυσμὸν καὶ βραχυχρονιώτερον γίνεσθαι, καὶ

rendus; ſi citius, vel non; ſi in longius tempus, vel non; ſi denique magis, vel non. Hoc enim verbum (*citius, vel non*) nihil aliud oſtendit, niſi utrum acceſſio horam conſuetam anticipaverit, vel tardior facta ſit; illud autem, *in longius tempus, vel non*, numquid longius perduraverit tempus an brevius; illud vero, *magis vel non*, reliqua omnia, quae prius a nobis explicata ſunt in ſe comprehendit, nam et magnitudinem et morem ipſius morbi et ſupervenientia et ſymptomata, eorumque inſuper numerum in eo quod dicitur magis ac minus comprehendi exiſtimes, ſic et declinationis, ut quae et ipſa ſit totius acceſſionis pars, magis ac minus ex eisdem invenire oportet intentionibus. Incrementi itaque et aſcenſus et augmenti, his enim omnibus nominibus ſecundum morbi tempus appellant, ſi citius ſiat acceſſio, ſi longiori tempore duret, ſi magis etiam indicia ſunt, ſicut his contraria declinationis ſigna oſtendunt, ſi videlicet tardius ſiat acceſſio, ſi breviori tempore

Ed. Chart. VIII. [379.] Ed. Baſ. III. (390.)

παντοίως τοῦ πρόσθεν ἀσθενέστερον. ἀκμῆς δ' ἐστὶ σημεῖον ἡ ἐπὶ τῶν αὐτῶν μονή τε καὶ στάσις. καίτοι πολλάκις ἐν ταῖς νόσοις οὐδεὶς αἰσθητὸς χρόνος εὑρίσκεται τοιοῦτος. ἀλλ' ὁ τέταρτος, εἰ τύχῃ, παροξυσμὸς, ἔτι τὰ τῆς ἀναβάσεως ἔχων σημεῖα τὸν πέμπτον ἤνεγκε παρακμαστικὸν, ὀξυῤῥόπου δηλονότι τῆς ἀκμῆς γενηθείσης, ὡς μηδὲ γνωρίσαι τινὰ παροῦσαν αὐτὴν, ἀλλὰ τοῦ πρώτου χρόνου τῆς παρακμῆς δεηθῆναι πρὸς ἀκριβῆ διάγνωσιν. παραπλήσιον δέ τι κἀν ταῖς αὐξήσεσιν ὑπάρχει τῶν νοσημάτων. ἐνίοτε γὰρ ὁ πρῶτος παροξυσμὸς ἀρχήν τε ἅμα καὶ ἀνάβασιν ἔχει καὶ ἀκμὴν ἐν ἑαυτῷ· κατὰ μὲν τὰ πρῶτα μέρη δηλονότι τὴν ἀρχὴν, ἐφεξῆς δ' αὐτῇ τὴν ἀνάβασιν, ὑστάτην δὲ δηλονότι τὴν ἀκμήν. εἶθ' ἑξῆς ὁ δεύτερος ἐναργῶς ἐφαίνετο παρακμαστικός. ἀλλ' ἐπιστάντος μὲν τοῦ δευτέρου παροξυσμοῦ, τηνικαῦτα γνωρίζειν ὁποῖός τις ὁ πρῶτος ἐγένετο παροξυσμὸς, πρὸς τῷ παντὸς ἔργον ὑπάρχειν ἰατροῦ, καὶ τὴν ἀξιολογωτάτην χρείαν ἀπόλλυσι τῆς προγνώσεως, ὡς ἐπιπλέον ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου δέδεικται γράμμασιν.

duret, ſitque omnino praecedente debilior. Statum vero indicant, ſi in eisdem permaneant ac perſiſtant. Et quidem ſaepe in morbis nullum ſenſibile tempus invenitur hujusmodi, ſed habente adhuc quarta, ſi ita contigerit, acceſſione indicia augmenti, quinta ſuperveniet acceſſio declinationis principium, quomodo videlicet ſtatus momentaneus extiterit, adeo ut nemo quum adeſſet agnoverit, ſed, ut exquiſite dignoscatur, primum declinationis tempus ſit neceſſarium. Simile quiddam etiam accidit in morborum augmentis, nam interdum prior acceſſio principium ſimul habuit et ascenſum et ſtatum, ſcilicet in prima ſui parte principium, deinde ascenſum, poſtremo vero ſtatum, deinde ſecunda acceſſio manifeſte viſa eſt declinare. Sed praeſente quidem ſecunda acceſſione, tunc demum cognoscere qualis fuerit illa quae praeceſſit praeter id, quod unusquisque medicus id facere poteſt, rem etiam maximi momenti in uſu medicinae deſtruit, praenotionem ſcilicet, de qua plenius in libris de arte

Ed. Chart. VIII. [380.] Ed. Baſ. III. (390. 391.)

[380] ἰατροῦ δ' ἐστὶ γενναίου καὶ τῆς Ἱπποκράτους γνώμης ἀξίου προγνῶναι τὴν μέλλουσαν ἀκμὴν, εἴ γε δὴ καὶ τὰ διαιτήματα σύμπαντα πρὸς αὐτὴν ἀποβλέπων ποιεῖται. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὴν ἐπίδοσιν δηλονότι καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος οὐκ ἐπειδὰν συμπληρωθῇ, τότε γνωρίζειν, (391) ἀλλ' ἐκ πολλοῦ χρόνου προγινώσκειν ἄμεινον ἂν ᾖ.

Κεφ. δ'. Καίτοι γε τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος οὐδὲ παροῦσαν ὁρῶ διαγινώσκοντας τοὺς πλείστους τῶν ἰατρῶν· ὥσπερ οὐδὲ τὸν θαυμασιώτατον Θεσσαλὸν, ὃς ἐν μὲν ταῖς ἀρχαῖς στέλλειν παρακελεύεται, κἂν στεγνὸν ᾖ τὸ νόσημα καὶ χαλάσεως ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ δέομενον. ὅπως δ' ἄν τις αὐτὴν γνωρίζοι, καθάπερ τι σαφέστατον ὑπάρχον, οὐδ' ἐπεχείρησεν εἰπεῖν. ἔχει δ' ἀπορίαν οὐ σμικράν. εἰ μὲν γὰρ τὴν πρώτην ἀκριβῶς εἰσβολὴν ἀρχὴν τίθεσθαι προσήκει τοῦ σύμπαντος νοσήματος, ἀμερής ἐστιν αὐτὴ καὶ ἄχρονος. εἰ δὲ τὸν πρῶτον παροξυσμὸν, ἴσμεν τοῦτον ἐνίοτε τήν τε ἐπίδοσιν ὅλην καὶ τὴν ἀκμὴν ἐν ἑαυτῷ περιλαμβάνοντα, πρὸς τῷ καὶ ἀλογώτατον εἶναι τήν τε ἐν ἑπτὰ ταῖς πάσαις ἡμέραις λυθησομένην

curativa diximus. Generoſi autem medici atque arte Hippocratica digni eſt officium futurum ſtatum praecognoscere, quum omnem victus rationem ad ipſum inſpiciens inſtituat. Eadem ratione principium morbi atque augmentum non ubi jam perfecta ſunt cognoscere, ſed multo antea praeſtabit praenoscere.

Cap. IV. Video tamen plurimos medicorum neque praeſentis etiam principii notitiam habere, ſicut apprime admirabilem Theſſalum, qui in principiis contrahere jubet, etiamſi morbus fuerit adſtrictus ac pro ſui natura egens relaxatione, quo pacto vero quispiam ipſum principium agnoscat, tanquam rem notiſſimam dicere praetermiſit. Sed hoc non parvam habet dubitationem. Nam ſi primum exquiſite inſultum pro principio morbi totius ſtatuere oportet, indiviſibile erit, atque ſine tempore; ſi vero primam acceſſionem ſcimus hanc aliquando et ejus augmentum et ſtatum in ſe ipſa comprehendere, praeter id, quod extra omnem rationem eſt, ut qui in ſeptem ad ſummum diebus

Ed. Chart. VIII. [380.] Ed. Baſ. III. (391.)

νόσον καὶ τὴν εἰς μῆνας ἓξ ἐκταθησομένην καὶ συμπάσας τὰς μεταξὺ τὸν πρῶτον μόνον παροξυσμὸν ἔχειν ἀρχήν. ὡς γὰρ οὐδ' ἐπίδοσιν, οὐδ' ἀκμὴν, ἢ παρακμὴν ἰσόχρονον ἅπαντα κέκτηται τὰ νοσήματα, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον οὐδ' ἀρχήν. οὐ μὴν οὐδὲ τὸν πρῶτον ὑπερβάς τις παροξυσμὸν, εἶθ' ἕξει τοι περιγράψαι τὴν ἀρχήν. εἰ γὰρ ὁ δεύτερος εὐθὺς διαδέχοιτο τὰ τῆς αὐξήσεως ἔχων γνωρίσματα, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ τρίτος ις καὶ τέταρτος, οἵ τ' ἄλλοι σύμπαντες οἱ ἐφεξῆς, ὁ τὸν πρῶτον παροξυσμὸν παραλιπὼν, ὡς οὐκ ἀρχὴν, ἢ πάντα τὸν μεταξὺ χρόνον, ἄχρι τῆς ἀκμῆς ἀρχὴν εἶναι φήσειε, καὶ οὕτως ἀπόλλυται παντάπασιν ἡ ἀνάβασις, ἢ ποῖ πρῶτον παύσει τὴν ἀρχὴν οὐκ ἔθ' ἕξει λέγειν. τίς οὖν ἡ τῆς ἀπορίας ἴασις; εἰ μὲν ἐκμανθάνειν ἐβούλοντο τὰ πρὸς Ἱπποκράτους γεγραμμένα σημεῖα, ταχεῖα ἂν ἐγένετο ἡ διδασκαλία. νυνὶ δὲ πρὸς τῷ μὴ βούλεσθαι μαθεῖν τὰ πρὸς Ἱπποκράτους γεγραμμένα ὀρθῶς, ἔτι τε καὶ διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν, ἂν μὴ γινώσκουσιν. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἀδύνατος ἡ

morbus finiri debet, et qui ad menſes ſex extendi, omnesque qui in medio tempore terminantur, ſolam habeant primam pro principio acceſſionem. Sicuti enim neque omnes morbi augmentum, aut ſtatum, aut declinationem aequalis habent temporis, eodem, arbitror, modo neque principium. Neque tamen, ſi quispiam primam acceſſionem praeterierit, jam poterit principium circumſcribere; nam ſi ſecunda ſtatim ſubſequatur, quae habeat augmenti indicia, et poſt ipſam tertia et quarta et ſic aliae deinceps omnes, qui primam omiſerit acceſſionem, tanquam non principium, vel omne tempus medium usque ad ſtatum diceret eſſe principium, atque ita omnino tolleret aſcenſum, aut ubi primo finiret principium, non haberet exprimere. Quaenam eſt hujus dubitationis medela? Si quidem velint quae ſunt ab Hippocrate ſcripta perdiscere, facilis atque expedita eſſet iſta doctrina; nunc vero praeter id quod quae ſunt ab Hippocrate optime tradita nolunt addiscere, illa quae ignorant damnare conantur. Sed illis quidem invenire non

Ed. Chart. VIII. [380.] Ed. Baſ. III. (391.)

τῆς ἀμαθίας ἴασις, ἡμῖν δ' εὔπορος. τοῦτο γὰρ παροξυσμοὺς, φησὶ, καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες. ὅτι μὲν δὴ καταστάσιες τῶν νοσημάτων τὰς οἷον ἰδέας αὐτῶν ὀνομάζει, καθ' ἃς ἐκ τοιῶνδε καὶ τηλίκωνδε σύγκειται τῶν καθόλου καιρῶν, ἐν ἐλαχίστῳ μάλιστ' ἄν τις τῷδε τῷ τεκμηρίῳ καταμάθοι. προειπὼν γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν· εἰσὶ δὲ ἤδη τρόποι καὶ καταστάσιες καὶ παροξυσμοὶ τουτέων ἑκάστῳ τῶν πυρετῶν, ἐφεξῆς φησι· αὐτίκα γὰρ συνεχής ἐστιν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει, μάλιστα καὶ ἀνάγει ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον. περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσει ἀπολεπτύνεται. ἔστι δ' οἷσιν ἄρχηται, μαλθακός τε καὶ ὑποβρύχιος. ἐπαναδιδοῖ δὲ καὶ παροξύνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν. περὶ δὲ κρίσιν ἅλις ἐξέλαμψε, σαφῶς ἐνδεικνύμενος ὡς τὴν ἐκ τῶν ὅλων τοῦ νοσήματος καιρῶν ποιὰν σύνθεσιν ὀνομάζει κατάστασιν. ὅπως οὖν αἱ νόσοι καὶ ὧραι τοῦ ἔτους καὶ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσεις

poteſt ignorantiae medela, nobis vero perfacile. Inquit enim: *Acceſſiones et conſtitutiones morbi oſtendunt et anni tempora et circuituum invicem incrementa.* Quod quidem morborum conſtitutiones quandam veluti eorum ideam ac formam nominat, ſecundum quam ex talibus et tantis conſtituuntur univerſalibus temporibus, minima quispiam hac conjectura comprehenderet. Nam quum in primo epidemiorum libro antea dixiſſet: *Sunt autem modi et conſtitutiones et acceſſiones harum quarumlibet febrium.* Deinceps ſubjungit: *Statim enim continua, quibus incipiens florescit ac viget, maxime et ad difficilius attollitur, circa autem criſim et ſimul cum criſi extenuatur. Eſt autem quum incipit, mollis ac latens, inſurgit autem atque exacerbatur ſingulis diebus, circa criſin autem satis emicat.* Ex quibus verbis manifeſte oſtendit ſe qualemcunque ex totius morbi temporibus compoſitionem nominare. Quo igitur modo morbi et anni tempora et circuituum adinvicem

Ed. Chart. VIII. [381.] Ed. Baf. III. (391.)

[381] ἐπιδείξονται τοὺς καθόλου καιροὺς τοῦ νοσήματος: ἐν τούτῳ γάρ ἐσμεν τῷ ζητήματι· τεταρταῖος μὲν γάρ τις πυρετὸς εἰσβάλλων οὐκ ἂν τὸν πρῶτον μόνον ἔχοι παροξυσμὸν τὴν ἀρχήν, ὥσπερ οὐδὲ τριταῖος ἀκριβὴς, ἕως τῆς ἑβδόμης ἡμέρας ἄρχεσθαι δύναται. κατὰ δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων γινώσκειν. καῦσος μὲν γὰρ καὶ πλευρῖτις καὶ περιπνευμονία βραχυχρόνιον ἔχουσι τὴν ἀρχήν· ἐπιληψίαι δὲ καὶ ἰσχιάδες καὶ ἀρθρίτιδες καὶ νεφρίτιδες πολυχρόνιον. οὕτως μὲν ἀπὸ τῶν νοσημάτων αὐτῶν· ἀπὸ δὲ τῶν ὡρῶν τοῦ ἔτους οὕτως. οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι ὡς τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες· οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροὶ, καμᾶλλον οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες. οὕτως δὲ καὶ πᾶν ἄλλο νόσημα θέρους μὲν ὀξύτερον, χειμῶνος δὲ χρονιώτερον κρίνεται. καὶ δῆλον ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν ἐν θέρει μὲν ὀλιγοχρονιωτέραν, ἐν χειμῶνι δὲ ἔξει μακροτέραν, ἀνάλογον δὲ ταύτῃ καὶ τοὺς ἄλλους καιροὺς τοῦ νοσήματος. οὕτως μὲν γὰρ καὶ ὧραι τοῦ ἔτους τὴν κατάστασιν τῶν νοσημάτων προμηνύουσιν. αἱ δὲ τῶν παροξυσμῶν ἐπι-

incrementa univerſalia tempora morbi commonſtrabunt? nam hoc erat quod quaerebamus. Nam quartana aliqua febris invadens non utique habet acceſſionem primam principium, ſicut neque exquiſita tertiana usque ad diem ſeptimum ſuum poteſt principium extendere. Eodem pariter modo et de aliis morbis judicandum. Nam febris ardens et pleuritis et inflammatio pulmonis brevis temporis habent principium, morbus autem comitialis et articularis et coxendicum et nephritis longi temporis. Sic quidem a morbis ipſis. A temporibus autem anni hoc modo: *Aeſtivae quartanae magna ex parte breves ſunt, autumnales vero longae et praeſertim quae hiemem attingunt.* Sic et omnis morbus alius aeſtate quidem breviorem, hieme vero diuturniorem habet criſim, et principium ſic aeſtate brevius, hieme vero longius habebit, ſimilem quoque ſervabit in aliis temporibus proportionem. Sic quidem et anni tempora morborum conſtitutiones praenunciant. Acceſſionum autem incrementa hoc modo. Ait enim *acceſſiones eſſe in-*

Ed. Chart. VIII. [381.] Ed. Baſ. III. (391.)

δόσεις οὕτως. ἀλλήλοις φησὶ χρῆναι παραβάλλειν τοὺς παροξυσμούς, εἰ ἐπὶ τὸ πρωϊαίτερον, ἢ οὔ, καὶ εἰ ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἢ οὔ, καὶ εἰ μᾶλλον, ἢ οὔ. ταῦτα γὰρ ἅπαντα συνθεὶς ἐγγυτέρω τῆς ἀκριβοῦς ἀφίξῃ διαγνώσεως. εἰ δὲ μηδὲν αὐτῶν ἐπισκεψάμενος οἴει δύνασθαι γνωρίζειν ἀρχὴν νοσήματος, ἢ διορίζειν ἀναβάσεως, οὐκ ἂν οὐδ' ἐγγύς ποτε τῆς ἀληθείας ἀφίκοιο.

Κεφ. ε'. Ἆρ' οὖν ἱκανὰ ταῦτά ἐστι πρὸς τὴν ἀκριβῆ τῶν καιρῶν τῆς νόσου διάγνωσιν; οὐδαμῶς. ἀλλ' ἤδη μέν τινα τεχνικὸν ἔχοντα στοχασμὸν, ἀκριβείας δ' ἀπολιμπανόμενα τοσοῦτον ὅσον τοῦ μηδόλως ὄντος πλεονεκτεῖν. τί δὴ τούτοις προστιθέμενον ἀκριβῆ ποιήσει τὴν πρόγνωσιν, ὅλον ἀναγνοὺς εἴσῃ τὸν ἀφορισμὸν ᾧδέ πως ἔχοντα. τοὺς παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλοῦσιν αἱ νοῦσοι καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίνωνται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένουσιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι, πτύελον αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου μὲν βραχύνει, ἢν δὲ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει.

vicem conferendas, ſi citius fiant vel non, ſi in longius tempus vel non, ſi magis vel non. Nam ſi haec omnia conjunxeris, ad exquiſitam dignotionem propius accedes. Si vero nihil ex iſtis animadvertens putas poſſe morbi principium cognoscere, vel ab aſcenſu diſtinguere, nunquam prope accedes ad veritatem.

Cap. V. Numquid igitur haec ad exquiſitam temporum morbi ſufficiunt cognitionem? nequaquam, ſed habent aliquid quidem artificioſae conjecturae, tantum vero ab exquiſita ratione deficiunt quantum illam quae nullo modo eſt ſuperant. Quid vero illis additum exquiſitam faciat praenotionem, ſi totum leges aphorismum, intelliges, in quo ita ſcribitur: *Morbi autem acceſſiones et conſtitutiones oſtendunt et anni tempora et circuituum adinvicem incrementa, ſive quotidie, ſive alternis diebus, ſive per majora intervalla fiant. Sed et ex iis quae mox apparent conjicere oportet, veluti in pleuritide ſi ſputum ſtatim appareat, incipientem morbum facit breviorem, ſi vero poſterius, longiorem et urinae*

Ed. Chart. VIII. [381. 382.] Ed. Baf. III. (391.)

καὶ οὖρα καὶ ὑποχωρήματα καὶ ἱδρῶτες καὶ δύσκριτα καὶ εὔκριτα καὶ βραχέα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιφαινόμενα δηλοῖ. ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς. ἐν δ' αὖ τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων εἶναί φησι πάντας πάντοθεν ἐπικαίρους καὶ καλὰς καὶ κρισίμους ἀποστάσιας σκοπέεσθαι. εἶτα ἐπιφέρων ἐρεῖ· πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσιος καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείης σημαίνουσι. ἀλλ' οἱ πεπασμοὶ δήπουθεν οὗτοι πάντες ἐν τοῖς πεπαινομένοις, τοῦτ' ἔστιν ἐν τοῖς πεττομένοις εἰσί. τίνα οὖν ταῦτά ἐστιν; οὐκ ἄλλα τινὰ ἢ ἅπερ ὠνόμασεν ἐπιφαινόμενα. τὰ μὲν γὰρ ἴδια τῶν νοσημάτων αὐτῶν συμπτώματα συνεισβάλλει δήπου καὶ συνάρχεται, τὰ δ' ἄλλα πάντα ἐπιφαίνεται. συνεισβάλλει μὲν οὖν τῇ πλευρίτιδι πάντως ὅ τ' ὀξὺς πυρετὸς καὶ τὸ τῆς πλευρᾶς ἄλγημα τὸ πνυγματῶδες, ἥ τε δύσπνοια καὶ ἡ βήξ. ἐπιφαίνεται δὲ τὰ μὲν ὡς ἴδια τοῦ νοσήματος αὐτοῦ, τὰ δ' ὡς κοινὰ τῶν πυρεττόντων ἁπάντων. [382] *ὡς ἴδια μὲν οὖν αὐτῆς τῆς νόσου πρῶτον μὲν ἤτοι μηδενὸς ὅλως ἀναγομένου μετὰ τῆς βηχὸς, ὅπερ ἱκανόν ἐστιν ἀπέπτου νοσήματος*

et alvi excrementa et ſudores, vel bonam morborum indicationem, vel malam, et longum vel brevem, futurum morbum, poſt apparentia commonſtrabunt. Haec quidem ab Hippocrate in aphorismis ſcribuntur, in primo autem libro epidemiorum, *Omnes* inquit *coctiones excrementorum ubique eſſe opportunas et bonos criticosque abſceſſus oſtendere.* Deinde inferens inquit: *Coctiones celeritatem judicii et ſecuritatem ſanitatis oſtendunt.* Sed coctiones hae quidem omnes iis adſunt quae coquuntur; quaenam igitur haec ſunt? Non alia ſane quam illa quae mox apparentia nominavit, nam quae propria ſunt morbi accidentia, ſimul cum morbo invadunt, ſimulque incipiunt, reliqua vero omnia mox apparent. Invadunt igitur una cum pleuritide et febris acuta et lateris dolor punctorius et difficilis anhelitus et tuſſis: mox apparent autem quaedam ut ipſi morbo propria, nonnulla autem ut communia omnibus febricitantibus. Ut propria quidem ipſius morbi primum quidem, ſi nihil educatur cum tuſſi, quod ſufficiens eſt morbi coctione ca-

Ed. Chart. VIII. [382.] Ed. Baſ. III. (391. 392.)

γνώρισμα δεύτερον δέ, εἰ ἀνάγοιτο μὲν, ἀλλ' οὐ χρηστόν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο διττόν· ἓν μὲν τὸ μὴ πεπέφθαι μόνον, ἕτερον δὲ τὸ καὶ μοχθηρὸν εἶναι. τούτων δὲ ἁπάντων ἀφώρισται τὸ πεπεμμένον, ὃ δὴ καὶ πτύελον ἤδη καλοῦσιν ἰδίως. οὐ γὰρ δὴ τό γ' αἱματῶδες καὶ τὸ χολῶδες καὶ τὸ ἀφρῶδες οὕτως ὀνομάζομεν, ἀλλὰ ταυτὶ μὲν μᾶλλόν πως πτύσματα προσαγορεύομεν. ὅταν δὲ μήθ' αἵματος μήτ' ὠχρᾶς ἢ μελαίνης χολῆς ἐπιμιξίαν ἔχῃ, τὸ τοιοῦτον ἤδη πτύελον ὀνομάζομεν. ὅταν οὖν τοῦτο ταχέως ἐπιφαίνηται, βραχύνει τὸ νόσημα. τὸ δ' ἤτοι μηδόλως ἀνάγειν ἢ ἅπεπτον εἰς πλείονα χρόνον ἐκταθήσεσθαι δηλοῖ τὸ νόσημα. τὸ δὲ καὶ μοχθηρὸν ἀνάγεσθαι τὸ πτύσμα κινδύνου δηλωτικόν· εἰ δὲ καὶ κακόηθες εἴη, θανάτου. τί μὲν οὖν ἐστι τὸ πτύελον νῦν οὐ δέομαι λέγειν. ὅσα δὲ ἰδίως ὀνομάζεται πτύσματα, καὶ (392) τούτων ὅσα μὲν ὑπόξανθά τε καὶ ὑπόπυῤῥα καὶ ὕπωχρα καὶ ὕπαφρα καὶ λεπτὰ, μόνης ἀπεψίας ὑπάρχει γνωρίσματα. κακὸν δὲ οὐδὲν ἐπίσημον ἐνδείκνυται· τὰ δ' ἀκράτως

rentis indicium; ſecundo autem, ſi educatur quidem, ſed non bonum. Eſt autem et hoc duplex, unum quidem, quod ſolum caret coctione, alterum vero, quod etiam pravum exiſtit. Ab his vero omnibus id quod coctum eſt ſeparatur, quod etiam proprie ſputum appellant; neque enim quod ſanguineum eſt ac biliosum atque ſpumoſum ita nominamus, ſed potius quodammodo ſputamen vocamus, quum vero neque ſanguini, neque bili pallidae, vel nigrae commixtum fuerit, id quod tale fuerit, jam ſpiritum vocamus. Quando igitur hoc cito apparuerit, morbum facit breviorem, quum vero nullo modo educitur aut crudum, indicat morbum in longius debere protendi; ſi autem pravum educitur ſputamen, periculum imminere ſignificat; ſi autem etiam malignum fuerit, mortem minatur. Quid igitur ſit ſputum, nunc non eſt opus exponere. Quae vero proprie ſputamina nominantur, ex his quaecunque ſubflava et ſubrufa et ſubpallida, et ſubſpumoſa et tenuia exiſtunt, ſolam cruditatem ſignificant, nullum vero inſigne malum praenunciant, quae vero ſine alia commixtione ſunt flava ac rufa,

Ed. Chart. VIII. [382.] Ed. Baſ. III. (392.)

ξανθὰ καὶ πυῤῥὰ καὶ παχέα καὶ ἀφρώδη καὶ χλωρὰ καὶ γλίσχρα καὶ στρογγύλα καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον τὰ μέλανα μοχθηρά. προσεπισκέπτεσθαι δὲ καὶ τὸν τῆς ἀναγωγῆς αὐτῶν τρόπον. εἰ μὲν γὰρ εὐπετῶς ἀποπτύοιτο, πρόδηλον ὡς τὰ τοιαῦτα μέν ἐστιν ἀγαθὰ, τὰ δ' ἐναντία μοχθηρά. καὶ τί δεῖ πλείω λέγειν ἡμᾶς, ἔχοντάς γε τὴν ἐκ τοῦ προγνωστικοῦ παραγράψαι ῥῆσιν; πτύελον δὲ χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἀλγήμασι τοῖσι περὶ τὸν πνεύμονά τε καὶ τὰς πλευρὰς ταχέως τε ἀποπτύεσθαι καὶ εὐπετέως, συμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτύελῳ. δῆλος ἐνταῦθά ἐστι πτύελον ἰδίως ὀνομάζων τὸ κατὰ φύσιν. ᾧ δὴ καὶ συμμεμίχθαι φησὶ χρῆναι τὸ ξανθόν. τὸ δ' ἰσχυρῶς ἔνιοι μὲν οὐδὲ γράφουσιν ὅλως. οἱ δ' οὖν καὶ γράφοντες οἱ μὲν ἐπὶ τὸ ξανθὸν, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ συμμεμιγμένον ἀναφέρουσιν, ἵν' ἑκάτερος ᾖ τῶν λόγων τοιόσδε. συμμεμιγμένον τὸ ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν, ἢ πάλιν τὸ ἰσχυρῶς ξανθὸν συμμεμιγμένον φαίνεσθαι τῷ πτυέλῳ. τεχνικώτερον δ' ἐστὶ τὸ πρότερον. ἀεὶ γὰρ τὰς ἀνωμάλους ἁπάντων κινήσεις καὶ τῶν πολὺ διαφερόντων

craſſa atque ſpumoſa et viridia, viscoſa atque rotunda, atque his etiam magis nigra, ſunt prava. Conſiderandum etiam quis ſit eorum eductionis modus, nam ſi facile expuantur, conſtat quidem bona eſſe, contraria vero mala. Et quid oportet nos plura dicere, quum poſſimus verba, quae in libro prognoſtico ſcribuntur, apponere? *Sputum oportet in omnibus qui ſunt circa pulmonem ac latera celeriter expui ac facile, commixtumque videri vehementer flavum ſputo.* Neque in dubio eſt quod hoc loco Hippocrates ſputum vocat, id quod ſecundum naturam ſe habet, cui flavum admixtum eſſe oportere inquit. Verbum autem illud, *vehementer*, nonnulli quidem neque omnino adjungunt, quidam vero ad commixtum referunt, ut ſermo uterque ita ſe habeat, commixtumque vehementer ſputo videri flavum, vel flavum vehementer commixtum videri ſputo. Sed prior ſenſus eſt artificioſior, ſemper enim inaequales omnium motus et eorum quae plurimum diſtant complexio-

Ed. Chart. VIII. [382.] Ed. Baſ. III. (392.)

ἐπιπλοκὰς αὐτός τε ὁ Ἱπποκράτης μέμφεται καὶ ἡ πεῖρα διδάσκει οὕτως ἔχειν. οὐ μὴν οὐδ' ὁ λόγος ἄπορος, ἀλλ' οὐκ ἐν καιρῷ νῦν ἂν εἴη λεγόμενος. ὅτι δὲ τὸ ἰσχυρῶς ἐπὶ τὸ συμμεμίχθαι τὴν ἀναφορὰν ἔχει, πρόδηλον κἀκ τῶν ἐπιφερομένων. εἰ γὰρ πολλῷ, φησὶν, ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀποπτύοιτο ξανθὸν ἐὸν, ἢ πυῤῥὸν, ἢ πολλὴν βῆχα παρέχον, ἢ μὴ ἰσχυρῶς συμμεμιγμένον, κάκιον γίνεται. δῆλος γάρ ἐστιν ὁ Ἱπποκράτης ἀντιτάττων ἐνταῦθα τὰ ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου ξύμπαντα τοῖς ἐκ τοῦ πρώτου, τῷ μὲν ταχέως τὸ πολλῷ ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀποπτύοιτο, τῷ δ' εὐπετέως τὸ πολλὴν βῆχα παρέχον, τῷ δὲ συμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ τό τ' ἄμικτον ἁπλῶς καὶ μόνον ξανθὸν, τό τε μεμιγμένον μὲν ἐξ ἀμφοῖν, τοῦ τε κατὰ φύσιν πτυέλου καὶ τοῦ ξανθοῦ χρώματος, ἢ πυῤῥοῦ, μὴ μέντοι ἰσχυρῶς. ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα συνάπτων ἐρεῖ σαφέστερον ἔτι τὴν αὐτὴν γνώμην ἐξηγούμενος. τό τε γὰρ ξανθὸν ἄκρητον ἐὸν κινδυνῶδες· ἄκρητον δ' ἐστὶ

nes damnat Hippocrates. Experientia quoque ita eſſe probatur, neque etiam ratio dubia eſt: non tamen eam nunc explicare eſſet opportunum. Quod autem verbum illud, vehementer, ad commixtum relationem habeat, ex iis etiam patet quae ſubjunguntur. *Si enim*, inquit, *multo poſt doloris principium expuatur flavum, vel ruſum, vel multam excitans tuſſim, vel non vehementer commixtum, pejus efficitur.* Videtur enim in hoc loco Hippocrates quaecunque in ſecundo ſermone dicuntur iis opponere quae in primo dicebantur, verbo quidem, *celeriter illa,* multo poſt principium doloris expuatur, verbo, *facile, illa,* multam excitans tuſſim, illis vero, *commixtum videri flavum vehementer ſputo,* impermixtum ſimpliciter ac ſolum flavum, tum quod ex utrisque commixtum eſt, colore ſcilicet ſputi naturalis et flavo, vel rufo, non tamen vehementer. Sed et poſt haec ſubjungens manifeſtius dicet, ſuam adhuc mentem aperiens, his verbis: *Nam flavum impermixtum exiſtens, periculoſum (impermixtum eſt autem id quod ſputo*

Ed. Chart. VIII. [382. 383.] Ed. Baf. III. (392.)

δήπου τὸ μὴ μεμιγμένον τῷ πτυέλῳ· τὸ λευκὸν καὶ γλίσχρον καὶ στρογγύλον ἀλυσιτελές. [383] εἶθ' ἑξῆς πάλιν ἐπὶ τὰ χαλεπώτερα κατὰ βραχὺ παραγινόμενος τῷ λόγῳ, κακὸν δὲ καὶ χλωρόν τε ἐὸν κάρτα καὶ ἀφρῶδές φησιν. εἶθ' ἑξῆς· εἰ δὲ εἴη οὕτως ἄκρητον ὥστε καὶ μέλαν φαίνεσθαι, δεινότερόν ἐστι τοῦτο ἐκείνων. ἐκ μὲν δὴ τῶν ἰδίων τῆς πλευρίτιδος οὕτω χρὴ διορίζεσθαι. προσεπιβλέπειν δὲ δεῖ καὶ τὰ κοινὰ τῶν ὀξέως νοσούντων ἁπάντων. ἐφεξῆς δ' αὐτὰ καταριθμεῖται γράφων ὧδί· ἔστι δὲ τὰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα, εὐπετέως φέρειν τὸ νόσημα, εὔπνουν εἶναι, τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι, τὸ πτύελον ῥᾳδίως ἀναβήσσειν, τὸ σῶμα πᾶν θερμόν τε ὁμαλῶς εἶναι καὶ μαλθακὸν καὶ δίψην μὴ ἔχειν. οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται, ἕκαστα εἰδέναι ἀγαθὰ ὄντα. ταυτὶ μὲν οὖν ἀγαθὰ σημεῖα, τά τ' ἴδια τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων καὶ προσέτι τὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὀξέων νοσημάτων κοινά, κατὰ τὸ συνεχὲς ἐφεξῆς ἀλλήλων γεγραμμένα. συνάπτων δ' αὐτοῖς ἐπάγει· κακὰ δὲ τἀναντία τουτέων, δυσπετέως φέρειν τὴν νοῦσον, πνεῦμα

non commiscetur) *album autem et viscosum et rotundum inutile.* Deinde rursus paulatim ad difficiliora sermone progrediens: *Malum autem, quod viride est valde et spumosum.* Ac deinceps addit: *Si vero ita sit impermixtum, ut etiam nigrum appareat, omni alio pejus est.* Ex propriis quidem pleuritidis ita distinguere oportet. Sed praeterea inspicienda sunt omnia, quae sunt morbis acutis communia, quae deinceps connumerat ita scribens: *Sunt autem haec bona, facile ferre morbum, bene spirare et esse doloris expertem et sputum facile expuere, corpus totum aequaliter calidum esse et molle et sitim non habere, urinas autem et alvi excrementa et somnos et sudores, quemadmodum scriptum est, haec omnia bona esse sciendum est.* Haec itaque sunt bona signa, tum propria eorum instrumentorum, quibus vis spirandi est demandata, tum communia omnibus aliis morbis acutis continuatim ordine invicem scripta. Atque ipsis adjungens infert: *Mala autem sunt his contraria, difficulter ferre morbum, spiritum magnum*

Ed. Chart. VIII. [383.] Ed. Baſ. III. (392.)

μέγα καὶ πυκνὸν εἶναι, τὴν ὀδύνην μὴ παύεσθαι· τὸ πτύελον μόλις ἀναβήσσειν· διψᾶν κάρτα· τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνωμάλως ἔχεσθαι· καὶ τὴν μὲν κοιλίαν καὶ τὰς πλευρὰς θερμὰς εἶναι ἰσχυρῶς, τὸ δὲ μέτωπον καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ψυχρούς. οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας, ὡς διαγέγραπται, ἕκαστα εἰδέναι κακὰ ὄντα. γέγραπται δὲ καὶ περὶ τούτων δηλονότι κατὰ τὸ προγνωστικὸν, ὁμοίαν αὐτοῦ τὴν διδασκαλίαν ἐφ' ἑκάστων τούτων ποιουμένου, οἵαν περ καὶ νῦν ἐπὶ τῶν πτυσμάτων. ὡς γὰρ ἐν τούτοις τὸ μέν τι πέψεώς ἐστι σημεῖον, τὸ δ' ἀπεψίας, τὸ δ' ὀλέθρου· καὶ τὸ μὲν τῆς πέψεως εὐθὺς ἐν ἀρχῇ φαινόμενον ἐν τάχει σωθήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον δηλοῖ, τὸ δὲ τῆς ἀπεψίας ἐν χρόνῳ, τὸ δ' ὀλέθριον ἀπολεῖσθαι, καὶ τὸ μὲν μεγάλως ὀλέθριον ἐν τάχει, τὸ δ' ἧττον ἐκείνου χρονίως. οὕτω κἀπὶ τῶν οὔρων αὐτῶν διώρισται καὶ τῶν διαχωρημάτων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὑπὲρ ὧν ἐφεξῆς ἡμῖν ὁ λόγος ἔσται. καὶ γὰρ τούτων ἁπάντων τὰ μὲν

eſſe ac crebrum, non ceſſare dolorem, vix ſputum expuere, vehementer ſitire, totum corpus ab igne inaequaliter detineri et ventrem quidem ac latera calida eſſe vehementer, frontem autem ac manus frigidas et pedes frigidos, urinas vero et alvi excrementa et ſomnos et ſudores, quemadmodum ſcriptum eſt, ſingula haec mala eſſe cognoscere oportet. Scriptum autem eſt de his in eo volumine quod prognoſticon inſcribitur, in quo ſimilem in his ſingulis ipſe tradit doctrinam, qualem et nunc in ſputaminibus. Sicuti enim in his hoc quidem eſt coctionis ſignum, hoc vero cruditatis, hoc autem mortis, et quod coctionis eſt ſignum, ſi in principio ſtatim appareat, propere ſalutem ſubſequuturam oſtendit, quod autem cruditatis, morbum in longius tempus extendi debere, quod autem exitiale eſt, hominem moriturum ſignificat; et ſi valde exitiale fuerit, cito; ſi vero remiſſius extiterit, in longo tempore. Eadem in urinis ipſis et alvi excrementis et reliquis omnibus, de quibus eſt ſermo futurus, diſtinctio eſt adhibita; etenim haec omnia nonnulla quidem coctionis, nonnulla vero crudita-

Ed. Chart. VIII. [383. 384.] Ed. Baſ. III. (392.)

πέψεως, τὰ δ' ἀπεψίας, τὰ δ' ὀλέθρου σημεῖα. καὶ γὰρ τὸ μέλαν πτύσμα πρὸς τῷ μὴ πεπέφθαι καὶ ὀλέθριόν ἐστιν. οὕτω δὲ καὶ οὖρον μέλαν οὐκ ἄπεπτον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀλέθριον. ἔστι δὲ ἁπλῶς ἄπεπτον τὸ λεπτὸν καὶ λευκὸν, ὅπερ ὑδατῶδες ὀνομάζομεν.

Κεφ. στ'. Ἐπὶ τὸν ἀφορισμὸν οὖν αὖθις ἐπανέλθωμεν τὸν λέγοντα, τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίνωνται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου μὲν βραχύνει, ἢν δὲ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ οὖρα καὶ ὑποχωρήματα καὶ ἱδρῶτες καὶ δύσκριτα καὶ εὔκριτα καὶ βραχέα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιφαινόμενα δηλοῖ. σαφῶς γὰρ ταῦτα τῶν ἐν τῷ προγνωστικῷ γεγραμμένων ἁπάντων ἐστὶν ἐπιτομὴ, [384] τὰ κεφάλαια μόνον αὐτὰ τῶν ἐν ἐκείνῳ κατὰ μέρος εἰ-

tis et quaedam etiam mortis indicia ſunt. Nigrum enim ſputamen praeter id quod crudum eſt, etiam mortem portendit; ſic et urina nigra non cruda ſolum, ſed etiam lethalis eſt. Eſt autem ſimpliciter cruda quae alba eſt ac tenuis, quam aquoſam nominamus.

Cap. VI. Rurſus igitur ad aphorismum redeamus, in quo ita ſcribitur: *Acceſſiones autem et conſtitutiones, morbi oſtendunt et anni tempora et circuituum adinvicem incrementa, ſive quotidie fiant, ſive alternis diebus, ſive longius tempus intermittant. Sed et ex iis quae poſtea apparuerint, conjecturam accipere oportet: velut in pleuritide, ſi ſputum ſtatim morbo incipiente appareat, brevem futurum ſignificat; ſi vero poſterius, longiorem. Et urinae etiam, et alvi excrementa, et ſudores, et bonam et malam criſim habituros et cito, vel tarde finituros morbos, quum mox apparent, indicant.* Nam haec liquido ſunt eorum omnium quae in prognoſticis ſcribuntur compendium quum antiquus ille auctor ſola capita eorum quae in eo

Ed. Chart. VIII. [384.] Ed. Baſ. III. (392.)

ρημένων, εἰς τοὺς ἀφορισμοὺς μεταθεῖναι πειραθέντος τοῦ παλαιοῦ. τίνα δ' ἦν τὰ κεφάλαια; πολλάκις γὰρ αὐτὰ ἀναλαμβάνειν κάλλιον οἶμαι, ἵνα κἂν νῦν τις αἰδεσθεὶς μάθῃ ἀρχῆς τε νοσήματος εἶναι διαγνωστικὸς καὶ τῆς μελλούσης ἀκμῆς προγνωστικὸς, τούτεστιν, ὡς αὐτός φησι, καὶ ἡ τοῦ νοσήματος ἰδέα καὶ ἡ τῆς ὥρας φύσις, καὶ τῶν παροξυσμῶν αἱ περίοδοι, καὶ τὰ τοῖς νοσήμασι ἐπιφαινόμενα. καὶ δὴ πάλιν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραδείγματος ὁ λόγος μοι γινέσθω, διαστελλομένῳ βραχύ τι περὶ τῶν ὀνομάτων, οἷς οἱ παλαιοὶ μὲν, ὥσπερ ἦν καὶ προσῆκον, ἐχρῶντο τοῦ δηλῶσαι τὸ νοούμενον ἕνεκα. τὸ σύμπαν δ' αὐτῆς ἦν σπούδασμα ἡ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἀκριβὴς γνῶσις. οἱ νεώτεροι δὲ ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ἐν τοῖς ὀνόμασι κατατρίβουσι τὸν ἑαυτῶν βίον, ἀμελήσαντες τῶν πραγμάτων. ἀρχὴν οὖν τῆς νόσου καὶ τὴν πρώτην μὲν εἰσβολὴν καὶ τὴν ἀμερῆ τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ καλοῦσι. καθάπερ τὸ νῦν, τὸ ἁπλατές. ἤδη δὲ καὶ χρόνον τινὰ πλατύτερον. ὥσπερ ἐπ' αὐτοῦ πάλιν τοῦ νῦν, ἐπειδὰν ἤτοι χειμῶνα νῦν εἶναι λέγωμεν, ἢ θέρος, ἤ τινα τῶν

libro ſigillatim ſcribuntur, in aphorismos transferre tentaverit. Quaenam igitur ſunt haec capita? ſaepius enim repetere mihi videtur melius, ut quis etſi nunc erubescens, discat et morbi principium cognoscere et futurum ſtatum praevidere, hoc eſt, ut ipſe dicit, formam morbi et naturam temporis acceſſionis circuitus, et quae in morbis mox apparent. Erit autem mihi ſermo in eodem exemplo, adhibita brevi diſtinctione de nominibus, quibus, ut par erat, veteres utebantur ad ſolum mentis conceptum explicandum, quum omni ſtudio incumberent ad exquiſitam rerum cognitionem; juniores vero fere omnes circa nomina ſuam conterunt vitam, minime de rebus ſoliciti. Principium igitur morbi primum inſultum indiviſibilem primae acceſſionis, veluti et ipſum, nunc, quod ſine latitudine eſt, vocant; ſed et jam aliquod tempus latum, quod etiam in ipſo, nunc, obſervamus, quando dicimus nunc eſſe hiemem, vel aeſtatem, vel aliquid aliud tempus. Quod igitur in nullo ſer-

Ed. Chart. VIII. [384.] Ed. Baſ. III. (392. 393.)

ἄλλων ὡρῶν. ὅτι μὲν οὖν ἐν οὐδενὶ τῶν τοιούτων λόγων ὁ Ἱπποκράτης, οἷος ὅ τε προγεγραμμένος ἀφορισμός ἐστιν καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἐφεξῆς εἰρησομένων, ἀρχὴν ὀνομάζει τὴν πρώτην (393) ἐκείνην καὶ ὁμερῆ τῶν νοσημάτων εἰσβολήν, εὔδηλον παντί. πῶς γὰρ ἤτοι τὸ περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων σκεπτέον, εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ, δύναιτ' ἄν τις οὕτως εἰρῆσθαι νομίζειν, ἢ τὸ, ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει· ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστι. καὶ τὸ, ἤν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου τὸ πρόσωπον τοιόνδε ᾖ. τὸ γὰρ νεκρῶδες ἐκεῖνο πρόσωπον, ἐφ' οὗ ταῦτα λέγεται, κατὰ τὴν ἀκριβῶς πρώτην εἰσβολὴν τῶν νοσημάτων οὐκ ἄν ποτε δύναιτο συστῆναι. κατὰ ταὐτὰ δὲ κἀν τῷ λέγειν· ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακίῃσι χρέεσθαι, τὴν εἰς πλάτος χρόνου προήκουσαν ἀρχὴν ἐνδείκνυται. καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἐν τῷ φάναι· κατὰ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα, κατὰ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων ἦν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω, ἢ κάτω ὑπέλθοι, θανάσιμον, ὡσαύτως εἴρηται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων,

mone tali, qualis eſt is quem antea ſcripſimus aphoriſmus et multi alii qui poſtea dicentur, principium vocet Hippocrates primum illum et indiviſibilem morbi inſultum, unicuique liquet. Quomodo enim circa morborum principia conſiderandum, ſi ſtatim morbus floreſcat, in eo ſignificatu dictum quispiam poſſet arbitrari? vel illud? *Incipientibus morbis, ſi quid movendum videtur, move; conſiſtentibus vero, melius eſt quiescere.* Et illud? *Si igitur in principio morbi facies talis erit; nam facies illa mortuae ſimilis, de qua iſta dicuntur, neque illo exquiſite principio morbi unquam fieri potuiſſet.* Eodem modo, quum dicitur: *In acutis morbis raro et in principiis utendum purgationibus;* de principio intelligitur, quod ad tempus latum extenditur. Multo magis quum ſcribit: *Circa principia et fines omnia debiliora, circa ſtatum fortiora.* Neque in alio ſenſu dictum eſt, *In quorum morborum principiis nigra bilis vel infra vel ſupra exierit, mortale.* Eodem modo in libro De ratione victus in acutis morbis, in

Ed. Chart. VIII. [384. 385.] Ed. Baſ. III. (393.)

ἐπὶ τοῦ καταλόγου τῶν σφοδρῶν ἐκείνων συμπτωμάτων ἐπήνεγκε· ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῇσιν ἐπιφαινόμενα παραφροσύνης ἐστὶ δηλωτικὰ σφοδροτάτης, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀποθνήσκουσιν. κατὰ ταὐτὰ δὲ τούτοις δηλονότι καὶ τὸ κατὰ τὸν ἀφορισμὸν ἔχει τὸν νῦν ἡμῖν προκείμενον, ἐν ᾧ φησιν· οἷον ἐν πλευριτικοῖσιν; πτύελον αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου μὲν βραχύνει. οὐ γὰρ δὴ τήν γε πρώτην ἀκριβῶς εἰσβολὴν σημαίνει νῦν τὸ ἀρχομένου διά τε τὴν φύσιν αὐτὴν τῶν πραγμάτων καὶ διὰ τὸ μηδ' ἂν ἐπιφαινόμενα τὰ τοιαῦτα δύνασθαι λεχθῆναι. τίνι γὰρ ἔτι διοίσει τῶν συνεισβαλόντων; ἐκεῖνα μὲν γὰρ σαφῶς ἔχει τὴν αὐτὴν ἀρχὴν ἀλλήλων τε καὶ τῇ συμπάσῃ νόσῳ. ἐπιφαίνεται δὲ τὰ μὲν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, τὰ δ' ἐν τῇ δευτέρᾳ, τὰ δ' ἐν τῇ τρίτῃ τε καὶ τετάρτῃ, τὰ δὲ καὶ προεληλυθότος ἤδη τοῦ νοσήματος.

Κεφ. ζ. [385] Ἡ δὲ κατὰ πλάτος ἀρχὴ κοινῇ μέν τινι ταύτῃ καὶ προχείρῳ φαντασίᾳ καὶ μήπω μηδὲν ἐχούσῃ τεχνικὸν ἐν τῷ πρώτῳ παροξυσμῷ περιέχεται. καὶ διὰ τοῦτο

connumeratione illorum vehementium accidentium intulit: *Haec autem ſi in principiis appareant, vehementiſſimum delirium oſtendunt; ut plurimum autem moriuntur.* Eodem modo ſe habet etiam in aphorismo, de quo paulo ante facta eſt mentio, ubi inquit: *Veluti in plenitudine, ſi ſputum ſtatim appareat incipiente morbo, morbum oſtendit breviorem.* Neque enim dictio illa, *incipiente*, primum exquiſite inſultum hoc loco ſignificat, tum quia huic ſenſui rerum natura repugnat, tum quia dicere non potuiſſet, *poſt appareant;* quomodo enim different ab iis quae ſimul invadunt illa quae exquiſite idem habent principium invicem et cum univerſo morbo? Poſt apparent autem quaedam ſtatim in prima die, quaedam in ſecunda, quaedam in tertia, quaedam in quarta, quaedam, quum jam proceſſerit morbus.

Cap. VII. Principium vero ſecundum latitudinem communi quadam et prompta imaginatione, in qua nullum adhuc eſt artificium, in prima acceſſione continetur. Atque

Ed. Chart. VIII. [385.] Ed. Baſ. III. (393.)

τὰ μὲν εὐθὺς ἀρχόμενα τὴν ἀκμὴν ἀπειληφέναι λέγεται, καθάπερ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἐπειδή φησιν, αὐτίκα γὰρ συνεχής ἐστιν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει. τὸ γὰρ ἀρχόμενον οὐκ ἐπὶ τοῦ καιροῦ τοῦ νοσήματος εἴρηται νῦν, ἢ μάχοιτ' ἂν αὐτῷ τὸ ἀνθεῖν τε καὶ ἀκμάζειν· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ χρόνου δηλονότι τοῦ μετὰ τὴν ἀκριβῶς ἀρχὴν τὴν πρώτην, ἄχρι τρίτης τῆς ἡμέρας τὸ πλεῖστον ἐκτεταμένου. πάντως μὲν γὰρ ὁ πυρετὸς οὗτος ἀρχήν τινα τὴν πρώτην ἐκείνην καὶ ἁπλατῆ ποιησάμενος, ἔπειθ' οὕτως ἀναβάσει τινὶ χρησάμενος, ἀπολαμβάνει τὴν οἰκείαν ἀκμὴν, ὁ μὲν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, ὁ δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ. οὐ μὴν ἀπό γε τῆς εἰσβολῆς τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ δύναιτ' ἄν τις γενέσθαι πυρετὸς ἀκμάζων. ἀλλ' ἄν τε κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἄν τε κατὰ τὴν δευτέραν ἀκμάσας ἐντεῦθεν ἄχρι τῆς παντελοῦς λύσεως ἐκταθῇ, μηδεμίαν αἰσθητὴν ἑτέραν παροξυσμοῦ λαβὼν εἰσβολὴν, οὕτως ἂν ἀπ' ἀρχῆς εὐθὺς λέγοιτο τὴν ἰδίαν ἀκμὴν ἐσχηκέναι. καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ πρὸς Ἱπποκράτους λεγόμενον. αὐτίκα γὰρ συνεχής ἐστιν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει.

ideirco quaedam ſtatim quum incipiunt, ſtatum accepiſſe dicuntur; quemadmodum in primo epidemiorum, ubi inquit: *Statim enim continua eſt, quibus incipiens floreſcit ac viget.* Nam verbum id, *incipiens*, hoc loco non dicitur de vero morbi tempore, alioqui repugnaret ei florescere atque vigere, ſed de eo, quod ſubſequitur principium exquiſite dictum, quod ut plurimum ad tertium extenditur diem. Omnino enim febris haec, ubi principium illud indiviſibile fecerit, deinde hoc pacto incremento quodam uſa fuerit, proprium recipit ſtatum, quaedam in prima ſtatim die, quaedam in ſecunda, non tamen in primo inſultu primae acceſſionis poſſet aliqua febris habere ſtatum. Sed ſive in primo die, ſive in ſecundo, iſtum habeat, atque hinc usque ad integram ſolutionem extendatur, nullum ſenſibilem alterius acceſſionis inſultum accipiens, haec ſtatim ab initio proprium habuiſſe ſtatum diceretur. Et hoc eſt quod ab Hipppocrate dicitur: *Statim enim continua eſt quae*

Ed. Chart. VIII. [385.] Ed. Baſ. III. (393.)

τοιοῦτον οὖν ἐστι καὶ τὸ ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου μὲν βραχύνει πρὶν τὸν δεύτερον εἰσβάλλειν δηλονότι παροξυσμόν. ἔτι γὰρ ἄρχεσθαι λέγοιτ' ἂν ἡ πλευρῖτις, οὐ μόνον ἐπειδὰν ἀνάβασιν ὁ τοιοῦτος ἔχῃ παροξυσμὸς, ἢ ἀκμὴν, ἀλλὰ κἂν τῇ παρακμῇ συμπάσῃ. καὶ ὅλως πρὶν εἰσβάλλειν τὸν δεύτερον παροξυσμὸν, διὰ τρίτης τοὐπίπαν ἐν πλευρίτισιν ἁπαντῶντα. πᾶν οὖν ὅ τι ἂν ἐπιφαίνηται σημεῖον, ὀλιγοχρόνιόν τε ἅμα καὶ σωτήριον ἔσεσθαι δηλοῖ τὸ νόσημα. τοιοῦτον δὴ καὶ τὸ πτύελόν ἐστι τὸ ἐν τοῖς πλευριτικοῖς. ἑκάστου γὰρ τῶν μορίων τοῦ σώματος τὸ περίττωμα τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ διάθεσιν ἐνδείκνυται, πεπεμμένον μὲν ὑγιεινὴν, ἄπεπτον δὲ ὑπάρχον νοσεράν. οὕτω γοῦν εἴρηται κἀκεῖνα. διαχώρημα δὲ ἄριστόν ἐστιν τὸ μαλθακόν τε καὶ συνεστηκὸς, καὶ τὴν ὥραν, ἣν περ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει. πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων. τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνοι ἄν. καὶ τοίνυν καὶ τὸ πτύελον, ἐπειδὴ μὲν ἀκριβῶς ὅμοιον ἦ

incipiens florescit ac viget. Tale igitur eſt: *Si ſputum in pleuritide ſtatim poſt apparuerit incipiente morbo, eum facit breviorem,* id eſt ante quam ſecunda acceſſio invaſerit, adhuc enim pleuritis diceretur incipere, non ſolum quando hujusmodi acceſſio aſcenſum habeat vel ſtatum, ſed in tota declinatione, atque omnino ante quam ſecunda invadat acceſſio, quae ut plurimum in pleuritide tertio fit die. Quodcunqne igitur coctionis ſignum poſt apparuerit, brevem et ſalutarem morbum futurum oſtendit; tale quidem eſt ſputum quod in pleuritide apparet; nam cujusque partis in corpore ſuperfluitas eam quae illi ineſt diſpoſitionem oſtendit; ſi cocta quidem fuerit, ſalubrem; cruda autem aegram. Ita igitur et illa ſcripta ſunt: *Alvi autem excrementa optima ſunt quae mollia ſunt et cohaerentia et quae eandem exitus horam ſervant quam in ſanitate habuerunt. Quantitas vero eſſe debet pro ratione cibi qui aſſumitur; nam ſi exeuntia talia fuerint, ventrem inferiorem ſanum eſſe indicant.* Et ſputum quoque quum fuerit ex-

Ed. Chart. VIII. [385. 386.] Ed. Baſ. III. (393.)

τοῖς τῶν ὑγιαινόντων, ἀκριβῶς ὑγιαίνειν ἐνδείξεται τὰ τῆς ἀναπνοῆς ὄργανα· παραποδιζόμενον δέ τι καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξιστάμενον εἰς τοσοῦτον ἐκεῖνα βεβλάφθαι δηλοῖ εἰς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸ τῆς κατὰ φύσιν ἰδέας ἀπολείπηται. τὸ δ' ἐναντιώτατον τοῦ κατὰ φύσιν ἄπεπτόν ἐστιν καὶ μεγάλην ἐνδείκνυται τὴν τῶν πεπονθότων τόπων ἀσθένειαν. εἰ δὲ καὶ μοχθηρᾶς αἰτίας ἔχει τι γνώρισμα, καθάπερ τὸ μέλαν, ὀλεθριώτατον ἤδη τὸ τοιοῦτον. οὕτω δὲ ἔχει κἀπὶ τῶν οὔρων. καὶ γὰρ καὶ τούτων ὅσα μὲν ὁμοιότατα τοῖς τῶν ὑγιαινόντων ἐστὶν, ταυτὶ μὲν ἱκανῶς εὑρωστεῖν ἐνδείκνυται τὸ φλεβῶδες γένος τῶν ὀργάνων· ὅσα δὲ ἀπεπτότερα, τὴν ἀῤῥωστίαν αὐτῶν μηνύει. [386] τὰ δὲ ἐναντιώτατα τοῖς τῶν ὑγιαινόντων αὐτὰ μὲν τελέως ἐστὶν ἄπεπτα, μεγάλην δὲ ἀῤῥωστίαν ἐνδείκνυται τοῦ φλεβώδους γένους παντός. ὅσα δὲ καὶ τῆς κρατούσης αἰτίας ἐμφαίνει τὸ μοχθηρὸν, ὥσπερ καὶ τὰ μέλανα, ταυτὶ ἐσχάτως ὀλέθρια. ταυτὶ μὲν οὖν τὰ τρία γένη τῶν σημείων ἐνδείκνυται πέψιν ἰδίαν ἑκάστῳ. τῆς μὲν κάτω γαστρὸς

quiſite ſimile illi quod advenit ſanis, integram ſanitatem inſtrumentorum, quibus vis ſpirandi eſt demandata, ſignificat; ſi quo modo autem impediatur, atque a naturali receſſerit habitu, tantum eam laeſam eſſe demonſtrat quantum ab ipſa naturali forma receſſerit. Quod vero illi quod ſecundum naturam eſt maxime contrarium exiſtit, crudum eſt, magnamque oſtendit partium affectarum imbecillitatem, quod ſi etiam vitioſae cauſae aliquod ſignum habuerit, quemadmodum nigrum, perniciosiſſimum hoc eſt. Ita etiam in urinis ſe res habet. Nam et hae quae ſanorum urinis ſimillimae ſunt, venoſum inſtrumentorum genus ſatis robuſtum eſſe demonſtrant, quae vero crudiores ſunt, ejusdem imbecillitatem ſignificant: quae vero maxime ſunt ſanorum urinis contrariae, hae quidem omnino ſunt crudae et maximam indicant imbecillitatem venoſi generis univerſi; quaecunque vero et ſuperantis cauſae pravitatem oſtendunt, veluti nigrae, hae ſunt ſumme exitiales. Haec igitur tria ſignorum genera propriam cujusque partis coctionem ſignificant, inferioris quidem ventris excrementa, quae ſecundum natu-

Ed. Chart. VIII. [386.] Ed. Baſ. III. (393.)

τὰ κατὰ φύσιν διαχωρήματα. τοῦ φλεβώδους δ' αὖ γένους τὰ οὖρα. τῶν δ' ἀναπνευστικῶν ὀργάνων μόνον τὰ πτύσματα. καθάπερ δὲ ταῦτα τῶν τόπων αὐτῶν ὅθεν ἐκκρίνεται τὰ γνωρίσματα φέρει, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ τὰ οὖρα νεφρῶν καὶ οὐρητήρων καὶ κύστεως καὶ καυλοῦ. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπὶ τοῖς τούτων ἀρρωστήμασιν οὖρα διὰ τῶν ἀφορισμῶν ἰδίᾳ κατέλεξεν ὁ Ἱπποκράτης. τὰ δὲ τοῖς ὀξέσι νοσήμασι συνεδρεύοντα κατὰ τὸ προγνωστικὸν ἔγραψεν. ὅτι δὲ τοῦτο τὸ βιβλίον σύμπαν, ὡς ἤδη πολλάκις ἀποδέδεικται, περὶ μόνων ἐστὶ τῶν ὀξέων, ἀμέλει τελειώσας ἐν αὐτῷ σύμπαντα τὸν περὶ τῶν οὔρων λόγον ἐπὶ τῷ τέλει προσέθηκε, μὴ ἐξαπατάτω δέ σε ἤν τι αὐτέῃ ἡ κύστις νόσημα ἔχουσα τῶν οὔρων τι ἀποδιδοίη τουτέων, οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σημεῖον, ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑαυτήν. ὡς οὖν τῆς κύστεως ἐμνημόνευσε, παράδειγμα τῷ λόγῳ ποιησάμενος αὐτὴν, οὕτω καὶ νεφρῶν καὶ οὐρητήρων καὶ καυλοῦ συννπακούειν χρή. μεγίστη δ' ἀπόδειξις αὐτὰ τὰ πρὸς αὐτοῦ γραφέντα διὰ τῶν ἀφορισμῶν. ὥσπερ γὰρ κύστεως, οὕτω καὶ νεφρῶν νοσούντων γράφει

ram ſe habuerint, venoſi vero generis urinae, inſtrumentorum autem duntaxat quibus ſpiramus ſputamina. Sicuti vero haec partium ipſarum ex quibus excernuntur indicia praebent, eodem, ut arbitror, modo et urinae renum et meatuum, per quos urina defluit, et veſicae et penis. Sed urinas quidem, quae in harum partium morbis accidunt, in aphorismis ſeparatim Hippocrates ſcripſit; quae vero morbis aſſident acutis, in prognoſticis, quoniam hic liber, ut jam ſaepius oſtendimus, de ſolis eſt morbis acutis. Et quum in eodem libro compleviſſet omnem de urinis ſermonem, poſtea in fine ſubjunxit: *Ne decipiaris autem, ſi veſica quopiam vitio affecta aliquam ex his urinam reddiderit, neque enim totius ſignum, ſed ipſius per ſe ipſam.* Sicuti igitur veſicae meminit, facto in ea ſermonis exemplo, ita et renes et vaſa deferentia urinam et penem, ſubaudire oportet. Maxima autem ad haec demonſtratio ſunt, quae ab ipſo in aphorismis ſunt ſcripta. Sicut enim veſicae, ita et renum aegro-

Ed. Chart. VIII. [386.] Ed. Baſ. III. (393. 394.)

σημεῖον. ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ, φησὶν, παχεῖ ἐόντι, σαρκία μικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται. ταυτὶ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, τὰ τρία γένη τῶν σημείων ἕκαστον ἰδίας πέψεως ἐνδεικτικὸν ὑπάρχον· οὖρα μὲν τῆς κατὰ τὰς φλέβας, διαχωρήματα δὲ τῆς κατὰ γαστέρα, πτύσματα δὲ τῆς τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, καὶ οὐκ ἐνδέχεται δέ ποτε μὴ οὐκ ἀγαθόν τι μέγα δηλοῦν τὸ τῆς πέψεως σημεῖον. αἱμορραγίαι δὲ καὶ (394) ἱδρῶτες καὶ παρωτίδες καὶ τὰ ἄλλα ἀποσκήμματα σὺν μὲν τῷ καιρῷ πέφυκεν ὠφελεῖν, ἀκαίρως δὲ οὐδὲν ὀνίνησι. ὅθεν μοι δοκεῖ τὰ τοιαῦτα αἰνίττεσθαι διὰ τοῦ περὶ χυμῶν βιβλίου λέγων τὰ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον μὴ αὐτίκα ἐπιφαίνεσθαι. καὶ γὰρ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ δύσπνοιαι καὶ παραφροσύναι καὶ δάκρυα καὶ ἀγρυπνίαι καὶ κώματα καὶ σκοτόδινοι καὶ μαρμαρυγαὶ καὶ ἄσαι καὶ καρδιαλγίαι καὶ κεφαλαλγίαι καὶ τἆλλα σύμπαντα τὰ καθ' ἕκαστον μόριον ἀλγήματα διορισμοῦ δεῖται πηνίκα μέν ἐστιν ὠφέλιμα, πηνίκα δὲ βλαβερὰ, πηνίκα

tantium ſigna conſcribit. *Quibus*, inquit, *in urina craſſa carunculae parvae, aut veluti capilli exeunt, iis a renibus excernuntur.* Haec igitur tria ſignorum genera, ut dixi, ſingula quaeque coctionis praebent indicium; urinae quidem ejus quae fit in venis, dejectiones autem ejus quae in ventre, ſputamina vero ejus quae in ſpirandi inſtrumentis, neque unquam uſu contingit, quin bonum aliquod magnum oſtendant coctionis indicia. Sanguinis autem profluvia et ſudores et parotides et reliqui decubitus, ſi in tempore quidem fiant opportuno, prodeſſe poſſunt, intempeſtiva autem nihil juvant. Quo fit ut mihi videatur haec eadem innuere in libro de humoribus, ubi ſcribit: *Decernentia in melius non ſtatim appareant.* Etenim non haec tantum, ſed difficultas anhelitus et delìria et lachrymae et vigiliae et comata et tenebricoſae vertigines et hallucinationes et anxietates et oris ventriculi capitisque dolores, reliquive caſus, atque dolores, qui ſingulis partibus corporis eveniunt, exigunt diſtinctionem et quando juvent et quando noceant et quando

Ed. Chart. VIII. [386. 387.] Ed. Baſ. III. (394.)

δ' οὐ μόνον οὐδὲν ὀνίνησι, ἀλλὰ καὶ σημεῖα γίνεται μοχθηρότατα. καθάπερ οὖν ἔν τι ποσὸν ἀφωρισμένον οὐκ ἐδήλου τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον οὐδὲ τὸ αὐτίκα. πλάτος δὲ ἔχον χρόνου τοσοῦτον ὅσον περ καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἐστιν. δῆλον δὲ ὡς καὶ πολλάκις ἀντ' ἐπιῤῥήματος τῷ αὐτίκα χρώμεθα τοῦ ἀμέλει, καθάπερ κἂν τῷ τοιῷδε λόγῳ φαίνεται κεχρημένος ὁ Ἱπποκράτης· εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσεις καὶ παροξυσμοὶ τουτέων ἑκάστου τῶν πυρετῶν· αὐτίκα γὰρ συνεχής ἐστιν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει. τουτὶ γὰρ τὸ αὐτίκα πλέον οὐδὲν δηλοῖ τοῦ ἀμέλει, καθάπερ, οἶμαι, κἂν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων. ἐν οἷς οὕτω φησίν· ἢν οὖν μὴ προστιμωρήσῃ τις, ὅσον δεῖται αὐτάρκης εἶναι ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης πτισανοροφίης, πολλαχόθεν βεβλάψεται. οἷσί τε γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται, εἰ μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δοίη. τὸ μὲν οὖν αὐτίκα τοιόνδε σημαίνει. [387] ἔστι δὲ τοῦ αὐτίκα πάμπολλα παραδείγματα παρά τε τῶν ἄλλων ἁπάντων Ἑλλήνων εὑρεῖν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ παρ' Ἱπποκράτους. ἐπὶ δὲ θάτερον ἤδη μεταβῶμεν.

non modo nihil proſint, ſed etiam ſigna ſint deterrima. Quemadmodum igitur principii vocabulum nullum determinatum tempus ſignificabat, eodem, arbitror, modo neque id verbum ſtatim; tantam vero temporis temporis latitudinem quantum et principii nomen. Liquet autem quod etiam ſaepius pro ilicet, adverbio, ſtatim, utimur; veluti in eo dicto videtur uſus Hippocrates: *Inſunt autem modi et conſtitutiones ſingulis hisce febribus, ſtatim enim continua eſt, quibus florescit ac viget;* nam hoc verbum ſtatim nihil ſignificat quam ilicet, quemadmodum, ut arbitror, libro De ratione victus in morbis acutis, ubi ita inquit: *Niſi ergo quispiam curet quantum decet, ſufficientem eſſe modum hujusmodi ſorbitionis ptiſanae, ſaepius nocebit; quibus enim cibus ſtatim obſervatus fuerit, iis ſi quis non ſubducto ventre ſorbitionem dederit etc.* id verbum, ſtatim, tale aliquid ſignificat. Sunt autem ejus verbi ſignificatus quamplurima exempla apud omnes alios Graecos et maxime apud Hippocratem. Ad alterum autem transgrediamur.

Ed. Chart. VIII. [387.] Ed. Baſ. III. (394.)

ἐπειδὰν γάρ φησι, τὰ κρίσιμα μὴ αὐτίκα ἐπιφαίνεσθαι, τὸ παραχρῆμα δηλοῖ, τουτέστι κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος. ἔστι δ' οὐ ταῦτα τά γε νῦν εἰρημένα κρίσιμα καὶ τὰ τῆς πέψεως γνωρίσματα. τοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ τὸ μὴ οὐ κρίσιν τινὰ πάντως, ἢ ἀγαθὴν, ἢ κακὴν ποιήσασθαι. τὰ δὲ τῆς πέψεως σημεῖα σωθήσεσθαι μὲν δηλοῖ τὸν ἄνθρωπον, οὐ μέντοι γε κριθήσεσθαι πάντως. οὔτε γὰρ εἰ τὴν ἀθρόαν ἀκούοιμεν ἐν νόσῳ μεταβολὴν, οὔτ' εἰ τὴν προηγουμένην αὐτῆς ταραχὴν, ἐξ ἀνάγκης τὰ τῆς πέψεως σημεῖα τῶν εἰρημένων ἔσται. δύναται γὰρ ἐν χρόνῳ πλείονι κατὰ βραχὺ τὸ νόσημα πεττόμενον ἐπὶ τὴν παντελῆ λύσιν ἀφικέσθαι. δηλωθήσεται δὲ κἂν τοῖς ἑφεξῆς ἔτι σαφέστερον ὅπῃ διενήνοχε τὰ κρίσιμα συμπτώματα τῶν τῆς πέψεως σημείων. νυνὶ δὲ ἀρκεῖ τό γε τοσοῦτον ἐπιδεδεῖχθαι, ὡς τῆς μὲν ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις πέψεως τὰ πτύελα, τῆς δ' ἐν ταῖς φλεψὶ τὰ οὖρα, τῆς δὲ κατὰ τὴν γαστέρα τὰ διαχωρήματα τίθεσθαι χρὴ σημεῖα. καὶ ὡς ἐπὶ μὲν τῶν πυρετῶν ἁπάντων, ἐπειδὴ τοῦ φλεβώδους γένους εἰσὶ παθήματα, καὶ γὰρ καὶ τὰς ἀρτηρίας

Quum enim inquit: *Signa decretoria non ſtatim apparebant, hic, ſtatim, quamprimum ſignificat, hoc eſt in principio morbi.* Non ſunt autem eadem decretoria et quae coctionis indicia dicuntur; non enim fieri poteſt quin iſta omnino vel bene, vel male decernant. At vero coctionis ſigna ſalutem quidem hominis, non tamen per criſim omnino futuram oſtendunt; neque enim ſi ſubitam in morbo mutationem intellexeris criſim, neque ſi praecedentem perturbationem, neceſſario coctionis ſigna dictorum erunt, quum illud accidere poſſit, ut morbus in longiori tempore paulatim coctus ad integram deveniat ſolutionem. Oſtendetur autem et in ſequentibus adhuc manifeſtius, quomodo differant decretoria ſymptomata a coctionis ſignis, nunc vero hoc tantum oſtendiſſe ſufficiat, quod coctionis quae in ſpirandi inſtrumentis fit, ſputa, ejus vero quae in venis, urinas, illius autem quae in ventre, alvi excrementa ſigna ſtatuere oportet Et quod in febribus omnibus, quoniam venoſi generis ſunt paſſiones, nam et arterias in hoc genere

Ed. Chart. VIII. [387.] Ed. Baf. III. (394.)

ἐν τούτῳ νῦν τῷ γένει περιλαμβανέτω, τοῖς οὔροις μάλιστα προσεκτέον ἐστίν. ἐπὶ δὲ τῶν πλευριτικῶν πρώτοις μὲν τοῖς πτύσμασι, ἤδη δὲ καὶ τοῖς οὔροις, ὅτι καὶ μετὰ πυρετοῦ πάντως ἡ πλευρῖτις. ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα χωρὶς μὲν πυρετοῦ τοῖς διαχωρήμασι μόνοις, σὺν πυρετῷ δὲ καὶ τοῖς οὔροις.

Κεφ. η'. Ἡ τοίνυν ἑκάστου τῶν νοσημάτων ἴδιος ἀρχὴ τοῖς τῆς πέψεως σημείοις ὁρίζεται, διαφέρουσα τῆς ἐν πλάτει λεγομένης ἀρχῆς τῆς ἀτέχνου πάμπολλα. μακροτέρα γὰρ ἐκείνη τῆς τρίτης ἡμέρας οὐκ ἐπινοεῖται προϊοῦσα, καθάπερ καὶ τῷ προγνωστικῷ δεδήλωται σαφέστατα. προειπὼν γάρ· ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νόσου τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, μετὰ ταῦτά φησιν· ἢν δὲ καὶ παλαιοτέρου ἐόντος τοῦ νοσήματος, ἢ τριταίου, ἢ τεταρταίου, τὴν κατὰ πλάτος ἀρχὴν ἐνδεικνυμένου ἀκριβῶς ἡμῖν, ἄχρι τῆς τρίτης ἡμέρας ἐκτείνεσθαι. τὴν δ' ὄντως ἑκάστου νοσήματος ἰδίαν ἀρχὴν, ἣν δὴ καὶ μέρος ὑπάρχειν ἔφαμεν αὐτοῦ, μέχρι παμπόλλων τετράδων ἐνδέχεται προέρχεσθαι. παύεται γὰρ τότε πρῶτον,

comprehendimus, ad urinas praecipue attendere oportet, in iis autem qui pleuritide afficiuntur, primum quidem ſputa, ſecundo loco urinas, quoniam is morbus omnino cum febribus jungitur, in paſſionibus autem ventris, ſi ſine febre fuerint, ſola alvi excrementa inſpicere oportet, ſi autem cum febre, etiam urinas.

Cap. VIII. Proprium igitur uniuscujusque morbi principium coctionis ſignis determinatur. Differt autem ab eo quod ſecundum latitudinem principium dicitur, quod nullum habet artificium, quod ultra tertium diem non extendi intelligitur; ſicuti etiam in prognoſtico manifeſtiſſime oſtenditur. Nam quum antea dixiſſet, *Si in principio morbi talis fuerit facies;* poſtea ſubjungit: *Si autem longior morbus fuerit quam triduanus, aut quatriduanus;* principium ſecundum latitudinem manifeſte nobis oſtendens usque ad tertium diem extendi. Verum autem uniuscujusque morbi principium, quod etiam partem ipſius eſſe diximus, usque ad multos quaternarios extendi contingit; tunc enim

Ed. Chart. VIII. [387. 388.] Ed. Baſ. III. (394.)

ἐπειδὰν τὰ τῆς πέψεως ἐπιφανῇ σημεῖα. τὸ δ' ἀπὸ τοῦδε σύμπαν ἕως τῆς ἀκμῆς ἕτερον ἤδη μέρος ἐστὶν, αὔξησίς τε καὶ ἀνάβασις ὀνομαζόμενον. εἶτ' ἀκμὴ μετὰ ταῦτα, τὸ σφοδρότατον τῆς ὅλης νόσου μόριον. ὑστάτη δὲ πασῶν ἡ παρακμή. πέψεως μὲν οὖν δὴ σημεῖα, πολλάκις γὰρ δεῖ τὰ χρησιμώτατα λέγειν, οὐκ ἔστιν ὅτε κακῶς ἐπιφαίνεται. τὰ κρίσιμα δ' ἔστιν ὅτε κακῶς. οὔτε γὰρ ἐν ταῖς ἀναβάσεσιν οὔτ' ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀκμαῖς αὐτὰ ἐπιφαίνεσθαι χρή. περὶ μὲν δὴ τῶν ἐν ταῖς ἀναβάσεσί τε καὶ ταῖς ἀκμαῖς ἐπιφαινομένων ἐφεξῆς ἐροῦμεν· περὶ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἤδη λέγωμεν, ἀναμνήσαντες πάλιν ὡς ἐν ἅπαντι τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ, παρέντες τὰ δύο σημαινόμενα τῆς ἀρχῆς, τό τε τῆς πρώτης εἰσβολῆς τῆς ἁπλατοῦς τό τε τῆς τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ, [388] περὶ μόνου τοῦ τρίτου διαλεξόμεθα χρόνου, τοῦ τῆς ἀπειρίας. καὶ γὰρ καὶ τεχνικὴ τῇδε τῆς ἀρχῆς ἡ διάγνωσίς ἐστιν καὶ μεγάλα δηλοῦν πέφυκεν. οὔτ' οὖν ἱδρῶτες οὔτ' ἔμετοι καὶ διαχωρήματα γαστρὸς οὔτε παρω-

primum finitur, quum coctionis ſigna apparuerint. Reliquum vero deinceps tempus usque ad ſtatum jam alterum tempus eſt, quod augmentum et aſcenſus nominatur. Deinde poſt haec ſtatus, qui eſt vehementiſſima totius morbi pars. Ultima vero omnium eſt declinatio. Coctionis igitur ſigna, ſaepius enim quae utilia ſunt repetere convenit, nunquam male apparent: decretoria autem eſt ubi male; neque enim in augmentis, neque in principiis, ſed in ſtatibus illa apparere convenit. De iis quidem quae in augmentis ac ſtatibus apparent poſtea dicemus. Jam vero de iis quae videntur in principiis dicamus, illud prius ad memoriam revocantes, quod in reliquo ſermone, qui ſequitur, duo principii ſignificata praetermittentes et illud, quod eſt primi inſultus, qui ſine latitudine eſt, et alterum, quod eſt primae acceſſionis; de ſolo tertio differemus, videlicet cruditatis; nam et hujus artificioſa quaedam dignotio et magna oſtendere natura apta eſt. Neque igitur ſudores et vomitus et alvi excrementa, neque parotides, ne-

Ed. Chart. VIII. [388.] Ed. Baſ. III. (394.)

τίδες οὔτε αἱμορῥαγίαι κατὰ τοῦτον ἐπιφανεῖσαι τὸν χρόνον, ἔκρινάν ποτε νόσημα. ταυτὶ μὲν οὖν ἤδη καὶ ὡς αἴτια πεπίστευται τὰς νόσους ἀπαλλάττειν· τὰ δ' ὡς σημεῖα τούτων δηλωτικὰ παραφροσύναι τ' εἰσὶ καὶ ἀγρυπνίαι καὶ κώματα καὶ ἀλγήματα καὶ δάκρυα καὶ δύσπνοιαι καὶ σκοτόδινοι καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα. καὶ γὰρ οὖν καὶ ταῦτα χωρὶς τῶν τῆς πέψεως σημείων ἐπιφανέντα κακίστων διαθέσεών ἐστι γνωρίσματα. σύμπαντα μὲν οὖν δὴ ταῦτα, τά τε ὡς αἴτια τά τε ὡς σημεῖα κρίσιμα, μὴ αὐτίκα φαινέσθω τουτέστι μὴ κατὰ τὸν πρῶτον καιρὸν τοῦ νοσήματος, ἡνίκα τελέως ἄπεπτον ὑπάρχει· τὰ δ' ἄλλα τρία γένη τῶν τὴν πέψιν δηλούντων σημείων, εἰ καὶ κατὰ τὴν πρώτην εὐθὺς ὥραν φαίνοιτο τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ, καλῶς ἐπιφαίνηται.

Κεφ. θ'. Πάλιν οὖν ἀναλαβόντες εἴπωμεν ταὐτό. τοὺς καθόλου καιροὺς τῶν νοσημάτων ἔκ τε τῶν νόσων αὐτῶν πρῶτον χρὴ στοχάζεσθαι, πηλίκοι τινὲς ἔσονται τῷ χρόνῳ, κἀκ τῶν ὡρῶν τοῦ ἔτους καὶ τῆς τῶν περιόδων ἀναλογίας, καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἐκ τῶν ἐπιφαινομένων,

que profluvia ſanguinis, hoc tempore appareant, unquam per criſim morbi finierunt. Haec igitur jam etiam veluti cauſae morbos finire creduntur, quae vero veluti horum ſigna ſunt indicativa, deliria exiſtunt, atque vigiliae et ſomni graves et dolores et lachrymae et difficultates ſpirandi et vertigines tenebricoſae et quaecunque ſimilia; etenim haec, ſi absque coctionis ſignis apparuerint, ſunt peſſimorum affectuum indicia. Haec igitur univerſa, et quae ut cauſae et quae ut ſigna criſis ſunt, non ſtatim appareant, hoc eſt, non in primo morbi tempore, quando omnino nulla adeſt coctio; relíqua autem tria quae coctionem oſtendunt ſigna, etiam ſi in prima protinus acceſſionis hora apparuerint, ad bonum apparent.

Cap. IX. Rurſus ergo repetentes dicamus. Haec univerſalia morbi tempora ex morbis ipſis primum conjici oportet, quantum extendi debeant; deinde ex anni temporibus et circuituum proportione; et praeter haec omnia

Ed. Chart. VIII. [388.] Ed. Baſ. III. (394. 395.)

ἐν οἷς πρῶτα καὶ κυριώτατα τὰ τῆς πέψεώς ἐστι σημεῖα, δι' ὧν τὴν μὲν ἤδη περιγεγραμμένην ἀρχὴν ἀκριβῶς γνωρίσαις. ἐκ ταύτης δὲ τὴν μέλλουσαν ἀκμὴν στοχασμῷ τεχνικῷ προγνώσῃ τῷ μετ' ὀλίγον εἰρησομένῳ. καλῶ δὲ τεχνικὸν στοχασμὸν ὃς ἂν ἐγγυτάτω τῆς ἀληθείας ἀφίκηται. ὥσπερ οὖν ἀρχῆς ἀκριβὴς διάγνωσις οὐκ ἔστι πρὶν ἅρξασθαι τὴν ἀνάβασιν, οὕτως οὐδὲ τῆς ἀναβάσεως πρὶν εἰσβαλεῖν τὴν ἀκμήν. ἀσκητέον δὲ κἀνταῦθα πρότερον εἰσβάλλουσαν ἀκμὴν γνωρίζειν, ἔπειθ' οὕτως προγινώσκειν. ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων ἁπάντων ἡγεμὼν Ἱπποκράτης ἐστὶ, δίκαιον ἂν εἴη κἀνταῦθα τὰς ἐκείνου ῥήσεις ἐξηγουμένους διαπεραίνεσθαι τὸν λόγον. ἄμεινον δ' ἴσως ἐστὶν πρὶν ὑπάρξασθαι τοῦτο ποιεῖν ἔτι βραχὺ περὶ τῶν εἰρημένων προσθεῖναι. ἦν γὰρ ὡς μέρος τοῦ νοσήματος ἐζητοῦμεν εὑρεῖν ἀρχὴν, εἴτε ἰσόχρονος ἐν ἁπάσαις ταῖς νόσοις ἐστὶν, εἴτε καθ' ἑκάστην αὐτῶν ἴδιος, ἐν ᾗ καὶ τὸν Θεσσαλὸν ἔφαμεν ἐξευρηκέναι τὸ ληρῶδες ἐκεῖνο παράγγελ(395)μα, τὸ δεῖν ἐν ἀρχῇ στέλλειν τὰ νοσήματα, κἂν ἐκ τῆς στενῆς ᾖ

ex poſt apparentibus, in quibus prima et praecipua ſunt ſigna coctionis, ex quibus circumſcriptum jam principium poſſis exquiſite cognoſcere. Ex hoc autem futurum ſtatum conjectura artificioſa, quam paulo poſt aperiemus, agnoſces; voco autem conjecturam artificioſam quae prope ad veritatem acceſſerit. Sicut igitur non habetur exquiſita principii cognitio prius quam incipiat aſcenſus, ita neque aſcenſus ante quam ſtatus invadat. Exerceri autem debemus et hoc loco ut invadentem ſtatum cognoſcamus, deinde ut praenoſcamus. Quoniam vero et horum omnium dux eſt Hippocrates, aequum eſt ut hoc in loco ejus verba exponentes ſermonem tranſigamus. Praeſtat vero fortaſſis, antequam aggrediamur haec facere, pauca quaedam eorum quae nuper diximus apponere. Quod enim prius tanquam morbi partem principium invenire quaerebamus, utrum aequalis ſit temporis in omnibus morbis, aut in ſingulis proprium tempus habeat, de quo diximus Theſſalum delirum illud inveniſſe praeceptum: oportet in unoquoque morbi principio adſtringere, etiam ſi morbus ex conſtricta

Ed. Chart. VIII. [388. 389.] Ed. Baſ. III. (395.)

κενότητος. Ἱπποκράτης μὲν πάντων πρῶτος ἀκριβῶς ἐδήλωσε, οὐ μὴν μανθάνουσιν οὐδ' αὐτὸ διὰ τὸ τάχος τῆς ἑρμηνείας. ἀρκέσει δὲ ἔν γε τῷ παρόντι διὰ μιᾶς ῥήσεως ἐπιδεῖξαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ γὰρ τὰς ἄλλας ῥήσεις ἄν τις εἰ μὴ παντάπασιν ἀταλαίπωρος εἴη, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον ἐξευρίσκειν δύναιτο, προχειρισάμενος δὴ τόνδε τὸν ἀφορισμόν· πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ. τὸ μὲν δὴ ὀργᾶν κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν ζώων εἴθισται λέγεσθαι τῶν ἐπειγομένων χρῆσθαι συνουσίᾳ. μετενήνεκται δὲ νῦν ἐπὶ τὰ κατεπείγοντα καὶ κινούμενα ταχέως νοσήματα. καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ἐρεθίζηται πως ἡ τοῦ κάμνοντος αἴσθησις, ὑπὸ τῆς τῶν ὑγρῶν τε καὶ πνευμάτων ἀτάκτου κινήσεως. [389] ἐπὶ γὰρ τούτων μόνων εὐλόγως ἄν τις χρήσαιτο καταρχὰς φαρμακείαις, σύμμαχον ἔχων εἰς τὸ τῆς ὁλκῆς εὐπετέστερον τὴν τῶν πλεοναζόντων ὑγρῶν κίνησιν, ὡς τά γε πρὸς τῷ τελέως ὑπάρχειν ἄπεπτα, τὸ μόνιμόν τε καὶ ἑδραῖον ἔχοντα, χαλεπῶς ὑπακούειν ταῖς ὁλκαῖς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων. οὕτως οὖν εἴρηται κἀκεῖνα. ὁκόσοισι δὲ

fuerit communitate, primus omnium Hippocrates diligentiſſime oſtendit, non tamen quid ille dicat intelligunt, ob enarrationis brevitatem. In praeſentia autem ſufficiat, ex uno dicto prisci auctoris mentem explanare, nam et alia, niſi quis omnino indiligens fuerit, ſimili modo inveniet. In medium autem adducemus iſtum aphorismum: *Cocta medicari et movere non cruda, neque in principiis, niſi turgeant*, quod verbum turgere proprie de animalibus dici conſuevit quae ad coitum rapiuntur, translatum autem eſt ad eos qui urgent et celeriter moventur morbos et praecipue quum laborantis ſenſus ab inordinata humorum et ſpirituum agitatione quodammodo irritatur, nam in his tantum quispiam rationaliter pharmaco in principiis uteretur, quum coadjuvantem habeat ad facilius attrahendum ſuperabundantium humorum motum, quemadmodum qui praeter id quod omnino crudi ſunt, quum ſtabiles etiam et fixi ſint, purgantium medicaminum tractibus difficulter obediunt. Sic etiam illa dicta ſunt: *Quicunque ea quae inflamman-*

Ed. Chart. VIII. [389.] Ed. Baſ. III. (395.)

τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῶν νούσων, εὐθέως ἐπιχειροῦσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν συντεταμένου καὶ φλεγμαίνοντος οὐδὲν ἀφαιροῦσιν· οὐ γὰρ ἐνδιδοῖ ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος· τὰ δ' ἀντέχοντα τῷ νοσήματι καὶ ὑγιεινὰ συντήκουσιν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου σκέψασθαι τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου ἔργον ἐστίν. τὸν δ' οὖν Ἱπποκράτην καλεῖν ἀρχὴν ἐκεῖνον ἅπαντα τὸν χρόνον τοῦ νοσήματος, ἐν ᾧ παντελῶς ἐστιν ἄπεπτον, ἤδη φαίνεται. προειπὼν γὰρ ὡς πέπονα χρὴ φαρμακεύειν, ἐπήνεγκεν μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ὡς τότ' ἀρχῆς οὔσης, ὅτ' ὠμὸν τὸ νόσημα καὶ ἄπεπτον ὑπάρχει.

Κεφ. ι'. Πῶς οὖν, ἀναληπτέον γὰρ αὖθις ὅθεν προλέγοντες ἀπελίπομεν, ὅρον ἐπιθήσει τις οὕτω σαφῆ τῷ πέρατι τῆς ἀναβάσεως, ὥσπερ καὶ τῷ τῆς ἀρχῆς; πῶς δὲ ἄλλον ἢ τὰ τῆς ἀκμῆς θεασάμενος γνωρίσματα; λέγει δὲ καὶ ταῦτα ὁ Ἱπποκράτης ἐνὶ μὲν λόγῳ τῷδε· κατὰ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἤδη ἀσθενέστερα, κατὰ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα.

tur, ſtatim in principio morborum ſolvere medicamento tentant, ab eo quidem, quod intentum eſt atque inflammatum, nihil adimunt, neque enim cedit cruda adhuc affectio, quae vero morbo reſiſtunt et ſana ſunt, colliquescere faciunt. Sed harum rerum contemplatio ad eos pertinet libros, in quibus de curandi arte tractatur. Quod vero Hippocrates vocet principium, totum illud tempus morbi in quo omnino crudus eſt, jam liquet, nam quum antea dixiſſet quod cocta pharmaco purgare oportet, ſubjunxit, *non cruda, neque in principiis*, ac ſi principium exiſtat, quando crudus incoctusque eſt morbus.

Cap. X. Quomodo igitur, nam rurſus repetenda ſunt quae prius, quum de ipſis loqueremur, omiſimus, terminum aliquem quispiam ita manifeſtum praefiniet ultimae parti aſcenſus, quemadmodum fini principii? quomodo aliter quam ſtatus indicia inſpiciendo? Dicit autem haec Hippocrates in uno quidem ſermone: *In principiis quidem omnia ſunt imbecilliora, in ſtatu vero fortiora.* In altero vero hoc: *Ubi quidem peracutus eſt morbus, ſtatim extremos*

Ed. Chart. VIII. [389.] Ed. Baſ. III. (395.)

ἑτέρῳ δὲ τῷδε· ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα καὶ τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει. πῶς οὖν ἐπιγνῶμεν αὐτό; διὰ τοῦθ', ὅτι νῦν ἰσχυρότατόν ἐστι νόσημα καὶ τοὺς μεγίστους ἔχει παροξυσμούς. εἰ μὲν γὰρ ἀθρόως μέλλει μεταβάλλειν, ὅπερ δὴ κρίνεσθαι καλέσομεν ἐν τῷ παρόντι, τὴν ἀρχὴν τῆς κρίσεως ἔσχατον ὅρον ἀναβάσεως θετέον· εἰ δὲ κατὰ βραχύ, τοῖς ἐν ταῖς περιόδοις παροξυσμοῖς δοκιμαστέος. εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ πρωϊαίτερόν τε καὶ πλείονα χρόνον, καὶ μᾶλλον, ὡς αὐτὸς ἔλεγεν, εἴησαν γινόμενοι, δῆλον ὡς ἐπὶ τὴν ἀκμὴν ἀνέρχεται καὶ αὐξάνεται τὸ νόσημα. τῆς δὲ ἐπὶ τοὐναντίον μεταβολῆς αὐτοὺς ἐκδεξαμένης, παύεται καὶ παρακμάζει. συμβαίνει δέ ποτε δύο παροξυσμοὺς γινομένους μεγίστους μὲν τῶν ἄλλων, ἴσους δ' ἀλλήλοις τὸν τῆς ἀκμῆς περιγράψαι καιρόν· ἐνίοτε δ' ἕνα καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἁπάντων καὶ τῶν μετ' αὐτὸν γενέσθαι μέγιστον. εἰς τρεῖς δὲ παροξυσμοὺς ἐν μὲν τοῖς ὀξέσι οὐ πάνυ τι προέρχεσθαι συμβαίνει τὸν τῆς ἀκμῆς καιρόν· ἐν δὲ τοῖς χρονίοις οὐκ εἰς τοσούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ πολὺ πλείονας. οὕτω μὲν διαγινώσκειν χρὴ τοὺς

labores habet. Quomodo igitur noc ipſum cognoscimus quod nunc validiſſimus ſit morbus et maximas habeat acceſſiones? Si enim ſimulatque ex toto debeat fieri transmutatio, judicari in praeſentia vocabimus, principium criſis ultimum aſcenſus terminum eſſe ſtatuendum eſt; ſi vero paulatim, ad eas quae ſiunt in periodis acceſſiones eſt attendendum; ſi enim citius et longiori tempore et magis, ut ipſe dicebat, fiant, liquet morbum ad ſtatum aſcendere atque augeri, ſicut quum ad contrarium mutatio ſubſequitur, ceſſat atque declinat. Contingit autem nonnunquam duas acceſſiones, ubi maxime factae fuerint invicem aequales, ſtatus tempus circumſcribere, nonnunquam vero unam omnibus aliis praecedentibus, reliquisque ſequentibus eſſe majorem. Ad tres autem extendi acceſſiones ſtatus tempus in morbis acutis non admodum accidit, in diuturnis vero non modo ad totidem, ſed longe plures. Ita quidem cognoſcere opor-

Ed. Chart. VIII. [389. 390.] Ed. Baſ. III. (395.)

καθόλου καιρούς, ἢ γινομένους, ἢ γεγονότας ἄρτι, μέλλοντας δ' ἔσεσθαι καθ' ἕτερον τρόπον.

Κεφ. ια'. Ἵνα σαφὴς ᾖ τοῖς ἀκούουσι, ἀνάγκη πρότερον εἰπεῖν τι περί τε διαχωρημάτων καὶ οὔρων, ὡς πρότερον εἴπομεν περὶ τῶν πτυσμάτων. διαχώρημα τοίνυν ἄριστόν ἐστι τὸ μαλθακόν τε καὶ συνεστηκὸς, καὶ τὴν ὥρην, [390] ἣν περ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει. πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων. ἐνταῦθα μὲν ἀπό τε συστάσεως αὐτοῦ καὶ ποσότητος καὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἐκκρίσεως ποιεῖται τὴν διάγνωσιν, ἐπειδὴ τὴν κάτω κοιλίαν ὑγιαίνουσαν ἐνδείκνυται τὸ τοιοῦτον διαχώρημα. διὰ τοῦτο οὖν ἐπιφέρων ἐρεῖ· τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνοι ἄν. κάτω δὲ κοιλίαν εἴρηκε νῦν ἀντιδιαιρούμενος τῷ θώρακι. διὰ τοῦτο τοίνυν οὐδὲ τῆς χροιᾶς ἐμνημόνευσε τοῦ διαχωρήματος. οὐδὲν γὰρ ὡς πρὸς τὴν τῆς κοιλίας αὐτῆς ἀκριβῆ διάγνωσιν, ὅπως ἔχῃ διαθέσεως, ἡ χροιὰ τῶν διαχωρημάτων ἐνδείκνυται. τοῦ γὰρ πεπέφθαι καλῶς ἱκανὰ τὰ προειρημένα γνωρίσματα τὸ μαλθακόν τε εἶναι καὶ συνεστηκὸς τὸ διαχώρημα, καὶ μήτε

tet tempora univerſalia, aut quum fiunt, aut nuper facta, ſed quae futura ſunt, alio modo.

Cap. XI. Qui modus ut clarior fiat audientibus, neceſſe eſt prius dicere aliquid de alvi excrementis et de urinis, ſicuti prius diximus de ſputis. Alvi igitur excrementum optimum, ait Hippocrates, eſt, quod molle atque cohaerens eſt, quodque ea hora exierit qua tempore ſanitatis conſueverat, quantitate vero, quae ſit pro ratione cibi aſſumpti. Hoc in loco ab ipſius conſiſtentia et quantitate et tempore excretionis facit dignotionem. Quia vero inferiorem ventrem ſanum oſtenduut hujusmodi excrementa, idcirco ſubjungens inquit: *Tali enim exiſtente dejectione, inferior venter ſanus eſt.* Nunc vero inferiorem ventrem vocat ad differentiam thoracis. Propterea igitur neque coloris meminit excrementi, quoniam nullam vim habet ad inferioris ventris diſpoſitionem exquiſite indicandam. Nam quod id excrementum ſit bene concoctum, ſufficiunt indicia praedicta quod videlicet ſit molle atque cohaerens, et non

Ed. Chart. VIII. [390.] Ed. Baſ. III. (395.)

προλαμβάνειν τὸν κατὰ φύσιν καιρὸν, μήθ' ὑστερίζειν. καὶ τὸ πλῆθος ἀνάλογον τοῖς ἐδέσμασιν. ὥσπερ δ' εἰ ταῦτα εἴη, πάντως πέπτεται, οὕτως οὐκ ἔτι, εἰ μὴ τούτων τι παρείη, πάντως οὐ πέπτεται. δύναται μὲν γὰρ αὐτὴ ἡ γαστὴρ ἐρρῶσθαι περὶ τὸ ἑαυτῆς ἔργον, ἤτοι εἰ διά τινα θερμασίαν ἰσχυρὰν παρακειμένων αὐτῇ μορίων, ἐξικμάζεσθαί τε καὶ ξηραίνεσθαι τὸ καλῶς πεφθὲν, ἢ δι' ἀῤῥωστίαν ἀναδόσεως ὑγρότερον τοῦ δέοντος ὑπιέναι. τὸ μέντοι μαλθακόν τε καὶ συνεστηκὸς ἄντικρυς μὲν ἐνδείκνυται τὴν πεπτικὴν ἐνέργειαν ἐῤῥῶσθαι, συνενδείκνυται δὲ καὶ τὸ τὴν ἀνάδοσιν ἀμέμπτως ἀποτελεῖσθαι. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ μηδὲν φλεγμαίνειν τῶν κατὰ τὴν γαστέρα μορίων. εἰ δέ τῳ δοκεῖ παραλελεῖφθαι τὸ λεῖον, εἶναι γὰρ χρὴ τὸ καλῶς πεπεμμένον εὐθὺς καὶ λεῖον, οὐκ ὀρθῶς οὗτος διαγινώσκει. τὸ γὰρ συνεστηκὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ οὐχὶ καὶ λεῖον ὑπάρχειν. ἥνωσθαι γὰρ αὐτὸ δεῖ τοῖς μορίοις ἅπασι καὶ οἷον ἓν ὑπάρχειν ἀκριβῶς. εἰ δὲ τὰ μὲν ὁλόκληρά τε καὶ τραχέα καὶ σκληρὰ τῶν μορίων αὐτοῦ

anticipet tempus naturale, neque poſterius exeat, et ejus quantitas ſit pro ratione ciborum aſſumptorum. Sicuti vero ſi haec omnia adſint, omnino coctum eſt, ita non etiam ſi horum aliquid non adſit, omnino incoctum eſt; fieri enim poteſt ut ipſe quidem venter circa proprium opus robuſtus ſit, ſed vel propter vehementem vicinarum partium caliditatem exugatur atque exiccetur, quod bene concoctum fuerit, aut propter diſtributionis imbecillitatem humidius quam oporteat egeratur. Quod quidem molle et cohaerens eſt, concoctricem vim validam eſſe liquido oſtendit ac digeſtionem optime fieri ac praeterea nullam ventris partibus inflammationem ineſſe. Si cui vero id verbum, *laeve,* praetermiſſum eſſe videtur, nam quod bene concoctum ſit, id protinus etiam laeve eſſe oportet, hic non recte discernit; nam quod cohaeret fieri non poteſt ut etiam laeve non ſit; nam unitum oportet eſſe in partibus omnibus et veluti unum exiſtere exquiſite. Si vero aliquae quidem ejus partes integrae et asperae et durae viderentur, aliquae autem hu-

Ed. Chart. VIII. [390.] Ed. Bal. III. (395.)

φαίνοιτο, τὰ δ' ὑγρὰ καὶ ὑδατώδη, πῶς ἂν εἴη ταῦτα πρὸς ἄλληλα συνεστηκότα; διαλέλυται γὰρ οὕτω γε ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τὰ μὲν τραχέα τε καὶ σκληρὰ κεχώρισται πάντῃ. τὸ δ' ὑγρὸν, ὡς ἂν ὑδατῶδές τε καὶ λεπτὸν ἔτι μένῃ, οὔθ' ἑαυτὸ συνδεῖν δύναται τοῖς στερεοῖς οὔτε δι' ἑαυτοῦ κἀκείνοις τινὰ κοινωνίαν ἐργάζεσθαι, περιῤῥέον τε αὐτοῖς ἐν κύκλῳ καὶ ἀποῤῥέον, ἀνώμαλόν τε ἅμα καὶ οὐδαμῶς γε συνεστηκὸς ἐργάζεται τὸ διαχώρημα. τὸ μὲν δὴ τοιοῦτον, λέγω δὴ τὸ μαλθακόν τε καὶ συνεστηκὸς, ὑγιαίνειν μὲν ἐνδείκνυται πάντως τὴν γαστέρα. συνενδείκνυται δὲ, ὡς ἔφην, καὶ τὸ μηδὲν τῶν πέριξ πεπονθέναι καὶ τὸ τὴν ἀνάδοσιν ἀμέμπτως γίνεσθαι. πάντως γὰρ ἂν ὑγρὸν ἦν, ἐλλιπῶς αὐτῆς ἐπιτελουμένης. εἰ δὲ καὶ τὸν καιρὸν φυλάττει τῆς ἐκκρίσεως, καθ' ὃν ὑγιαίνοντος ἐγένετο, δῆλον ὡς οὔτε βραδυπεψίαν οὔτε τῆς καθεκτικῆς ἢ ἀποκριτικῆς δυνάμεως ἐνδείκνυταί τι σφάλμα. τὸ μὲν δὴ ὀψιαίτερον ἢ χρὴ διαχωρεῖν, ἢ τὴν πέψιν αὐτὴν, ἢ τὴν διὰ τῶν ἐντέρων φορὰν ἐνδείκνυται βραδυτέραν· τὸ δὲ πρωϊαίτερον τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως, οὐ γὰρ δὴ ῥώμην γε τῆς

midae et aqueae, quando hae forent ſimul juncta? nam hoc pacto adinvicem diſſolverentur, et asperae quidem et durae partes ſeorſum conſiſterent, humidae autem tanquam aqueae et tenues adhuc remanentes, non poſſent ſolidis alligari, neque ullam per ſe cum illis habere communionem, circumfluentes vero undequaque et defluentes inaequale neque ullo pacto cohaerens facerent excrementum. Quod quidem tale eſt, dico autem molle atque cohaerens, omnino ventris ſanitatem oſtendit, ſed ſimul etiam illud indicat, ut dixi, nullum ex iis quae circumjacent membris aliquo modo pati, et digeſtionem optime fieri; nam ubi ipſa non integre fieret, omnino humidum eſſet excrementum. Si vero excretionis ſervetur tempus, quod fuerat in ſano corpore, ex eo liquet neque coctionis tarditatem adeſſe, neque ullum facultatis vel retentricis vel expultricis errorem; nam ſi tardius quam oporteat excernatur, coctionis, aut motus, quo per inteſtina defertur, tarditas oſtenditur; ſi autem citius, facultatis retentricis imbecillitas;

Ed. Chart. VIII. [390. 391.] Ed. Baſ. III. (395. 396.)

ἀλλοιωτικῆς. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὸν νοσοῦντα, καὶ μάλιστα ὀξέως, ῥωμαλεωτέραν ἔχειν τοῦ κατὰ φύσιν τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἀγαπητὸν, εἰ μὴ πολλῷ τινι τοῦ κατὰ φύσιν ἀπολείποιτο. τὸ μέντοι σὺν δήξει τινὶ ταχέως διεξερχόμενον ἐρεθισμῷ δηλονότι τὸ τοιοῦτον ἔπαθεν, οὔτε δ' ἰσχὺν οὔτε ἀῤῥωστίαν ὅλως ἐνδείκνυται δυνάμεως. ἀλλὰ τό γε χωρὶς δήξεως, ἤ τινος ἄλλου συμπτώματος ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ κενούμενον, ἐῤῥῶσθαι τὰς τρεῖς τῆς κοιλίας ἐν(396)δείκνυται δυνάμεις, τὴν ἀλλοιωτικὴν, τὴν καθεκτικὴν καὶ τὴν ἀποκριτικὴν, [391] ὅτι δὲ τέσσαρες αἱ πᾶσι φυσικαὶ δυνάμεις ἐν ἑκάστῳ τῶν τοῦ σώματος ἡμῶν μορίων εἰσὶν ἑτέρωθι δέδεικται. καὶ νῦν οὐ χρὴ ταῦτα τὰ παρεμπιπτόντων ἀπόδειξιν μαθεῖν. ἰδίᾳ γὰρ ὑπὲρ ἑκάστου γέγραπται. λοιπὸν οὖν ὑπὲρ τοῦ χρῆναι πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων εἶναι τὰ κενούμενα, διελθεῖν ἀπολείπεται. τὸ τοίνυν μαλθακόν τε καὶ συνεστηκὸς καὶ κατὰ τὴν τῶν ὑγιαινόντων ὥραν ἐκκρινόμενον, εἰ μὴ διασώζοι τὴν τῶν ἐδηδεσμένων ἀναλογίαν, ἴσχεταί πού τι

neque enim id evenit propter robur alteratricis, quum fieri non poſſit, ut qui aegrotat, acute praeſertim, ventrem habeat robuſtiorem quam ſanitatis tempore, quum bene cum eo agatur, ſi non multo ſit imbecillior. Si vero cum aliquo morſu celeriter exeat, id ex irritatione quapiam contingit, neque robur aut imbecillitas aliqua exinde ſignificatur. Sed ſi ſine morſu aut aliquo alio ſymptomate in tempore opportuno excernatur, tres ventriculi facultates vigere demonſtrat, alteratricem, retentricem et expultricem. Quod vero quatuor ſunt naturales facultates in qualibet noſtri corporis parte alibi oſtendimus, neque nunc oportet aliquid horum ita incidentium demonſtratione perdiscere, quoniam de his ſingulis ſeparatim ſcripſimus. Reliquum eſt igitur ut oſtendamus oportere alvi excrementa quae emittuntur ad ea quae aſſumuntur, ſervare proportionem. Excrementum igitur molle atque cohaerens et quod horam qua excernebatur ſanitatis tempore ſervat, niſi etiam ſervaverit ad ea quae aſſumuntur convenientem proportionem,

Ed. Chart. VIII. [391.] Ed. Baſ. III. (396.)

μέρος αὐτοῦ κατὰ τὸ τυφλὸν ἔντερον, ἢ τὸ κῶλον, ἢ κἀν ταῖς ἄλλαις ἕλιξι ταῖς λεπταῖς. οὐκ ἀγαθὸν δὲ τοῦτο καὶ ὡς σημεῖον καὶ ὡς αἴτιον. ὡς σημεῖον μὲν, ὅτι τὴν ἀποκριτικήν τε καὶ προωστικὴν ὀνομαζομένην δύναμιν ἄῤῥωστον εἶναί φησιν· ὡς αἴτιον δὲ, ὅτι μένει τινὰ τῶν περιττωμάτων ἔνδον ἃ ἐχρῆν ἐκκρίνεσθαι μᾶλλον. ὥστε τὸ μὲν ἅμα ταῦτ' ἔχον ἅπαντα τὰ προειρημένα γνωρίσματα διαχώρημα βεβαίως ἐνδείκνυται τὴν κάτω κοιλίαν ὑγιαίνειν· εἰ δέ πῃ τινος αὐτῶν ἀπολείποιτο, ποτὲ μὲν αὐτῆς τῆς γαστρὸς ἐνδείξεταί τινα διάθεσιν, ἐνίοτε δὲ βεβλάφθαι τὴν ἀνάδοσιν, ἢ καί τι τῶν πέριξ ὀργάνων οὐχ ὑγιαίνειν, ἢ καί τι σύμπτωμα κρατεῖν, ὡς ἐπὶ τῆς δήξεως ἐλέγετο. ποῖον οὖν τι τὸ κατὰ φύσιν ἔχον ἀκριβῶς ἐστι διαχώρημα, τὸ μηδὲν μήτ' ἐν τῇ γαστρὶ μήτ' ἐν τοῖς πέριξ ὀργάνοις ἐνδεικνύμενον σφάλμα· τοιοῦτον δ' ἂν εἴη τὸ πρὸς τὸ τὰ προειρημένα διαφυλάττειν ἅπαντα, δύο ταῦτ' ἔτι προσειληφὸς, ἅπερ αὐτὸς Ἱπποκράτης ἐφεξῆς ἐδίδαξε γράφων ὧδί· ὑπόπυῤῥον δ' ἔστω καὶ μὴ λίην δυσῶδες.

aliqua ejus pars intra caecum et id quod vocatur colon inteſtinum retinetur, aut in aliis tenuibus inteſtinis. Non eſt autem hoc neque ut ſignum neque ut cauſa bonum; ut ſignum quidem, quoniam vim expultricem nominatam ac propulſoriam debilem eſſe ſignificat; ut cauſa autem, quoniam ibi quaedam excrementa intus remanent, quae potius emitti oportebat, adeo ut, quod habet haec omnia praedicta ſigna excrementum, firmiter indicet inferioris ventris ſanitatem. Quod ſi ex his ullum deficiat, nonnunquam ipſius ventris aliquem affectum ſignificat, aliquando autem digeſtionem eſſe offenſam, aut alipuod circumſtantium organorum non eſſe ſanum, aut aliquod ſymptoma dominari, ſicuti et in morſu dicebatur. Quodnam igitur erit exquiſite ſecundum naturam ſe habens excrementum? quod neque in ventre, neque in circumſtantibus organis aliquod vitium eſſe ſignificat. Tale autem eſt quod praeter ea quae praediximus omnia, etiam illa duo recipit quae Hippocrates ipſe ſcribit deinceps in hunc modum: *Subflavum autem*

Ed. Chart. VIII. [591.] Ed. Baſ. III. (596.)

εἰ γὰρ ἤτοι πυῤῥὸν ἀκράτως, ἢ μηδόλως ὑπόπυῤῥον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν ἐδηδεσμένων εἴη χροιὰν, ἤτοι πλέον εἰς τὴν γαστέρα συῤῥεῖν ὠχρᾶς χολῆς, ἢ μηδόλως ὑπιέναι δηλώσει. τούτων δὲ τὸ μὲν πρότερον, εἰ μὲν κατ' ἀρχὰς γίγνοιτο, χολωδεστέραν ἐνδείκνυται τὴν νόσον· εἰ δ' ἐν τοῖς τῆς παρακμῆς χρόνοις, ἐκκαθαίρεσθαι χρηστῶς τὸ σῶμα. περὶ μὲν δὴ τούτων ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἀκριβέστερον διορισθήσεται· τὸ δὲ ἄπεπτον διαχώρημα τὸ λεπτὸν καὶ τραχὺ καὶ ἀχύμωτόν ἐστι, καὶ τὴν τῶν ἐδηδεσμένων διαφυλάττον ποιότητα. τρίτον δ' ἐπὶ τούτοις ἐστὶ γένος διαχωρημάτων τὸ μηκέτι ἐκ τῆς τῶν σιτίων διαθέσεως, ἀλλ' ἐκ τῶν συῤῥεόντων εἰς τὴν γαστέρα περιττωμάτων ἐκ παντὸς τοῦ σώματος ἐνδείκνυσθαί τι δυνάμενον, οἷόν περ καὶ τὸ πυῤῥὸν ἀκράτως, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐλέγομεν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὅταν ὁ τῆς πικρᾶς χολῆς χυμὸς ἄκρατός τε καὶ πολὺς εἰς τὴν γαστέρα συῤῥέῃ, γίγνεται· τὸ χλωρὸν δὲ τῆς ἰώδους χολῆς ἐστι γνώρισμα, καθάπερ γε τὸ μέλαν ἤτοι τῆς μελαίνης, ἢ τινος αἵματος αὐτόθι κατοπτηθέντος. εἰ δ' οἷον πελιδνόν τε φαίνοιτο κατὰ τὴν

erit et non admodum foetidum. Si enim flavum exquiſite, vel nullo modo ſubflavum extiterit, ſed etiam ſecundum ciborum colorem, alterum duorum ſignificat, ſcilicet plus flavae bilis in ventrem confluere aut nihil omnino; horum vero primum quidem, ſi circa initia fiat, biliоſiorem morbum oſtendit; ſi vero declinationis tempore, corpus integre repurgari. De his quidem in ſequentibus exquiſitius dicemus. Incoctum autem excrementum eſt tenue et album et aſperum et humoris expers et comeſtorum ſervat qualitatem. Tertium praeter haec eſt excrementorum genus, quod non ex ciborum fit diſpoſitione, ſed ex confluentibus ad ventrem ex toto corpore ſuperfluitatibus, quod aliquid poteſt indicare, veluti id quod paulo antea flavum exquiſite dicebamus. Sed hoc quidem quando flavae amaraeque bilis humor impermixtus et multus ad ventrem fluxerit, exiſtit, viride autem eſt aeruginoſae bilis indicium, ſicuti nigrum, vel atrae bilis, vel ſanguinis cujuspiam in eo loco peruſti; ſi autem veluti lividum quoddam in excre-

Ed. Chart. VIII. [391. 392.] Ed. Baſ. III. (396.)

διαχώρησιν, οὐδενὸς ἐδηδεσμένου τοιούτου, ψύξιν τινὰ καὶ νέκρωσιν οὐκ ἀγεννῆ τῶν ἐντὸς ὑποδείκνυσιν, ὥσπερ εἰ καὶ λιπαρὸν, οὐδενὸς ἐδηδεσμένου λιπαροῦ, συντήξεώς ἐστι γνώρισμα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ γλίσχρον, εἰ μὴ καὶ τοῦτο κατὰ τὴν τοῦ σιτίου φύσιν εἴη τοιοῦτον, συντήξεώς ἐστι σημεῖον. ἀλλὰ τὸ μὲν λιπαρὸν πιμελῆς τηκομένης γίνεται, τὸ δ' αὖ γλίσχρον αὐτῶν τῶν στερεῶν τοῦ ζώου μορίων, ὥστε χεῖρον μακρῷ. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ λίαν δυσῶδες εἰ μὴ καὶ τοῦτ' εἴη κατὰ τὸ σιτίον, οὐ μικρὰν ἐνδείκνυται σῆψιν. ἁπλῶς δ' εἰπεῖν ἐπὶ πάντων εἰ μὴ κατὰ τὸ σιτίον ἡ ποιότης εἴη τῶν διαχωρημάτων, οὕτως ἤδη σκοπεῖσθαι τὴν διάθεσιν, ὥστε κἂν μὴ λέγηταί πού τοῦτο, προσυπακούειν αὐτὸ χρή. καὶ πάντα γε τὰ ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένα διὰ τοῦ προγνωστικοῦ, ὡς εἴρηται, δῆλον, διοριζομένων ἡμῶν [392] ἀεὶ τὸ δι' ἄλλο τι καὶ οὐ διὰ τὸ νόσημα γεγονός. λοιπὸν δ' ἂν εἴη περί τε τοῦ τρύζοντος εἰπεῖν καὶ ἀφρώδους καὶ ποικίλου. τὸ μὲν δὴ τρύζον ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τοῦ γιγνομένου ψόφου κατὰ τὴν διαχώρησιν, ἐνδείκνυται δὲ τὸ μὲν ἐκκρινόμενον αὐτὸ σὺν

mento apparuerit, ubi non fuerit tale aliquid aſſumptum, partium internarum validum frigus ac velut mortificationem indicat, ſi vero pingue, ubi non fuerit tale aliquid aſſumptum, colliquationis eſt ſignum, quinetiam viſcoſum, niſi et hoc ex cibi natura tale ſit, colliquationis eſt indicium. Sed quod quidem pingue eſt, ex pinguedine ſit liquefacta: quod vero viſcoſum, ex ipſis ſolidis animalis partibus contabescentibus, quare multo gravius. Et quidem quod foetet vehementer, ſi etiam hoc ex cibo non accidat, vehementem putrefactionem oſtendit. Ut autem ſummatim dicamus, in omnibus, niſi pro cibi qualitate talia fuerint excrementa, ita oportet affectionem conſiderare, adeo ut ſicubi hoc taceatur, ſubintelligere tamen oporteat, et quaccunque ab Hippocrate in prognoſticis dicuntur, ita dicuntur, ſemper diſtinguentibus nobis, ſi quid ob aliud aliquid, non morbum ſiat. Reliquum eſt ut de ſtridente et ſpumoſo et vario dicamus. Stridens quidem ab eo qui inſit ſono, quum excernitur, nominatur; indicat autem ipſum excrementum ſla-

Ed. Chart. VIII. [392.] Ed. Baſ. III. (396.)

ὑγρότητι λεπτῇ φυσώδες εἶναι, τὰ δ' ὄργανα συνῆχθαί τε καὶ οἷον ἐσφίχθαι καὶ στενοχωρεῖσθαι· τὸ δ' ἀφρῶδες, ὥσπερ οὖν κἀπὶ τῶν ἐκτὸς, ἤτοι ζέοντός τινος, ἢ φυσώδους πνεύματος ὑγρῷ μαχομένου γίγνεται. τὸ μὲν δὴ πρότερον ἀμέτρου θερμασίας συντηκούσης τὸ σῶμα, τὸ δὲ δεύτερον ἀνωμάλου ταραχῆς ἐστιν ἔκγονον. τὰ δὲ ποικίλα ποικίλαις ἔχεσθαι τὸ σῶμα διαθέσεσιν ἐνδείκνυται. διὰ τοῦτο οὖν καὶ χρόνια καὶ κακοήθη· αἱ πολλαὶ γὰρ διαθέσεις καὶ χρόνου πλείονος εἰς πέψιν δέονται καὶ τὸν κίνδυνον ἐπιφέρουσιν ὁμότιμον τῷ πλήθει. καὶ γὰρ πέττεται ῥᾷον ἁπλῆ διάθεσις καὶ ἧττον κινδυνώδης ἐστὶ τῆς πολυειδοῦς. οὕτω μὲν δὴ καὶ περὶ τῶν διαχωρημάτων δεῖ γινώσκειν.

Κεφ. ιβ'. Ἐφεξῆς δὲ περὶ τῶν οὔρων εἴπωμεν. ἄριστον μὲν οὖν κἀνταῦθα τὸ τοῖς τῶν ὑγιαινόντων ὁμοιότατον. ὅσον δὲ οὐ τοιοῦτον, ἢ ἁπλῶς ἄπεπτόν ἐστιν, ἢ πρὸς τούτῳ καὶ ὀλέθριον. ἄπεπτον δὲ καὶ πεπεμμένον ὀνόματι μὲν ἓν, ὥσπερ οὖν καὶ τῷ γένει· πάμπολυ δὲ ἐν τῷ μᾶλλόν

tum cum tenui humiditate habere permixtum, organa autem in unum coacta atque in anguſtum reſtricta. Spumoſum vero fit, ſicuti etiam in exterioribus accidit, quum ſcilicet fervor ineſt, vel aliquis flatuoſus ſpiritus humiditate commixtus eſt. Primum immoderatae caliditatis corpus colliquantis, ſecundum vero eſt inaequalis perturbationis effectus. Varium autem variis corpus affectibus detineri indicat; ob hoc igitur et diuturnum et malignum exiſtit, multi enim variique affectus ad coctionem longiori indigent tempore, periculumque afferunt multitudini aequale, nam ſimplex affectus facilius concoquitur et minus eſt quam multiformis periculoſus. Sic quidem de excrementis judicare oportet.

Cap. XII. Deinceps de urinis dicamus. Ex his igitur illa optima eſt, quae urinae ſanorum eſt ſimillima; quaecunque vero non eſt talis, vel ſimpliciter incocta eſt, vel praeter hoc et pernicioſa. Coctum autem et incoctum nomine quidem ſunt unum, ſicuti et genere, plurimam vero

Ed. Chart. VIII. [392.] Ed. Baſ. III. (396.)

τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσιν. ὅρους οὖν καὶ ἐνταῦθα πειραθῶμεν ἐπιθεῖναι σαφεῖς, οἷς ἅπαν τοὺν μέσῳ διακριθήσεται. τὸ μὲν δὴ κάλλιστα πεπεμμένον ἐν τοῖς ἀκριβῶς ὑγιαίνουσι σκοπεῖσθαι προσήκει. τοιοῦτον δ' ἐστὶν ὑπόπυῤῥόν τε ἅμα καὶ ὑπόξανθον καὶ πλέον γε ὑπόπυῤῥον ἢ ὑπόξανθον. εὐθὺς δὲ τοῦτο καὶ τάχους ἔχει συμμέτρως. τὸ δή τοι λεπτότερον ἢ παχύτερον αὐτοῦ πέψιν ἐνδεῆ σημαίνει. τὸ μὲν γὰρ οὔπω κεχύμωται, τὸ δ' ἔτι τετάρακται. μάθοις δ' ἂν ἐκ τῶν ἀποκρινομένων μὲν λεπτῶν τε καὶ καθαρῶν, μετὰ ταῦτα δ' ἤτοι μενόντων ἀεὶ λεπτῶν ἢ μετ' ὀλίγον ἀναθολουμένων, ὡς ἀμφότερα μὲν εἶναι ἄπεπτα, διαφέρει δὲ τῷ τὸ μὲν οὐκ ἐγχειρεῖσθαί πω πέττεσθαι, τὸ δ', ὅτι φυσώδη αὐτῷ πνεύματα ἀναμέμικται ταραχή τις, οἷα καὶ τοῖς νέοις οἴνοις τοῖς ἔτι ζέουσι γίγνεται. οὕσης γὰρ τριττῆς διαφορᾶς τῶν οὔρων τῶν θολερῶν, ἢ γὰρ οὐρηθέντα τοιαῦτα καθίσταται μετ' ὀλίγον, ἢ μένει παραπλήσια μέχρι παντὸς, ἢ καθαρὰ μὲν ἐκκρίνεται, μετὰ ταῦτα δ' ἀναθολοῦται.

in eo, quod magis aut minus differentiam habent. His igitur etiam manifeſtos terminos tentemus apponere, quibus quod eſt in medio ſecernatur. Quae quidem optime eſt cocta, in iis qui ſupremum ſanitatis obtinent gradum conſiderare oportet; talis enim eſt ſubrufa et ſubflava, magisque ſubrufa quam ſubflava; ſtatim vero et haec mediocrem craſſitiem habet. Nam quae ipſa craſſior eſt aut tenuior, coctionem imperfectam ſignificat, ſiquidem altera nondum in humorem converſa eſt, altera vero adhuc conturbata eſt. Hoc autem intelligere licet ex iis quae tenues ac purae excernuntur, poſthac vero vel remanent ſemper tenues, aut paulo poſt conturbantur, quoniam utraeque coctione carent; eo autem differunt, quod altera nondum concoqui coepit, altera vero quoniam flatuoſi ſpiritus ipſi permixti ſunt, perturbatio quaedam veluti in novis vinis adhuc ſerventibus ineſt. Nam quum triplex ſit urinarum turbidarum differentia, quia vel, quum tales mictae fuerint, paulo poſt reſident, vel ſemper ſimiles permanent, vel purae quidem min-

Ed. Chart. VIII. [392. 393.] Ed. Baſ. III. (396.)

μοχθηρὸν μὲν τὸ τρίτον μέρος τῶν εἰρημένων, ἐπιεικὲς δὲ τὸ πρῶτον, ἐν μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστι τὸ δεύτερον. τὸ μὲν γὰρ εὐθὺς καθιστάμενον ὀλίγον ἔτι τῆς ἀνωμάλου ταραχῆς ἀπολείπεσθαι δηλοῖ, τὸ δ' ἀεὶ διαμένον ὅμοιον ἀκμάζειν ἔτι τὸν ἐν τοῖς αἵμασι σάλον ἐνδείκνυται, τὸ δ' ἔξω ταραττόμενον ἄρχεσθαι πέττεσθαι μέλλει, ὥστ' εὐλόγως κάκιστον μὲν τοῦτο. καὶ γὰρ καὶ χρόνου παμπόλλου δεῖται, καὶ δυνάμεως ἰσχυρᾶς εἰς τὴν πέψιν. τὸ δ' οὐρούμενον μὲν θολερὸν, εὐθὺς δ' ὑπόστασιν ἔχον χρηστὴν, οὐκ εἰς μακρὰν πεφθήσεσθαι δηλοῖ τὸ νόσημα, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιεικέστερον. ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστι τὸ λοιπὸν καὶ τρίτον. ὅτε γὰρ ἀκμαζούσης ταραχῆς ἔκγονον ὑπάρχον, ὅσον ἀπολείπεται κακίᾳ τοῦ μέλλουσαν ἔτι τὴν ταραχὴν ἐνδεικνυμένου, τοσοῦτον πλεονεκτεῖ τοῦ καυομένην ἤδη κεκτημένου. τὸ τοίνυν ἐσχάτως ἄπεπτον [393] ὑπὲρ ἅπαντα ταῦτ' ἐστίν. εἴη δ' ἂν ὑδατῶδες ἀκριβῶς τὸ τοιοῦτον, οὔτ' ἤδη πεττόμενον, ὡς τὸ θολερὸν, οὔτε μέλλον, ὡς τὸ μετ' ὀλίγον ἀναθολούμενον, ἀλλ' οἷον ἀπε-

guntur, poſtea vero conturbantur. Prava quidem ex dictis tertia, mitis autem prima, media vero inter utramque ſecunda. Quoniam quae ſtatim quidem reſidet, parum aliquid inaequalis turbulentiae ſupereſſe demonſtrat, quae vero ſemper manet ſimilis, vigere adhuc, quae eſt in ſanguine, perturbationem oſtendit: quae vero extra conturbatur, debet incipere concoqui, quare optimo jure ea peſſima eſt; nam et longiori tempore et facultate valida indiget ad coctionem. Sed quae turbulenta meitur ſtatimque hypoſtaſin bonam habet, morbum haud ita multo poſt concoquendum ſignificat, atque idcirco mitior. Medio autem loco ſe habet ſecunda, nam ea ut quae vigente ſit conturbatione, quantum malitia differt ab ea, quae adhuc futuram perturbationem ſignificat, tantum ſuperat eam, quae jam quiescentem obtinet. Quae vero ad ſummum incocta eſt, has omnes vincit; eſt autem aquoſa exquiſite, neque jam coqui incipiens, qualis turbulenta, neque in ſpe ut coqui debeat, ſicuti quae paulo poſt perturbatur: ſed

Ed. Chart. VIII. [393.] Ed. Baſ. III. (396. 397.)

γνωσμένης τῆς πέψεως σύμπτωμα. τὸ τοιοῦτον τοῦ φλεβώδους γένους ὑπάρχει πά(397)θος, οἷον ἀκριβῶς ἀπεψία γαστρός. ὅταν δὲ καὶ ταχέως διεξέρχηται τοῦτο, καλεῖται μὲν ὑπό τινων ὕδερος εἰς ἀμίδα τὸ πάθημα, διαβήτην δ' ἔνιοι προσαγορεύουσι. ἄλλος δέ τις παλαιὸς ἀνὴρ εἰς οὖρα διάῤῥοιαν ὠνόμαζε. περὶ μὲν δὴ τῶν ὀνομάτων ἑτέρωθι σκοπείσθω· τὸ δ' οὖν πάθημα τοιοῦτόν ἐστιν οἷον ἐν τῇ περὶ γαστέρα λειεντερίᾳ νέκρωσις, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀμφοτέρων τῶν δυνάμεων, ἀλλοιωτικῆς τε καὶ καθεκτικῆς ὑπάρχον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀπέπτων οὔρων τὸ χείριστον· ἐφεξῆς δ' αὐτῷ τὸ ὑδατῶδες, ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ μὴ πεπέφθαι παραπλήσιον. τῷ δὲ μηδὲν ἄλλο συνενδείκνυσθαι κακὸν καὶ ὀλέθριον ἧττον. ἐκεῖνο μὲν γὰρ οὐ τῆς ἀλλοιωτικῆς μόνον δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ τῆς καθεκτικῆς ἀῤῥωστίαν ἐσχάτην δηλοῖ, τουτὶ δὲ τῆς ἑτέρας μόνης, τῆς ἀλλοιωτικῆς. ὅσῳ δ' ἂν πλείους οὑτινοσοῦν γένους ὀργάνων ἐνέργειαί τε καὶ δυνάμεις ἐμποδισθῶσιν, ἢ καὶ παντάπασιν ἀπόλωνται, τοσούτῳ χεῖρόν ἐστι τὸ νόσημα. διὰ ταῦτ' ἄρα χείριστον μὲν ἡ εἰς οὖρα διάῤῥοια, διττὴ γὰρ

velut deſperatae coctionis accidens, quae talis eſt, venoſi generis affectus exiſtit, qualis eſt in ventriculo extrema ipſa cruditas. Quum vero etiam ſtatim transcurrit, vocatur a nonnullis hydrops ad matellam, alii diabetem appellant, quidam vero alius antiquus ad urinas profluvium nominavit; ſed de nominibus alibi conſideretur. Hic igitur affectus talis eſt, qualis circa alvum laevitas inteſtinorum, mortificatio, ut diceret quispiam, utriusque virtutis, et retentricis et alteratricis, at haec inter omnes urinas crudas peſſima exiſtit. Sed poſt ipſam eſt aquoſa, quae quantum quidem ad cruditatem attinet priori ſimilis eſt, ſed quia nullum aliud commonſtrat, minus pernicioſa; illa enim non modo virtutis alteratricis, ſed et retentricis imbecillitatem ſummam ſignificat, haec autem alterius ſolius, alteratricis. Quanto autem plures inſtrumentorum cujusque generis actiones et facultates impeditae fuerint, aut ex toto perierint, tanto deterior eſt morbus, atque idcirco peſſimum eſt ad urinas profluu-

Ed. Chart. VIII. [393.] Ed. Baſ. III. (397.)

ἡ κακία. μοχθηρὸν δ' ἱκανῶς καὶ τὸ λεπτὸν οἵτως καὶ λευκὸν, οἷόν περ καὶ τὸ ὕδωρ. ἁπλῆ μὲν ἡ διάθεσις, ἀλλ' ἔσχατον ἀῤῥωστίας γνώρισμα. τούτῳ δ' ἐγγύς ἐστιν ἕτερον οὖρον, ἐν πολλαῖς τῶν νόσων φαινόμενον, ὡς οἶνον δοκεῖν ἱκανῶς λευκοῦ καὶ λεπτοῦ μεμιγμένην ἔχειν ἰδέαν. ἡ γένεσις δ' αὐτοῦ ἐκ τοῦ προειρημένου λεπτοῦ καὶ ὑδατώδους οὔρου βραχὺν ἰχῶρα λεπτὸν ἐκ τῆς πυῤῥᾶς χολῆς ὑποδεξαμένου. καὶ γὰρ εἰ κἀκτὸς εἰς ὕδωρ καθαρὸν ἐμβάλοις ὠχρᾶς ὀλίγον, ἢ αὐτῆς τῆς χολῆς, τοιοῦτόν σοι φανεῖται. τοῦτο μὲν οὖν ἐγγυτάτω τοῦ παντελοῦς ἀπέπτου, τὸ δ' ὕπωχρον ἐφεξῆς τούτῳ. τὸ δ' ὠχρὸν, εἴη μὲν ἂν ἤδη τοῦτο καὶ ὑπόπυῤῥον. εἰ γὰρ εἰς ὕδωρ ἐμβάλλοις, ἢ πυῤῥοῦ χρώματος ὀλίγον, ἢ ὠχροῦ πλέον, ὅμοιόν σοι φανεῖται. πέπτεται δ' ἤδη τοῦτο, τῆς χρόας γε ἕνεκα. χρὴ δὲ αὐτὸ καὶ τῷ πάχει τοσοῦτον ἀποκεχωρηκέναι τοῦ ὑδατώδους, εἰ μέλλοι πεπέφθαι καλῶς, ὅσον καὶ τῷ χρώματι. τὸ δ' ἄριστον ἁπάντων τῶν οὔρων ὑπόπυῤῥόν ἐστιν καὶ ὑπόξανθον, ὡς εἴρηται καὶ πρόσθεν, οἷον εἰ κἀκτὸς ἐργάσασθαι θελήσοις, αἵματος ὀῤῥῷ καὶ χολῆς

ἔστι δὲ κοινὴ τῶν τοιούτων ἀρχῶν τε καὶ ἀναβάσεων ἡ διάγνωσις τοῖς τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ μέρεσιν. ἡ γὰρ αὐτὴ κἀκείνου καὶ τοῦ σύμπαντος νοσήματος ἀρχή τε καὶ ἀνάβασις γίνεται· οὐ γὰρ δὴ κἀκεῖνος εὐθὺς ἀπ' ἀκμῆς ἄρχεται. τοῦτο γὰρ οὐ μόνον οὐδεὶς οἶδεν, ἀλλ' οὐδ' ἐπινοῆσαι δύναται, πυρετὸν ὀξὺν εὐθὺς ὑπὸ τὴν πρώτην εἰσβολὴν ἀκμάζοντα συστῆναι, (401) καθάπερ ὑπὸ κεραυνοῦ πληγέντος τοῦ ἀνθρώπου. πῶς οὖν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἀκμάζον γνωρισθήσεται τὸ νόσημα; πῶς δ' ἄλλως ἢ εἰ τὰ τῆς πέψεως εὐθὺς ἔχει σημεῖα; παραπλήσιον γάρ τι συμβαίνει κατὰ τὴν τῶν ὠμῶν χυμῶν πέψιν οἷόν τι κἀν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις συμπίπτει. λέγει δέ που καὶ περὶ τούτων ὁ Ἱπποκράτης ὧδε· περὶ μὲν τὰς γενέσιας τοῦ πύου οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ συμβαίνουσι μᾶλλον ἢ γενομένου. ὥσπερ οὖν οὐκ ἐνδέχεται διαπυησάσης φλεγμονῆς ἔτ' ἀκμαῖον πυρετὸν εἶναι, ἢ πόνον ἀπαντῆσαι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδ' ἂν ὑφίστηταί τι χρηστὸν ἐν τοῖς οὔροις ἀκριβῶς. νεφέλης μέντοι γε

tur. Eſt autem communis talium principiorum atque incrementorum cognitio cum primis acceſſionis partibus; idem enim et ejus et univerſi morbi principium atque incrementum, nam neque ipſa ſtatim incipit a ſtatu. Hoc enim non modo nemo unquam vidit, ſed neque etiam cogitatione aſſequi poteſt febrem videlicet acutam ſtatim in primo inſultu in ſtatu conſiſtere, ac ſi fulmine foret homo percuſſus. Quomodo igitur in primo die febris in ſtatu conſiſtere agnoſcetur? quomodo aliter quam ſi ſtatim habuerit ſigna coctionis? Tale enim quiddam accidit circa humorum crudorum coctionem, quale etiam partibus, quae inflammationem patiuntur, advenit. Ita autem et de his quodam in loco inquit Hippocrates: *Circa puris generationes dolores ac febres contingunt, magis quam ubi jam eſt generatum.* Quemadmodum igitur jam ſuppurata inflammatione non contingit febrem adhuc in ſtatu eſſe, aut dolorem obviare, eodem modo neque ſi quicquam in urinis ſubſidat exquiſite bonum. Nebula quidem ſola aut quibusdam bonis ſuspenſis factis, ſtatus tempus nondum adeſt, ac multo minus, quum haec

Ed. Chart. VIII. [401. 402.] Ed. Baſ. III. (401.)

μόνης, ἢ τινων ἐναιωρημάτων ἀγαθῶν γινομένων, ὁ τῆς ἀκμῆς καιρὸς οὔπω πάρεστι. καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον, ἐπειδὰν μηδὲν τούτων ᾖ, πλὴν εἰ μὴ πάνυ σφόδρα χολῶδες εἴη τὸ νόσημα. ὅστις ἂν οὖν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις πολλάκις ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων ἀκριβῶς τὸν νοῦν προσέσχε, τοῦτον οὐκ ἄν ποτε λάθοι καιρὸς οὐδείς. ἀλλ' εἰ μὲν ὀξὺς εἴη, παρόντα τε ἂν αὐτὸν διαγινώσκοι ἀκριβῶς, καὶ προγινώσκοι τ' ἂν ὅσον οὔπω γενησόμενον εἰ δὲ χρόνιος, ἐκ πολλοῦ μὲν στοχάσαιτο ἄν, προσιόντος δ' ἐγγυτέρω σαφέστερον ἔτι προγινώσκοι. καθόλου γὰρ χρὴ τοῦτο γινώσκειν, ὡς εἰ μή τι σαφὲς ὀφθείη πέψεως γνώρισμα, [402] τὸ ἄχρι τοῦδε σύμπαν ἀρχὴ τοῦ νοσήματος ὑπάρχει. ὁπόσον οὖν ἔτι λείπεται τοῖς ἐνεστῶσι εἰς τὸ σαφὲς ἐκεῖνο τῆς πέψεως γνώρισμα, παρά τε τῆς τοῦ νοσήματος κινήσεως καὶ φύσεως, ὥρας τε καὶ χώρας καὶ ἡλικίας, καὶ κράσεως αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος ἐξευρήσεις. εἰ μὲν γὰρ τό τε νόσημα χρόνιον εἴη φύσει, καθάπερ ἀμφημερινὸς εἰ τύχοι, καὶ φαίνοιτο βραδέως ἐπὶ τοῦδε τοῦ κάμνοντος κινεῖσθαι καὶ οἷον τύφεσθαι καὶ καταπνίγεσθαι, καὶ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους εἴη χειμὼν καὶ τὸ χωρίον ψυχρὸν, ἢ θ' ἡλικία

ipſa defuerint, praeterquam ſi bilioſus valde morbus extiterit. Quicunque igitur iis omnibus quae a nobis dicta ſunt ſaepius in aegrotis mentem diligenter adhibuerit, hunc nullum unquam latebit tempus, ſed ſi quidem acutum fuerit et dum praeſens erit, exacte cognoscet et ſtatim ſubſequuturum praecognoscet; ſi vero diuturnum, ex multo utique tempore conjicies, ac propius accedens manifeſtius etiam praecognoscet. Nam in univerſum oportet cognoscere quod niſi manifeſtum appareat indicium coctionis, totum illud tempus intermedium eſt principium morbi. Quantum igitur adhuc praeſentibus deficit ad manifeſtum illud coctionis indicium et a morbi motu et natura et tempore anni et regione et aetate et temperie ipſius laborantis invenies. Nam ſi morbus natura diuturnus extiterit, quemadmodum exempli gratia febris quotidiana, et videatur tarde in hoc aegrotante moveri, ac quodam modo ſuccendi ac ſuffocari, et tempus anni fuerit hiems et regio frigida, aetas-

Ed. Chart. VIII. [402.] Ed. Baſ. III. (401.)

καὶ ἡ φύσις τοῦ κάμνοντος ἐπὶ τὸ ψυχρότερον ῥέποι, πολλοῦ τοῦ μεταξὺ δεήσει χρόνου πρὸς τὴν τοῦ σαφοῦς σημείου γένεσιν, ὃν ἅπαντα τῆς ἀρχῆς ἀριθμητέον. ἔστω σοί γ' οὖν χειμῶνος ἀρξάμενος ἀμφημερινὸς ἐν οὕτως ἔχοντι σώματι καθάπερ εἴρηται νῦν, ἅμα τοῖς ἀκριβῶς ἀπέπτοις καὶ ὑδατώδεσιν οὔροις, οὐ μόνον οὐκ ἂν τῆς ἑβδόμης ἡμέρας ἐντὸς, ἀλλ' οὐδὲ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης δύναιτό τις ἔχειν σαφὲς σημεῖον πέψεως. οὕτω δὲ προσαγορεύω τά τε τῶν ἀμυδρῶν μεταξὺ καὶ τὰ τῆς τελείας πέψεως. ἡ μὲν οὖν τελεία πέψις ἐστὶν, ὅταν ἐν τοῖς οὔροις ὑφίστηταί τι λευκόν τε καὶ λεῖον καὶ ὁμαλὸν καὶ συνεχές· ἡ δ' ἀμυδρὰ πέψις, ὅταν ἐξ ὑδατώδους οὔρου μετρίως ὕπωχρον γένηται. καὶ μὲν δὴ καὶ εἰ θολερὸν γένοιτο καὶ μένοι τοιοῦτον, καὶ τοῦτο ἀσαφοῦς τέ ἐστιν καὶ ἀμυδρᾶς πέψεως γνώρισμα. καὶ τὸ πυῤῥόν τε καὶ λεπτὸν ἐκ ταὐτοῦ γένους ἐστίν. ἀλλ' οὐδὲν τούτων τὴν ἀρχὴν πεπαῦσθαι δηλοῖ. σαφεστέρου γὰρ ἀεὶ τὰ τοιαῦτα δεῖται γνωρίσματος, ἤτοι νεφέλης λευκῆς ἢ ἐναιωρήματος ὁμαλοῦ

que atque natura laborantis ad frigidum declinaverit, multum interim tempus erit neceſſarium ad manifeſti ſigni generationem, quod totum tempus principio erit contribuendum. Sit igitur ita ut hiberno tempore incipiat febris quotidiana in corpore ita ſe habente, quemadmodum nunc diximus, una cum exquiſite crudis et aquoſis urinis, non modo neque intra ſeptimum, ſed neque etiam decimumquartum diem quiſpiam habere poſſet manifeſtum coctionis ſignum: ſic autem appello ea quae inter debilis ſunt et perfectae coctionis indicia. Perfecta igitur coctio eſt, quando in urinis ſubſederit aliquod album et laeve, aequale et continuum. Debilis autem coctio eſt, quando ex aquoſa mediocriter ſubpallida facta fuerit, et quidem ſi turbulenta apparuerit et talis permanſerit, haec quoque obſcurae et debilis coctionis eſt ſignum, et rufa etiam ac tenuis ex eodem genere eſt. Sed nihil horum jam principium eſſe finitum oſtendit; haec enim manifeſtius indicium ſemper expetunt, vel ſolam nebulam albam aut ſuſpenſum aequale continuum

Ed. Chart. VIII. [402.] Ed. Baſ. III. (401.)

τε καὶ συνεχοῦς καὶ λευκοῦ. καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ ἐρυθρὰ νεφέλη καὶ ἡ ὑπόστασις ἡ τοιαύτη. καὶ χωρὶς ὑποστάσεως δὲ τὸ εὔχρουν οὖρον ἅμα τῷ συμμέτρῳ πάχει πεπαῦσθαι δηλοῖ τὴν ἀρχήν.

Κεφ, ιή. Οὕτω δὲ κἂν τοῖς περιπνευμονικοῖς τε καὶ πλευριτικοῖς πάθεσι τὰ μὲν ἰδίως ὀνομαζόμενα πτύελα ταῖς ἐν τοῖς οὔροις ὑποστάσεσιν ἔοικε, τὸ δὲ μηδ' ὅλως ἀποπτύειν μηδὲν, ἀλλὰ βήττειν μόνον ξηρῶς, οἷόν περ τὸ ἐν τοῖς οὔροις ἐστὶν ἄπεπτον ἐσχάτως, ὅπερ ὑδατώδες καλοῦμεν. εἰ δὲ ἐκ τοῦ μηδ' ὅλως πτύειν εἰς τὸ πτύειν μὲν, ἀλλ' ὑγρά τε καὶ τελέως ἄπεπτα μετασταίη, δῆλον ὡς ἀμυδρά τε καὶ ἀσαφὴς αὐτῶν παντάπασιν ἡ τοιαύτη μεταβολὴ καὶ οὔπω πέπαυται τοῦ νοσήματος ὁ πρῶτος καιρὸς, ὃν ἀρχὴν ἔφαμεν ὀνομάζεσθαι. πότ' οὖν αὕτη μὲν παύσεται, μεταστήσεται δὲ τελέως εἰς τὴν ἐπίδοσιν ἡ νόσος; ὅταν ἄρξηται πτύειν ὀλίγα πέπονα, τὸ δ' ἀπὸ τούτου σύμπαν ἄχρι τῆς ἀκμῆς ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐτοῦ πλείω καὶ βελτίω καὶ εὐπετέστερον ἀποπτύοντος. ὅταν δὲ

atque album. Et quidem et rubens nebula et ſedimentum tale et ſine ſedimento bene colorata urina et craſſitie mediocris principium finiiſſe oſtendit.

Cap. XVIII. Sic peripneumonicis et pleuriticis affectibus ea quae proprie ſputa vocantur urinarum ſedimentis aſſimilantur, nihil vero omnino expuere, ſed tuſſim tantummodo ſiccam habere tale quiddam eſt, quale in urinis extreme crudum, quod aquoſum nominamus. Quod ſi ab eo quod eſt nihil expuere ad expuere, verum liquida et omnino cruda fiat transmutatio, liquet quod debilis et obſcura omnino eſt hujusmodi permutatio et nondum eſt finitum primum morbi tempus, quod principium diximus nominari. Quando igitur hoc quidem ceſſabit atque integre ad augmentum morbus convertetur? quando coeperit pauca expuere cocta, reliquo vero omni tempore abhinc usque ad ſtatum ſemper eo plura ac meliora atque facilius expuente. Quum vero exquiſite cocta fuerint et multa et ſine difficultate educta, tunc ſtatus eſt tempus. Quando vero

Ed. Chart. VIII. [402. 403.] Ed. Baſ. III. (401.)

ἀκριβῶς ἢ πέπονά τε καὶ πολλὰ καὶ μὴ δυσχερῶς ἀναπτύ-
μενα, τῆς ἀκμῆς ὁ καιρός. ὅταν δὲ ὁμοίως μὲν ἀκριβῶς πέ-
πονά τε καὶ ἀλύπως ἀναγόμενα, μειωθῇ δὲ τὸ πλῆθος ἢ τ᾽
ὀδύνη μηκέτ᾽ ᾖ, πεπαῦσθαι χρὴ νομίζειν τὴν ἀκμὴν, παρα-
λαμβάνει γὰρ ἡ παρακμή. ὑποθώμεθα οὖν τινα πάλιν ἀῤῥω-
στον ὑπὸ πλευρίτιδός τινος ἐχόμενον, οὔτ᾽ ἀναπτύοντά τι καὶ
οὐροῦντα λεπτὰ μὲν, ἀλλ᾽ εὔχροα. περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ἡμέ-
ραν ἀρχέσθω μὲν πτύειν, ὑγρὰ δὲ καὶ ἄπεπτα. τοῦτον ὅτι
μὲν οὐκ ἄν τις φαίη πρὸ τῆς ἑνδεκάτης ἡμέρας ἐν ἄλλῳ τινὶ
τοῦ νοσήματος εἶναι καιρῷ [403] πλὴν ἐν ἀρχῇ, παντί που
δῆλον. ἐπὶ δὲ τῆς ἑνδεκάτης ἴσως μὲν ἄν τῳ δόξειε μετα-
πεπτωκέναι σαφῶς, ἀλλ᾽ οὐχ ᾧδε ἔχει. ἡ γὰρ ἑνδεκάτη τῆς
τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπίδηλος οὖσα τὴν τοῦ δευτέρου καιροῦ
τῆς νόσου σαφῆ καὶ βεβαίαν ἀρχὴν ἐκείνην ἔξειν προδηλοῖ.
παραφυλάξοις γ᾽ οὖν αὐτὴν τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, εἰ τοῖς
ἑνδεκάτης προδεδηλωμένοις ὁμολογεῖ. καὶ μετὰ ταύτην αὖθις
τὴν ἑπτακαιδεκάτην, ἐπεὶ καὶ ἥδε τῆς εἰκοστῆς ἐστιν ἐπίδηλος,
ὡς ἐν τοῖς περὶ κρισίμων εἴρηται. φέρε δὴ κατὰ ταύτην αὐτὸν

ſimiliter quidem exquiſite cocta et ſine moleſtia educta, eorum autem multitudo minuta fuerit, dolorque non amplius affuerit, tunc ſtatum ceſſaſſe judicare oportet, ſubſequitur enim declinatio. Supponamus igitur aegrotum aliquem pleuritide correptum neque expuentem aliquid et urinas mingentem tenues quidem, ſed bene coloratas, circa vero diem undecimum expuere quaedam incipiat, verum liquida et cruda; hunc quidem quod nemo diceret ante diem undecimum eſſe in alio morbi tempore quam in principio omnibus eſt manifeſtum. In undecimo vero fortaſſis videretur cuiquam manifeſte transgreſſus, verum non ita ſe habet, nam dies undecimus quartidecimi index exiſtens ſecundi temporis morbi manifeſtum ac certum principium illum habitaturum praemonſtrat. Obſervabis igitur diem decimumquartum, ſi praeoſtenſis ab undecimo conſentiat, et poſt hunc rurſus decimum ſeptimum, quoniam et hic vigeſimi eſt index, quemadmodum in libris de diebus decretoriis diximus. Age jam hoc die ſupponamus expuere pauca quidem,

Ed. Chart. VIII. [403.] Ed. Baſ. III. (401.)

πτύσαι μικρὰ μὲν, πέπονα δὲ, κατὰ τὴν εἰκοστὴν τούτῳ δυνατόν ἐστίν τινα γενέσθαι κρίσιν, οὐ μὴν τελείαν γε διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν, ὅτι οὐ τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν, οὔτ' αὖ τῶν ἐπιδήλων αἱ πρῶται ταῖς ὑστέραις, οὔθ' αἱ πρῶται κρίσιμοι ταῖς ἐξ ὑστέρου κρισίμοις. ἀλλ' ἰσχυρότεραι μὲν αἱ πρῶται. χρονίζοντος δ' ἤδη τοῦ νοσήματος ἀσθενέστεραι γίνονται. χρὴ τοίνυν ἐπὶ προήκοντι τῷ νοσήματι, καὶ μάλισθ' ὅταν ἱκανῶς ἄπεπτον ᾖ, μεγάλην γίνεσθαι μεταβολὴν, ἵν' ἀσφαλὴς ἐλπισθῇ κρίσις. μεγάλη δέ τίς ἐστι μεταβολὴ, πέπονα τελέως οὐρῆσαί τε καὶ πτύσαι. τοιαῦτα δὲ οὐχ ὑπέκειτο τὰ κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην. ὥστε οὐκ ἐνδέχεται κατὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τὸν τοιοῦτον ἄῤῥωστον ἀπαλλαγῆναι τοῦ νοσήματος, ἢ καὶ κριθῆναι τελέως· ἀλλ' ἀρκεῖ μεταβολήν τινα ἀξιόλογον γενέσθαι. δυνήσεται γὰρ ἔν τινι τῶν ἐφεξῆς κρισίμων ἡ τελεία λύσις ἀπαντῆσαι. ἆρ' οὖν ὑπόθεσις μόνον ἐστὶν ὁ λόγος, ἢ καὶ τοιοῦτος ὤπτηται ἄῤῥωστος; ἐμοὶ μέν δοκεῖ ταῦτ' ἔχειν ἅπαντα τὰ νῦν εἰρημένα ὁ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένος ὄγδοος, ἀπὸ τῆς

ſed cocta, huic die vigeſimo poſſibile eſt aliquam advenire criſim, non tamen perfectam ob talem cauſam, quoniam non eandem vim habent, neque inter indices primi cum poſterioribus, neque primi decretorii cum ultimis decretoriis, at valentiores quidem primi ſunt, in longum autem jam protracto morbo imbecilliores redduntur. Oportet igitur procedente morbo et tum praecipue, quando admodum crudus extiterit magnam fieri tansmutationem, ut ſecura criſis ſperetur. Magna autem eſt permutatio, quum perfecte cocta minguntur atque expuuntur, talia vero non ſupponebantur in die decimoſeptimo affuiſſe, quare nec fieri poteſt ut hic aegrotus in die vigeſimo liberetur, ut perfectam criſim habeat, ſed mutationem aliquam effatu dignam fieri ſat eſt, poterit enim in aliquo ex ſequentibus decretoriis diebus integra ſolutio advenire. Nunquid igitur ſolum ſuppoſitio quaedam eſt hic ſermo, vel eſt viſus etiam talis aegrotus? Mihi quidem habere haec omnia quae nunc diximus ille videtur de quo ſcribit Hippocrates in tertio epidemio-

Ed. Chart. VIII. [403.] Ed. Baſ. III. (401. 402.)

λοιμώδους καταστάσεως. ἔχει δ' ἡ σύμπασα ῥῆσις ὧδε· ἐν Ἀβδήροις Ἀναξίων, ὃς κατέκειτο παρὰ τὰς Θρηϊκίας πύλας· πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. πλευροῦ δεξιοῦ ὀδύνη ξυνεχής. βὴξ ξηρά. οὐδὲν ἔπτυε τὰς πρώτας, διψώδης, ἄγρυπνος. οὖρα δ' εὔχροα, λεπτὰ καὶ πολλά, ἕκτῃ παράληρος. πρὸς δὲ τὰ θερμάσματα οὐδὲν ἐνεδίδοτο. ἑβδόμῃ ἐπίπονος. ὅ τε γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινεν, οἵ τε πόνοι οὐ ξυνεδίδοσαν· αἵ τε βῆχες ἠνωχλεον, δύσπνους τε ἦν. ὀγδόῃ ἀγκῶνα ἔτεμον. ἐῤῥύη πολὺ οἷον ἔδει. ξυνέδωκαν οἱ πόνοι. αἱ μέντοι βῆχες αἱ ξηραὶ παρείποντο. ἐνδεκάτῃ ξυνέδωκαν οἱ πυρετοὶ, σμικρὰ περὶ κεφαλὴν ἵδρωσε. βῆχες καὶ τὰ ἀπὸ πνεύμονος ὑγρότερα. ἑπτακαιδεκάτῃ ἤρξατο σμικρὰ πέπονα πτύειν. ἐκουφίσθη. εἰκοστῇ ἵδρωσεν, ἀπύρετος ἐγένετο. μετὰ δὲ κρίσιν ἐκουφίσθη. διψώδης δὲ ἦν, καὶ τῶν ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρη(402)σταὶ αἱ καθάρσιες. ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψεν. ἔβηξεν. ἀνήγαγε πέπονα πολλά. οὖρων ὑπόστασις πολλὴ

rum, ille, inquam, aegrotus a peſtilenti conſtitutione ordine octavus. Ita autem omnis ſermo ſe habet: *In Abderis erat Anaxion, qui habitabat circa portas Thracias. Febris acuta invaſit hominem, lateris dextri dolor continuus aderat; tuſſis ſicca, neque expuebat primis diebus; ſitibundus erat et pervigil, urinae bene coloratae, tenues et multae. Sexto die deliravit, a fomentis nulla fiebat doloris remiſſio. Septimo die gravius ſe habuit, nam et febris intendebatur, neque dolores minuebantur et tuſſes infeſtabant, difficilemque habebat anhelitum. Octavo die venam in cubito ſecui, ſanguis multus efflluxit, qualem oportuit, dolores remiſſi ſunt, tuſſes tamen ſiccae inſequebantur. Undecimo die febres minores factae ſunt, parum circa caput ſudavit, tuſſes et quae exibant a pulmone, humidiora erant. Decimoſeptimo coepit quaedam pauca concocta expuere, levatus eſt. Vigeſimo ſudavit, febre liberatus eſt, poſt criſim levatus eſt, ſiticuloſus vero erat, neque a pulmone bonae erant expurgationes. Septimo et vigeſimo febris rediit et tuſſiit, eduxit concocta multa, urinis ſedimentum multum et album, ſine ſiti reſtitit, bene*

Ed. Chart. VIII. [403. 404.] Ed. Baf. III. (402.)

καὶ λευκή. ἄδιψος ἐγένετο. εὔπνους. τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ ἴδρωσε διόλου, ἀπύρετος ἐκρίθη πάντῃ. τούτῳ τἄλλα, καθάπερ ὑπεθέμεθα ἡμεῖς, φαίνεται γεγονότα καὶ τῶν οὔρων, εἰ καὶ μὴ πολλάκις, ὡς εἴωθεν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀῤῥώστων, ἀλλὰ δίς γ' οὖν μνημονεύσας ἐν ἀρχῇ μὲν ὡς λεπτῶν, ἐπὶ δὲ τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς ἡμέρας προσγράψας οὔρους ὑπόστασις πολλὴ λευκὴ δῆλός ἐστιν ἀκριβῶς πέπονα τότε πρῶτον αὐτὸν οὐρῆσαι λέγων. διὰ τοῦτ' οὖν, ὡς καὶ πρόσθεν εἶπον, ἐπὶ μὲν τῆς εἰκοστῆς ἐκρίθη τινὰ ἐλλιπῆ κρίσιν, διότι κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἤρξατο μικρὰ πέπονα πτύειν. οὐ μὴν τελεία γε ἡ κρίσις ἐγένετο, διότι μηδὲ πέψις ἀκριβὴς οὔρων, ἢ πτυέλων· [404] διὰ τοῦτο οὖν ἐρεῖ· διψώδης δὲ ἦν καὶ τῶν ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρηστὰ αἱ καθάρσιες. ἐνταῦθα οὖν μοι πάλιν ἀναμνησθεὶς ὡς ὀρθῶς εἴρηται, τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν ὑποστροφὰς εἴωθε ποιεῖν. τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς ἡμέρας τὴν διήγησιν ἀνάγνωθι, τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσαν· ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ ὁ πυρετὸς

ſpirans factus eſt. Quarto et trigeſimo die ſudavit per totum corpus, ſine febre reſtitit, atque ex toto iudicatus eſt. Huic ſane et alia, quemadmodum ſuppoſuimus, videntur adveniſſe. Et de urinis quamvis non pluries, quemadmodum conſuevit in aliis aegrotis, ſed bis ſaltem mentionem faciens, in principio quod tenues eſſent, in ſeptimo et vigeſimo die ſubjungens, urinis ſedimentum multum et album palam facit, tum primum exquiſite coctas urinas minxiſſe, propterea igitur, ut et antea dixi, in die vigeſimo criſim quandam habuit, ſed imperfectam quidem, quoniam in decimo ſeptimo coepit quaedam cocta expuere, non tamen integra criſis ſubſecuta eſt, quoniam neque exquiſita coctio urinarum aut ſputorum; propterea igitur inquit, *erat autem ſiticuloſus, atque ex pulmone non erant bonae expurgationes.* Hic igitur nobis ad memoriam revocans, quod recte dictum eſt, *Quae relinquuntur in morbis poſt criſim, recidivas facere conſueverunt.* De ſeptimo ac vigeſimo die lege enarrationem, quae ita ſe habet: *Septimo et*

Ed. Chart. VIII. [404.] Ed. Baſ. III. (402.)

ὑπέστρεψεν, ἔβηξεν. ἀνήγαγε πέπονα πολλά. οὖροις ὑπόστασις πολλὴ λευκή. ἄδιψος ἐγένετο. προειπὼν γὰρ ὡς ἐν τῷ μεταξὺ τῶν ταῖς μετὰ τὴν εἰκοσιὴν ἥ τε δίψα παρέμενεν αὐτῷ καὶ τῶν ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρηστὰι αἱ καθάρσιες ἦσαν, ἐφεξῆς φησι ὡς ἐπὶ τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς ἡμέρας ὑποστρέψας ἐπύρεξεν, ἄδιψος ἐγένετο, καὶ χρηστὰ πτύειν ἤρξατο, κἀν τοῖς οὔροις ὑπόστασιν ἔσχε πολλήν τε καὶ λευκήν. τοῦτ' οὖν ἐστιν αὐτῷ τὸ πρόσθεν ῥηθὲν, ὡς ἐν τοῖς πυρετώδεσι νοσήμασιν ὅμοιόν τι συμπίπτει τοῖς κατὰ τὰς ἐκπυϊσκομένας φλεγμονάς. ὡς γὰρ ἐκεῖ κατὰ τὰς γενέσιας τοῦ πύου οἵ τε πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ μάλιστα συμβαίνουσιν, οὕτως κἀνταῦθα πεττομένων τῶν τοὺς πυρετοὺς ἐργαζομένων χυμῶν. οὕτως γ' οὖν κἀπὶ τοῦ Ἀναξίωνος, ὅσον ἐκ τῆς προτέρας κρίσεως τῆς ἐλλιποῦς ὑπελείπετο ἄν, τοῦτ' αὖθις ζέσαν ἐν τῷ τῆς πέψεως καιρῷ τὸν πρὸ τῆς κρίσεως ἐγέννησε πυρετόν. ὅτι δὲ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐργαζομένης αὐτὸ καὶ οὐχὶ τῆς πυρεκτικῆς, οὐχ ἥκιστα καὶ ἡ τῶν ἡμερῶν ἐνεδείξατο φύσις. πρώτη μὲν γὰρ ἡ ἑνδεκάτη χρηστὴς μὲν, ἀλλ' ἀμυδρᾶς

vigeſimo rediit febris, tuſſit, eduxit concocta multa, urinis multum ſedimentum album, ſine ſiti reſtitit. Nam quum antea dixiſſet quod in tempore intermedio poſt vigeſimum diem et ſitis remanſit et a pulmone non erant bonae expurgationes, deinceps inquit quod in ſeptimo et vigeſimo die facta recidiva febricitavit, ſine ſiti autem reſtitit et bona expuere coepit, in urinis ſubſidentiam habebat multam atque albam. Hoc igitur eſt quod prius dicebatur, quod videlicet in morbis febrilibus tale quid accidit, quale in iis quae ſuppurant inflammationibus. Sicuti enim ibi, quum generatur pus et dolores et febres praecipue contingunt, ita et hic dum concoquuntur humores qui febrem inducunt. Sic igitur et in Anaxione, quantum ex prima illa criſi defecta relictum erat, hoc rurſus effervescens in coctionis tempore, illam quae anteceſſit fecundam criſim febrem generavit. Hoc vero a naturali calore, non autem febrili proveniſſe, dierum natura non minime indicabat; primum enim undecimus bonam, ſed

Ed. Chart. VIII. [404.] Ed. Baſ. III. (402.)

ὑπῆρξατο πέψεως. εἶθ' ἡ ἑπτακαιδεκάτη σαφέστερον ὑπέδειξε σημεῖον πέψεως. εἶθ' ἡ εἰκοστὴ κρίσιν ἐλλιπῆ. μετὰ δὲ ταύτην ἡ ἑβδόμη καὶ εἰκοστὴ τελείας πέψεως ἤνεγκε γνώρισμα. διὰ τοῦτο οὖν ἐπιφέρων ἐρεῖ· τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ ἵδρωσε δι' ὅλου, ἀπύρετος ἐγένετο, ἐκρίθη πάντῃ. δῆλον γὰρ ὡς ἐν ταῖς ἑπτὰ ταῖς μετὰ τὴν ἑβδόμην καὶ εἰκοστὴν ἐπέφθη τε ἅμα καὶ ἐξεκρίθη σύμπαντα τὰ τοῦ νοσήματος αἴτια, διὰ μὲν τῶν οὔρων τὰ τοὺς πυρετοὺς ἐργαζόμενα, διὰ δὲ τῶν πτυσμάτων τὰ κατὰ τὸν θώρακα. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ τοῦδε τοῦ λόγου πρός τε τὰ παρόντα καὶ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι, καὶ τὰ τρία ταῦτα ἡγεῖσθαι ἀλλήλων διαφέροντα, τήν τε ἀμυδρὰν πέψιν καὶ τὴν σαφῆ καὶ τὴν τελείαν. ἀμυδρὰ μὲν γὰρ κατὰ τὴν ιά, σαφὴς δὲ κατὰ τὴν ιζ, τελεία δὲ κατὰ τὴν ζ καὶ εἰκοστὴν ἐγένετο, μεθ' ἣν ἐν ἑπτὰ ταῖς ἀπάσαις ἡμέραις ἡ νόσος ἐλύθη, καὶ οὕτως ξύμπας ὁ καιρὸς ἀκμὴ ἐγένετο, καθάπερ ἐν τοῖς ἑφεξῆς ἔτι σαφέστερον ἐπιδειχθήσεται. τοῦτο οὖν τὸ πτύελον, ὃ κατὰ τὴν ἑβδόμην καὶ εἰκοστὴν ἐφάνη, εἴπερ ἐφάνη κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας τοῦ νοσήματος μετὰ

obſcuram incepit coctionem; deinde decimusſeptimus ſignum coctionis manifeſtius oſtendit; deinde vigeſimus criſim imperfectam, poſt hunc vero ſeptimus et vigeſimus integrae coctionis indicia dedit. Propterea ſubinferens inquit: *Quarto et trigeſimo die ſudavit per totum, ſine febre reſtitit, atque ex toto judicatus eſt.* Liquet enim quod in trigeſimo quarto die, qui ſeptimus eſt poſt ſeptimum et vigeſimum, concoctae ſunt ſimul et excretae omnes morbi cauſae, per ſputa vero quae in thorace. Oportet autem hujus meminiſſe ſermonis et ob praeſentia et ob illa quae dicenda ſunt, et haec tria invicem differre arbitrandum et obſcuram coctionem et manifeſtam atque perfectam; obſcura enim undecimo, manifeſta vero decimoſeptimo, perfecta vero vigeſimoſeptimo facta eſt; poſt quem in omnibus ſeptem diebus morbus ſolutus eſt, et ſic totum hoc tempus ſtatus, quemadmodum et in ſequentibus manifeſtius oſtendemus. Hoc igitur ſputum, quod ſeptimo et vigeſimo die apparuit, ſi quidem in primis morbi diebus apparuiſſet cum urinis bonum ſedi-

Ed. Chart. VIII. [404. 405.] Ed. Baſ. III. (402.)

τῶν τὴν χρηστὴν ὑπόστασιν ἐχόντων οὖρον, οὐκ ἐνεδέχετο μὴ οὐ κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα κριθῆναι τὸ νόσημα. πρώτας δ' ἡμέρας δηλονότι τοῦ νοσήματος εἶπον ἃς ἡ πρώτη τετρὰς διορίζει.

Κεφ. ιθ'. Καὶ γὰρ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον ἐν τούτῳ περιγράφεσθαι τῷ καιρῷ πρόσθεν ἔλεγον. καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ ἐν τοῖς πλευριτικοῖς, πτύελον αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται ἀρχομένου μὲν βραχύνει. τριχῶς γὰρ τῆς ἀρχῆς λεγομένης, καθ' ἕνα μὲν τρόπον τῆς πρώτης εἰσβολῆς τῆς ἁπλῆς, ἢ τῆς ἁπλατοῦς, [405] καθ' ἕτερον δὲ τῆς εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν ἐκτεταμένης, ἣν μόνην ὁ Θεσσαλὸς ὀνειρώττειν μοι δοκεῖ, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τῆς ὡς μέρος ὅλου τοῦ νοσήματος, ἣν τὰ τῆς σαφοῦς πέψεως ὁρίζει σημεῖα. καὶ περὶ πασῶν ὁ Ἱπποκράτης ποιεῖται τὸν λόγον, ὡς ἐκ τῶν προγεγραμμένων ἐστὶν δῆλον, ἔν τε τοῖς ἐφεξῆς ὑπομνήμασιν ἐναργέστερον ἐπιδειχθήσεται. νυνὶ δὲ ὅτι τὴν κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον ἀρχὴν ἐδήλωσεν, ὁπότε τοῖς πλευριτικοῖς τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπιφαινόμενον πτύελον βρα-

mentum habentibus, fieri non potuiſſet quin in prima ſeptimana morbus judicaretur. Primos voco dies morbi quos primus quaternarius coërcet.

Cap. XIX. Et primum igitur morbi principium juxta ſecundum ſignificatum in hoc circumſcribi tempore prius dicebam, et hoc eſt quod inquit: *In pleuriticis ſputum ſi ſtatim appareat, incipiente morbo ipſum breviorem facit.* Nam quum principium triplex dicatur, ſecundum unum quidem modum de primo inſultu, qui ſimplex eſt et latitudine caret, ſecundum alterum vero de eo, quod ad tertium extenditur diem, quod ſolum mihi ſomniare videtur Theſſalus, et praeter haec etiam id, quod tanquam pars accipitur totius morbi, quod manifeſtae coctionis ſigna definiunt, de omnibus his Hippocrates verba facit, quemadmodum ex iis quae antea ſcripſimus liquet et in ſequentibus commentariis manifeſtius oſtendetur. Quod vero juxta ſecundum ſignificatum principium oſtenderit, quum dixit id ſputum, quod in pleuriticis apparcat in principio breviorem facere, neminem latere ar-

Ed. Chart. VIII. [405.] Ed. Baf. III. (402.)

χύνειν ἔφησε, πρόδηλον, οἶμαι, γέγονε. περὶ μὲν δὴ τούτου κἂν τοῖς ἑφεξῆς ἤδη διαιρήσομαι. ὅπως δ' ἄν τις ἢ παροῦσαν ἤδη καὶ συμπεπληρωμένην τὴν ὡς μέρος ὅλου τοῦ νοσήματος ἀρχὴν διαγινώσκειν, ἢ μέλλουσαν ἔτι συμπληροῦσθαι προγινώσκειν δύναιτο, σαφῶς μοι δοκῶ δεδεῖχθαι. τῆς μὲν γὰρ συμπεπληρωμένης βέβαιον σημεῖον ἡ σαφὴς πέψις ἐστὶ, τῆς μελλούσης δὲ ἥ τε τοῦ νοσήματος αὐτοῦ φύσις ἥ θ' ὥρα τοῦ ἔτους, ἥ θ' ἡλικία τοῦ κάμνοντος, ἐξ ἐπιμέτρου δὲ καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ νοσεῖ, καὶ ὁ τρόπος τῆς προγεγενημένης διαίτης, ὑγιαίνοντος ἔτι τοῦ κάμνοντος. εἰδικώτερα δὲ ἤδη γνωρίσματα τῆς μελλούσης ἔσεσθαι τελευτῆς τῷ πρώτῳ καιρῷ τῆς νόσου τὰ τῆς πέψεώς ἐστι σημεῖα. καὶ ὡς χρὴ ταῦτα προγινώσκειν ὀφηνίκα μάλιστα γενήσεται, ῥηθήσεται μὲν ἐπιμελέστερον ἔτι καὶ διὰ τῶν ἑξῆς. εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν, ὡς ἐπισκέπτεσθαι χρὴ πόσον ἀπολείπεται τὰ παρόντα τῆς ἀπεψίας σημεῖα τῶν ἐσομένων ἐν τῇ σαφεῖ πέψει, τίς τε τοῦ νοσήματος ὁ τρόπος ἐστὶ τῆς κινήσεως, τοῦτ' ἔστιν εἴτ' ὀξέως, εἴτε ἀργῶς καὶ οἷον τυφόμενον κινοῖτο. χρησιμώτατον δ' εἰς

bitror, ſed hoc etiam in ſequentibus diſtinguemus Quo pacto vero quiſpiam aut jam praeſens atque perfectum id, quod tanquam totius pars morbi principium accipitur, cognoscere queat, aut jam ſiniturum praecognoscere, mihi jam videor demonſtraſſe. Nam jam perfecti principii manifeſtum et firmum eſt ſignum coctio manifeſta, ſinituri autem et ipſius morbi natura et tempus anni et aetas laborantis, praeterea autem et regio in qua aegrotat, et modus ejus qui anteceſſerit victus, quum nondum morbo correptus eſſet. Specialiora vero indicia futuri finis primo morbi tempore coctionis indicia ſunt. Et quo pacto haec praecognoscere oporteat, quando maxime futura ſint, dicetur quidem diligentius et in iis quae ſequuntur, dicetur autem et nunc quod conſiderare oportet, quantum diſtant praeſentia cruditatis ſigna ab iis quae aderunt in manifeſta coctione, et quisnam ſit in morbo motus, hoc eſt utrum acute aut tarde ac veluti ſuccenſus moveatur. Utiliſſimum vero

Ed. Chart. VIII. [405.] Ed. Baſ. III. (402.)

ταῦτα, μᾶλλον δὲ καὶ ἀναγκαιότατόν ἐστιν ἀκριβῶς ἐπίστασθαι διαγινώσκειν, ὁπόσον ἀλλήλων ἀπολείπεταί τε καὶ πλεονεκτεῖ τά τε τῆς ἀπεψίας καὶ τὰ τῆς πέψεως σημεῖα. καὶ γὰρ καὶ τὰ τῆς ἀπεψίας οὐ σμικρὰν ἔχει πρὸς ἄλληλα τὴν διαφορὰν, καὶ τὰ τῆς πέψεως ἔτι δὴ μᾶλλον. εἰ μὲν δὴ τὰ τῆς παντελοῦς ἀπεψίας γνωρίσματα κατὰ τὴν πρώτην τετράδα παραμένει, μακρὸς ὁ τῆς ἀρχῆς ἔσται τῷ τοιούτῳ νοσήματι καιρός· εἰ δέ γε τὰ τῆς ἀμυδρᾶς μετρίως ἐν αὐτῇ φανείη, μακρὸς μέν ἐστι καὶ οὗτος, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως τῷ πρόσθεν. εἰ δὲ βραχέα τὰ τῆς ἀπεψίας εὖη σημεῖα, καὶ τὸ μέλλον ἔσται τῆς ἀρχῆς ὀλίγον. ἐπὶ δὲ τούτοις ἔτι κἀκεῖνα χρὴ προστιθέναι τὰ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένα χρόνου πλείονος ὑπάρχειν ἐνδεικτικά, περὶ ὧν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ἑφεξῆς ὁ λόγος ἡμῖν ἔσται. νυνὶ δὲ παραδείγματος ἕνεκα τοῦδε τοῦ ἀφορισμοῦ μνημονεύσωμεν. οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες σὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ θάνατον, σὺν πραϋτέρῳ δὲ μῆκος πόσου σημαίνουσι. ἐὰν γὰρ ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις, ἔτι τῶν τῆς ἀπεψίας σημείων ἐπικρατούντων, ἐπιφαίνηταί τινα τοιαῦτα, προσθήσει τῷ χρόνῳ τῆς

ad haec, imo vero ſummopere neceſſarium eſt exquiſite ſcire dignoscere quantum invicem ſuperant ac ſuperantur et coctionis et cruditatis ſigna, nam et cruditatis ſigna non parvam inter ſe habent differentiam, adhuc autem magis et coctionis. Si quidem integrae cruditatis indicia in primis quatuor diebus permaneant, longum erit huic morbo principii tempus, ſi vero obſcurae mediocriter in ipſo apparuerint, longum quidem et hoc erit, ſed non priori ſimiliter; ſi autem parva fuerint cruditatis ſigna, futurum etiam principii tempus ſtatim erit. His addenda ſunt et illa quae ab Hippocrate dicta ſunt longioris temporis eſſe ſignificativa, de quibus in ſequentibus nobis plenior erit ſermo. Nunc ergo gratia exempli hujus aphorismi meminerimus: *Frigidi ſudores cum acuta quidem febre mortem ſignificant, cum mitiori vero morbi diuturnitatem.* Nam ſi in primis diebus praevalentibus adhuc cruditatis ſignis aliqua talia ſigna apparuerint, principii tempori addent, et liquet etiam

Ed. Chart. VIII. [405. 406.] Ed. Baf. III. (402. 403.)

ἀρχῆς. καὶ δηλονότι τὰ τῆς ἀναβάσεως ἔσται μακρότερα. καὶ ἡ ἀκμὴ κατὰ ταὐτὰ μετὰ χρόνον ἀπαντήσεται πάμπολυν. οὕτω δὲ καὶ ἡ λύσις τοῦ νοσήματος.

Κεφ. κ'. Ὥστ' οὐ μόνου τοῦ πρώτου καιροῦ κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας ἔξεις τινὰ τεχνικὸν στοχα(403)σμὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐφεξῆς. ἀκριβέστερον δὲ ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐτὸν προγνώσῃ, ταῖς ἐφεξῆς τετράσι προσέχων τὸν νοῦν. ἡ γὰρ ἐπιδείξασα πρώτη τὸ τῆς πέψεως σημεῖον ἀμυδρὸν αὐτή σοι σαφέστερον ἐνδείξεται τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ἀρχῆς, εἰδότι γε τοῦτ' ἤδη βεβαίως, ὅτι σύμπας ὁ χρόνος, ὁ μήπω μηδὲν ἔχων σαφὲς σημεῖον πέψεως, ὁ πρῶτός ἐστι τῶν τεσσάρων καιρῶν τοῦ [406] νοσήματος, ὃν ἀρχὴν ὀνομάζομεν, εἰ γὰρ πρὸς τοῦτο ἀποβλέπεις, οὐδὲν ἔτι χαλεπὸν ἐξευρεῖν, εἰ ἐν τοσαῖσδε ταῖς πρώταις ἡμέραις ἀπεχώρησε τῶν κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν φανέντων τοσῶνδε, πόσαις ἔτι τὸ ὑπόλοιπον ἄχρι τῆς σαφοῦς πέψεως ἀνύσει· ἐκεῖθεν δ' ἄρχεται μὲν ἡ ἀνάβασις, ἤτοι δὲ ἐλλιπής τις ἐπιφανεῖται κατὰ ταύτην ἡ κρίσις, ὡς ἐπὶ τοῦ πλευριτικοῦ παρεθέμην ὀλίγον ἔμπροσθεν,

quod tempus incrementi longius erit, atque eadem ratione ſtatus poſt multum tempus occurret, ſic autem et morbi ſolutio.

Cap. XX. Quare non ſolum primi temporis in primis diebus aliquam habebis artificioſam conjecturam, ſed etiam ſequentium. Exquiſitius autem et magis ipſa praecognosces, ſi ſuccedentibus quartanariis mentem adhibueris. Nam primus qui obſcurum coctionis ſignum oſtendit, ipſe manifeſtius reliquum principii tempus indicabit: quum jam hoc tibi ſine ulla dubitatione conſtabit, quod univerſum illud tempus, in quo nullum eſt manifeſtum coctionis ſignum, primum eſt ex quatuor morbi temporibus, quod nos principium nominamus. Nam ſi ad hoc reſpexeris, nihil erit amplius difficile invenire, ſi in tot primis diebus ab iis quae primo die apparuerunt tot jam praeterierint, quot adhuc erunt reliqua tranſigenda usque ad manifeſtam coctionem. Inde autem incrementum incipit, ſed in hoc vel aliqua defecta criſis apparebit, quemadmodum paulo antea in pleu-

Ed. Chart. VIII. [406.] Ed. Baſ. III. (403.)

ἢ εἴπερ ἀναμείνειε τὸ νόσημα τὴν τελείαν ἀκμὴν, οὕτω καὶ ἡ κρίσις ἐστὶ τελεία. πολλάκις δὲ οὐδὲ γίνεται ἡ κρίσις οὐδεμία μετὰ τὸν τῆς ἀκμῆς καιρὸν, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ λύεται τὸ νόσημα, χρόνῳ πλείονι πεττόμενον. ὅπως δὲ χρὴ πρὶν γενέσθαι ταῦτα προγινώσκειν ἐσόμενα, διὰ τῶν ἐφεξῆς ὑπομνημάτων εἰρήσεται. δείξω γὰρ ἐν αὐτοῖς σαφῶς πηνίκα μὲν ἐν ταῖς ἀναβάσεσι, πηνίκα δὲ ἐν ταῖς ἀκμαῖς κρίνεται τὰ νοσήματα, πηνίκα δ' οὐδόλως κριθέντα, κατὰ βραχὺ πεττόμενα, λύεται. καὶ δῆλον ὡς τὴν μὲν τοιαύτην λύσιν οὐκ ὀνομάζω κρίσιν· εἰ δέ τις ἀθρόα γίνηται μεταβολὴ, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι τὴν προηγουμένην αὐτῆς ταραχὴν οὕτως προσαγορεύω, καὶ δὴ καὶ τὰς τούτων προγνώσεις ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐρῶ. κάλλιον γὰρ οὐ μόνον ὅτι κατὰ τόνδε τὸν καιρὸν ἡ νόσος ἀθρόαν ἔξει τὴν λύσιν, ἀλλὰ καὶ πότερον μετὰ μεγάλου τινὸς ἀγῶνος, ἢ χωρὶς σάλου τε καὶ κινδύνου παντὸς, ἐπίστασθαι. ταῦτ' οὖν ἅπαντα διὰ τῶν ἐφεξῆς ὑπομνημάτων ἐπιδειχθήσεται, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι προγνώσεις κρίσεων ἀγαθων τε καὶ

riticis oſtendi, vel ſi morbus expectaverit integrum ſtatum, ſic et criſis integra erit. Saepius vero neque ulla fit criſis in ſtatus tempore, ſed paulatim morbus ſolvitur, longo tempore coctionem recipiens. Quo pacto autem, antequam fiant haec, futura praecognoscere oporteat, in ſequentibus commentariis explicabitur; nam in ipſis liquido oſtendam, quando in incrementis, quando etiam in ſtatibus morbus criſim habeat et quando, ſine ulla omnino criſi paulatim coctus diſſolvatur. Et clarum eſt quod hujusmodi ſolutionem neque criſim nomino, ſi qua vero confertim fiat permutatio, et multo magis adhuc eam agitationem quae ipſam praecedit, ita appellare conſuevi. Equidem harum quoque praecognitiones in ſequentibus dicam. Melius enim eſt non ſolum, quod in tempore integram morbus habebit ſolutionem, ſed etiam utrum cum magno aliquo certamine, vel ſine vexatione atque periculo aliquo intelligere. Haec igitur omnia in ſequentibus commentariis oſtendentur et praeterea bonarum et malarum criſium praecognitiones, perfectarum

Ed. Chart. VIII. [406.] Ed. Baſ. III. (403.)

κακῶν καὶ τελείων καὶ ἀτελῶν. ἐν ἀρχῇ δ' αὐτῶν πάντων προτάξω διαγνώσεις αὐτῶν τῶν εἰσβαλλόντων νοσημάτων. ἐπειδὴ γὰρ ἀπό τε τοῦ νοσήματος ἔφαμεν χρῆναι διαγινώσκειν τι περί τε τῶν καθόλου καιρῶν καὶ προσέτι τῆς ὥρας τοῦ ἔτους καὶ τῶν ἄλλων ὧν εἴπομεν, εἰ μὴ συμπάντων αὐτῶν εἰδείημεν διάγνωσίν τινα, εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ὅμοιόν τι πεισόμεθα τοῖς πολλοῖς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν. ὡς γὰρ κἀκεῖνοι δι' ἀλλήλων ἑκάτερον τῶν ἀγνοουμένων διδάσκειν ἐπιχειροῦσιν, ἢ διὰ τοῦ μᾶλλον ἀγνώστου τὸ σαφέστερον, οὕτως καὶ ἡμεῖς ποιήσομεν, ἂν μὴ τοῦ νοσήματος ἑκάστου τῆς ἰδέας εὐθὺς ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἔχωμέν τινα διάγνωσιν. ἄριστον μὲν οὖν ἐστιν εἰ κατ' αὐτὴν τὴν πρώτην ἡμέραν, καὶ τοῦτο μυριάκις ἐδείξαμεν ἤδη δυνατὸν ὑπάρχειν καὶ τριταίας τε καὶ τεταρταίας καὶ ἀμφημερινὰς περιόδους, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν διαγνόντες. εἰ δέ ποτε μὴ οἷόν τε εἴη σαφῶς ἐν ταύτῃ διαγνῶναι, στοχασμὸν μὲν ἤδη τινὰ τεχνικὸν ἕξομεν, ἐξ οὗ καλῶς ὑπαρξόμεθα διαίτης. ἀκριβώσομεν δ' αὐτὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν, ἢ τρίτῃ γε πάντως, ἢ τετάρτῃ.

quoque ac imperfectarum. In horum vero omnium principio praeponam ipſorum morborum invadentium dignotiones. Quoniam enim et ab ipſo morbo diximus oportere quaedam de temporibus univerſalibus noſſe, ac praeterea a tempore anni et ab aliis quae diximus, niſi eorum omnium ſtatim a primo die aliquam habeamus cognitionem, ſimile quiddam multis medicorum juniorum patiemur. Nam ſicuti illi utrumque ignotorum alterum per alterum monſtrare conantur, vel quod notius eſt per id quod minus notum eſt, ſic et nobis accidet, niſi uniuscujusque morbi formam ſtatim a primo die aliquo modo dignoscamus. Optimum igitur eſt, ſi in ipſo primo die dignoscamus, et hoc millies jam fieri poſſe probavimus et tertianos et quartanos et quotidianos circuitus in primo ſtatim die agnovimus; ſi vero aliquando in hoc manifeſte dignosci non poſſit, tunc conjecturam aliquam artificioſam habebimus, ex qua bonam victus rationem inſtituere incipiemus, exactam autem notitiam aſſequemur in ſecundo die, vel omnino in tertio vel in quarto.

Ed. Chart. VIII. [406.] Ed. Baſ. III. (403.)

καὶ τοίνυν καὶ αὐτὸ τοῦτο κάλλιον ἂν εἴη δηλῶσαι καὶ δοῦναι γνωρίσματα τῶν τ᾽ εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἀκριβῶς διαγνωσθῆναι δυναμένων καὶ τῶν ἄχρι μὲν στοχασμοῦ τινος οὐκ ἀτέχνου κατελπιζομένων, ἀκριβῶς δ᾽ ἐν τῇ τρίτῃ τε καὶ τετάρτῃ διοριζομένων. αὖθις οὖν ἀπὸ τούτων πρῶτον ἀρξάμενοι κατὰ τὸ δεύτερον ὑπόμνημα καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου ὧν ὑπεσχόμεθα κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν ἀποδώσομεν.

Et hoc igitur ipſum melius fuerit oſtendere et praebere indicia eorum quorum a primo die ſtatim exquiſitam poſſumus habere cognitionem, eorumque etiam quae conjectura quadam non inartificioſa dignoscere ſperamus, ſed exacte in tertio et quarto discernimus. Rurſus igitur ab his primo auſpicati in ſecundo libro, reliqua etiam ſingula quae promiſimus convenienti ordine proſequemur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Chart. VIII. [407.] Ed. Baſ. III. (403.)

Κεφ. α'. Εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν εὐθὺς κατ' ἀρχὰς, ἀλλ' ἄμεινον ὑπομνῆσαι καὶ νῦν ὡς εἴτε τὴν σύμπασαν ἐν νόσῳ μεταβολὴν, εἴτε τὴν αὐθρόαν μόνην, εἴτε τὴν ἀγαθὴν, εἴτε τὴν προηγουμένην ἁπασῶν τῶν ὀξυρρόπων ἀλλοιώσεων ταραχὴν ὀνομάζειν ἐθέλοι τις κρίσιν, οὐ πρόκειταί μοι τανῦν διαιρεῖσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν τις ἄριστα ταύτας ἁπάσας ἤδη τε παρούσας διαγινώσκοι καὶ μελλούσας ἔσεσθαι προγινώσκοι, τοῦτ' εἶναι τὸ σπούδασμα τῷ λόγῳ τῷδε. ὃ δὲ μέγιστον ἤδη καὶ ἀναγκαιότατον ἀποδείξαντες εἰς ἅπαντα τὰ

GALENI DE CRISIBVS LIBER II.

Cap. I. Dictum quidem et jam antea eſt ab initio, ſed et nunc etiam melius eſt meminiſſe, quod ſive univerſam in morbo mutationem, ſive ſubitam tantum, ſive bonam, ſive eam quae antecedit omnes ſubitas alterationes, perturbationem quispiam velit nominare criſim, non meum eſt hoc in loco propoſitum definire, ſed quo pacto optime quispiam has omnes jam praeſentes dignosceret et futuras adhuc praecognosceret, id eſt hujusmodi ſermonis inſtitutum. At quum maximum ac ſummopere neceſſarium ad haec omnia

Ed. Chart. VIII. [407. 408.] Ed. Baſ. III. (403.)

τοιαῦτα, τὸ διαγινώσκειν τε παρόντας ἤδη τοὺς καιροὺς τῶν νοσημάτων, καὶ μέλλοντας ἔσεσθαι προγινώσκειν, ἐφεξῆς ἑκάστου νοσήματος διαγνώσεις τε καὶ προγνώσεις ἐγράψαμεν. ἐπεὶ δὲ ἐκ πολλῶν αὐτὰς γινομένας ἀπεδείξαμεν, ὧν ἕν τι καὶ ἡ τοῦ νοσήματος ὑπῆρξε φύσις, ὅπως ἄν τις καὶ αὐτὴν ταύτην κάλλιστα κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν οἷός τ' εἴη γνωρίζειν, εἰς τόνδε τὸν δεύτερον ἀνεβαλλόμεθα λόγον. εἰ μὲν δή τις αὐτοῖς ἡμῖν παρέτυχεν ἐπὶ τῶν νοσούντων ἐκ τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ, καὶ ἀμφημερινὸν πυρετὸν καὶ τριταῖον καὶ τεταρταῖον καὶ ἡμιτριταῖον καὶ καῦσον, καὶ ἄλλα τινὰ νοσήματα προγινώσκουσιν, ἔργων τῆς θεωρίας εἴληφε βάσανον. εἰ δέ τις οὔπω παρεγίνετο προῤῥήσει τοιαύτῃ, δίκαιον δὴ τοῦτόν ἐστι μήτε θαυμάζειν ἤδη τὰ λεγόμενα, πρὶν κρῖναι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν, ἀλλὰ μηδὲ προκατεγνωκέναι, πρὶν ἀκοῦσαί τε σύμπαντος λόγου, καὶ τῇ πείρᾳ βασανίσαι. τὸ μὲν οὖν ἀκοῦσαί τε καὶ συνιέναι [408] τῶν λεγομένων ἁπάντων κοινόν. οὕτως γὰρ εἰρήσεταί μοι σαφῶς, ὡς μηδὲ λαθεῖν ἄν τινα. τὸ δὲ καὶ τῇ πείρᾳ κρῖναι τοὺς λόγους, εἰ μὲν ἡμῖν

jam demonſtraverimus, tum dignoscere praeſentia jam morborum tempora, tum praecognoscere futura, deinceps uniuscujusque temporis tum dignotiones tum praecognitiones ſcripſimus. Et quoniam eas ex multis fieri demonſtravimus, quorum unum eſt ipſius morbi natura, quo pacto et hanc optime quispiam poſſet dignoscere in hunc ſecundum librum tradere diſtuli. Si quispiam nobiscum affuit in curatione aegrotantium, ex prima acceſſione et quotidianam febrem et tertianam et quartanam et ſemitertianam et cauſum appellatum, plurimosque alios morbos praenoscentibus, ex ipſo opere hujus contemplationis habuit experientiam; quod ſi nunquam talibus praedictionibus interfuit, aequum eſt hunc neque admirari ea quae dicemus, antequam veritatem in ipſis experiatur, ſed neque etiam damnare, priusquam univerſo ſermoni noſtro auscultaverit, atque uſu ipſo exploraverit. Audire quidem atque intelligere ea quae dicuntur omnibus commune eſt; ita enim a me clare explicabuntur, ut neminem latere poſſint; ſermones autem noſtros experientia

Ed. Chart. VIII. [408.] Ed. Baſ. III. (403.)

μέλλει συμπαραγίνεσθαι, ῥᾷστον. εἰ δ' αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ βασανίζειν, οὐκ ἐθ' ὁμοίως εὐπετές. ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τοῖς σφυγμοῖς διαφορὰς ἠσκῆσθαι χρὴ διαγινώσκειν αὐτὸν ἀκριβῶς, ἁπάντων τε τῶν ἔργων τῆς τέχνης ἐμπειρίαν ἔχειν ἱκανήν. τὴν γὰρ ἀληθῆ θεωρίαν οὐκ ἐκ τῶν κακῶς ὑποκρινομένων, ἀλλ' ἐκ τῶν ὀρθῶς μεταχειριζομένων εὔλογον δοκιμάζεσθαι. τούτους οὖν μόνους ὁ λόγος ὅδε καὶ μαθητὰς προσίεται, καὶ κριτὰς, ὧν ἂν διδάξῃ, τίθεται. τοὺς δ' ἄλλους, ὅσοι τὴν ἰατρικὴν τέχνην εἰς τοσοῦτον ὕβρισαν, ὡς ἐξ μηνῶν εἶναι νομίζειν μάθημα, τούτους οὔτε κριτὰς οὔτε μαθητὰς προσίεται. τὸ μὲν γὰρ οὐ δύνανται, τὸ δ' οὐ βούλονται.

Κεφ. β'. Δεκτέον οὖν ἤδη πῶς ἄν τις ἐν τῇ ῥώτῃ τῶν ἡμερῶν, ἀκριβῶς διαγινώσκοι τοῦ νοσήματος τὴν φύσιν. ἡμέραν δηλονότι παρ' ὅλον τὸν λόγον εἰρησομένοις, οὐκ ἐκ τῆς ἡμέρας αὐτῆς μόνης συνεστῶσαν, ἀλλὰ κἀκ τῆς νυκτὸς χρόνου. καθάπερ οὖν καὶ τὸν μῆνα τριάκοντα ἡμερῶν εἶναι λέγομεν, οὐ μόνον τοῦτον τὸν χρόνον, ὃν ὑπὲρ τῆς γῆς ὁ

comprobare, ſi quidem nobiscum futurus eſt, illi erit quam facile, quod ſi ipſe per ſe ipſum explorare voluerit, non aeque expeditum. Verum et in pulſuum differentiis exercitatum eſſe oportet, atque omnium artis operationum ſufficientem habere experientiam, veram enim ſpeculationem non ex iis, quae male judicantur, ſed ex iis, quae recte pertractantur, aequum eſt comprobari. Hos igitur ſolos ad disciplinam, atque eorum, quae docentur, judicium ſermo noſter admittit, reliquos vero qui medicinae artem adeo dedecorarunt, ut eam ſex menſium fecerint disciplinam, hos neque judices, neque discipulos adhibet; alterum enim non poſſunt, alterum nolunt.

Cap. II. Dicendum jam igitur quo pacto quiſpiam in primo die morbi naturam exacte dignoscat. Diem autem per totum hunc ſermonem noſtrum in eo accipiemus ſignificatu, ut non ſolum lucem, ſed noctem etiam complectatur; ſicuti et menſem ex triginta diebus conſtare dicimus, non id tempus tantum, quo ſol ſupra terram fertur, appellantes

Ed. Chart. VIII. [408.] Ed. Baſ. III. (403. 404.)

ἥλιος φαίνεται προσαγορεύοντες ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς νυκτὸς αὐτοῦ προστιθέντες, οὕτως δέ πως καὶ τὸν ἐνιαυτὸν πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν εἶναί (404) φαμεν. ὥσπερ δὲ περὶ τοῦ τῆς ἡμέρας ὀνόματος, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸ σημαινομένου διήρηται, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον χρὴ μηνῦσαι καὶ περὶ τοῦ νοσήματος. ὅτι δὲ διάθεσίς τίς ἐστιν ἐνέργειαν βλάπτουσα, καὶ ὅτι διττὴ πολλάκις συνίσταται ἅμα. δέδεικται δ' ἄμφω ταῦτα ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς ὑπομνήματι. τὴν μὲν οὖν ἁπλῆν διάθεσιν οὐδεὶς τῶν ἀκριβῶς εἰδότων ἀγνοήσει κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν. ἴδια γὰρ ἔχει τὰ γνωρίσματα· τὴν δ' ἐπίμικτον οὐχ ἅπασιν ἐγχωρεῖ διαγνῶναι κατ' ἀρχάς. καὶ οὐδέν γε τοῦτο ἄτοπον εἰς διττῆς διαθέσεως ἐπίγνωσιν, ἡμερῶν δεηθῆναι δυοῖν. ὥσπερ καὶ εἰ τριττή τις εἴη, τριῶν. ἀλλὰ τό γε μίαν ἁπλῆν ἀγνοῆσαι διάθεσιν, ἄτοπόν τε καὶ δεινῶς αἰσχρόν. ἠσκῆσθαι τοίνυν ἁπάσας χρὴ τὰς ἁπλῶς διαθέσεις, ἑκάστην ἰδίᾳ τετελειωμένην τ'

diem, ſed etiam illi tempus noctis adjicientes; ſic enim annum quodammodo dicimus trecentos et ſexaginta quinque dies complecti. Sicuti autem de diei nomine et de ejus ſignificatu diſtinximus, eodem, ut arbitror, modo de morbi oſtendere oportet, quod eſt affectio quaedam praeter naturam laedens actiones et quod duplex ſaepe una conſiſtit. Haec vero utraque in libris de morborum differentiis ſunt demonſtrata. Simplicem itaque affectionem nemo, qui perſpicaci ſit intelligentia, in primo die ignorabit; habet enim propria indicia; eam vero, quae commixta eſt, non omnibus per initia contingit cognoscere. Neque vero abſurdum eſt ad duplicis affectionis cognitionem duobus opus eſſe diebus, ſicuti ſi triplex fuerit tribus; at vero unam ſimplicem ignorare affectionem, abſurdum et maxime turpe. Oportet itaque in omnibus ſimplicibus affectionibus exercitari, ut ſingulas ſeorſum et jam perfectas noscamus; nam niſi in hoc accurate antea laboraverimus, neque incipientem et parvam adhuc exiſtentem agnoscemus, ſicuti neque olivam vel ficum vel quercum nuper terra pullulantem poteris unquam

Ed. Chart. VIII. [408. 409.] Ed. Baſ. III. (404.)

ἤδη γνωρίζειν ἑτοίμως. εἰ μὴ γὰρ ἐν τούτῳ προγυμνάσαιο φιλοπόνως, οὐδὲ ἀρχομένην ἔτι, καὶ σμικρὰν οὖσαν διαγνοίης. ὥσπερ οὐδ' ἐλαίαν ἢ συκῆν ἢ δρῦν ἄρτι τῆς γῆς ἀνίσχοντα δύναιο ἄν ποτε διαγινώσκειν, ἀγνοῶν ἔτι τὰ τέλεια φυτά. τὸ δὲ τούτου μεῖζον, ὡς οὐδ' αὐτὰ τέλεια γινώσκειν ἁπλῶς ἀρκεῖ, ἀλλὰ χωρὶς μὲν τοῦ προγινώσκειν ἐκεῖνα τῶν νεογνῶν οὐδὲν ἂν ἰδίᾳ γνωρίσαις. οὐ μὴν οὐδ' εὐθέως τε καὶ πρώτως ἐντυχὼν νῦν, ἀλλ' ὡς καὶ τῶν τελείων ἕκαστον οὐκ ὀλιγάκις θεασάμενος ἱκανὸς διαγινώσκειν ἑτοίμως ἐγένου, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον χρή σε καὶ τῶν ἄρτι γεννωμένων ἕκαστον, οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις θεασάμενον ἱκανῶς αὐτῶν γενέσθαι γνώριμον. μὴ τοίνυν ἐάν τι τῶν τῇδε γεγραμμένων ἐπιχειρῶν ἀσκεῖν ἐν τῇ πρώτῃ πείρᾳ σφαλῇς, ἀπογινώσκειν εὐθὺς ὡς ἀδυνάτου, μηδὲ ἀποχωρεῖν τῆς μελέτης, πρὶν πάνυ [409] πολλάκις ἐν αὐτῇ γυμνάσασθαι. οὐδὲ γὰρ τοὺς τὴν τοξικὴν μελετῶντας, καίτοι πολλάκις ἁμαρτάνοντας τοῦ σκοποῦ, τό γε κατ' ἀρχὰς, ὅμως οὐδὲ τούτους ἀφισταμένους ὁρᾷς τῆς ἀσκήσεως, οὐδ' ἀθυμοῦντας ἀποτυχίας.

internoscere, ſi jam perfectas plantas ignoraveris: quod vero hoc etiam majus eſt, neque ipſas jam perfectas ſimpliciter cognoscere ſufficit, ſed niſi jam perfectas praecognoveris, nullum ex iis, quae nuper natae ſunt, ſeparatim internosces; non tamen neque ſtatim neque quamprimum quum in iſtas incideris, ſed ſicuti ex perfectis ſingulas non ſemel, neque raro conſpicatus, ſufficiens ad prompte cognoſcendum factus es, eodem, arbitror, modo te oportet et ex iis, quae nuper natae ſunt, ſingulas non ſemel neque bis, ſed ſaepius contemplando, ſufficientem ipſarum habere notitiam. Quare ſi quid eorum, quae in hoc loco ſcribuntur, ad exercitationem referre tentaveris, prima autem te experientia feſellerit, non propterea ſtatim deſperaveris, quaſi id aſſequi non poſſis; neque a meditatione recedas prius quam ſaepiſſime in eadem exercitatione perſtiteris. Neque enim qui ſagittandi artem meditatione aſſequi ſtudent, licet ſaepius in principio aberrent a meta, vides ob id ſuum exercitium demittere, aut propter aberrationem animo con-

Ed. Chart. VIII. [409.] Ed. Baſ. III. (404.)

ὁπότ᾽ οὖν τοξικὴν οὕτω σμικρὰν τέχνην, ὡς καὶ τοῖς ἀνδραπόδοις ἀσκεῖσθαι καλῶς, οὐ δυνατόν ἐστιν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς κατορθοῦσθαι, τί χρὴ νομίζειν ἐπὶ τῆς τῶν Ἀσκληπιῶν τέχνης, οὕτω μὲν πολλῆς θεωρίας δεομένης, οὕτω δ᾽ ἀκριβοῦς τε καὶ φιλοπόνου τῆς ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων τριβῆς; εἰ μὲν δή τις εἴης τῶν ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ταλαιπωρεῖσθαι προῃρημένων, ἅπαντα μὲν πρώτως ἔκμαθε ἀκριβῶς, τὰ λεγόμενα καθ᾽ ἕκαστον τῶν νοσημάτων, ἐφεξῆς δ᾽ ἐπὶ τῶν ἔργων ἄσκησον. εἶθ᾽ οὕτως ἐπιχείρει κρίνειν αὐτὰ, πότερον ἀληθῶς ἢ ψευδῶς εἴρηται. εἰ δ᾽ ἀταλαίπωρός τε καὶ ῥᾴθυμος εἶης, ἢ ταλαίπωρος μὲν ἀλλ᾽ εἰς τὰ χείρω, πλοῦτόν τε καὶ τιμὴν καὶ δύναμιν πολιτικὴν ἀληθείας προαιρούμενος, ἄμεινόν σοι μηδ᾽ ἅπτεσθαι τῆσδε τῆς θεωρίας, μηδ᾽ εἰς ἀνάπλεων βορβόρου φρέαρ ἐμβάλλειν ὕδωρ καθαρόν. ἀφανίσεις τε γὰρ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ φρέαρ οὐδὲν ὠφελήσεις. τὴν οὖν ἁπλῆν διάθεσιν ἑκάστου τῶν νοσημάτων, ἐπὶ γὰρ τὸν τῆς ἀληθείας ἑταῖρον ἤδη τρέψομαι, πρῶτον ἄσκησόν μοι γνωρίζειν αὐτὴν ἐφ᾽ ἑαυτῆς,

triſtari. Quando igitur ſagittandi artem, minimam exiſtentem, adeo ut etiam a mancipiis commode pertractetur, nemo ſtatim incipiens aſſequi integre poteſt, quid de arte Asclepiadum exiſtimare oportet, quae tam multa indiget contemplatione et tam exquiſita ac laborioſa in operibus exercitatione? Siquidem unus ex eorum numero fueris, qui pro rebus pulcherrimis atque honeſtiſſimis laborare inſtitueris, primum omnia, quae dicentur in ſingulis morbis, diligenter perdisces, deinde in ipſis operibus exercitaberis, deinde ita de his ferre ſententiam tentabis, nunquid vere aut falſo dictum ſit. Quod ſi, ut diximus, otioſam et ſocordem vitam egeris, vel laborioſam quidem, ſed circa deteriora, divitias, honorem et civilem potentiam veritati praeferendo, melius tibi fuerit, neque hanc contemplationem attingere, ne in plenum coeno puteum aquam puram infundas; nam et aquam corumpes, neque puteum quicquam juvabis. Simplicem igitur morborum ſingulorum affectionem, jam enim ad veritatis amicum me converto, primo ipſam per ſe ipſe ipſam

Ed. Chart. VIII. [409.] Ed. Baſ. III. (404.)

οὐκ ἐκ τῶν ἔξωθεν αὐτῇ προσκειμένων μόνον, ἅπερ οἱ πολλοὶ θεῶνται, ἀλλὰ πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἐκ τῶν κατὰ τὴν ἰδίαν οὐσίαν ὑπαρχόντων· ἐπεὶ δ' ἤδη καὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβεβηκότων. οἷον ἐπὶ τοῦ καλουμένου τριταίου μὴ τοῦτο μόνον ἐπισκέπτου, τὸ διὰ τρίτης γίνεσθαι τοὺς παροξυσμούς, εἰς ἀπυρεξίαν τελευτῶντας. εἰ γὰρ ἤτοι δύο τριταῖοι γενηθεῖεν, ἢ δύο τεταρταῖοι, καθ' ἑκάστην μὲν ἡμέραν οἱ δύο τριταῖοι· διὰ τρίτης δ' οἱ δύο τεταρταῖοι παροξύνονται, ἢ τοὺς δύο τριταίους ἕνα νομίσεις ἀμφημερινόν· ἢ τοὺς δύο τεταρταίους ἕνα τριταῖον. ἀλλὰ τὴν ἰδέαν ἐπισκοπεῖσθαί σε κελεύω τῶν πυρετῶν. οὔτε γὰρ ταῖς εἰσβολαῖς τῶν παροξυσμῶν ἐοίκασιν, οὔτε ταῖς ἀναβάσεσιν, οὔτε ταῖς ἀκμαῖς, οὔτε ταῖς παρακμαῖς, οὔτε τῇ ποιότητι τῆς θερμασίας, οὔτε τῇ κινήσει τῶν ἀρτηριῶν, οὔτε τοῖς ἐπιγινομένοις συμπτώμασιν. εἰ μὲν οὖν μηδέποτ' ἦν θεάσασθαι τριταῖόν τε καὶ ἀμφημερινὸν, αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν ἑκάτερον, ἄδηλος ἂν ἦν αὐτῶν ἡ διάγνωσις, ἐπεὶ δὲ καὶ τριταῖον, αὐτόν ἐστιν ἰδεῖν καθ' ἑαυτὸν, ἀρξάμενόν τε καὶ προελθόντα καὶ τελειωθέντα

cognoscere ſtudeas, ac circa hoc te exerceas non ex iis ſolum, quae ipſi extrinſece adiacent, qualis eſt contemplatio multorum, ſed primum quidem ac maxime ex iis, quae ſecundum propriam inſunt ſubſtantiam: deinde jam ex iis, quae ſaepius accidunt, veluti in ea febre, quae tertiana nominatur, non hoc tantum advertas, ſi tertio quoque die fiant acceſſiones in infebricitationem deſinentes; nam ſi duae tertianae fierent aut duae quartanae, duae quidem tertianae quolibet die, per tertium autem duae quartanae, accenduntur; quare vel duas tertianas unam putabis quotidianam, vel duas quartanas unam tertianam. Sed formamipſam febrium te inſpicere jubeo; neque enim in inſultibus acceſſionum ſimiles ſunt neque incrementis neque ſtatibus neque remiſſionibus, neque in caloris qualitate, neque in motu arteriarum, neque in iis quae ſuperveniunt ſymptomatis. Si ergo neque tertianam ipſam per ſe ipſam neque quotidianam unquam inſpicere licuiſſet, incerta foret earum dignotio, ſed quoniam et tertianam ſeparatim datur contemplari, exorſam et progreſſam et perfe-

Ed. Chart. VIII. [409. 410.] Ed. Baſ. III. (404.)

καὶ λνθέντα, καὶ ἀμφημερινὸν ὡσαύτως, οὐδέν ἐστιν χαλεπὸν ἀμφημερινοῦ ἑνὸς διακρῖναι δύο τριταίους.

Κεφ. γ'. Ἄρξαι δή μοι πρῶτον ἀσκεῖν ἀπὸ τῶν ἀκριβῶν τύπων. οὔτε γὰρ ἄλλο τι μάτην ὁ Ἱπποκράτης εἶπεν οὔθ' ὡς ὁ ἀκριβὴς τριταῖος ἐν ἑπτὰ περιόδοις κρίνεται τὸ μακρότατον. τίς οὖν ὁ ἀκριβὴς τριταῖος οὗτος; οὐδὲν γὰρ παρ' Ἱπποκράτους αὐτοῦ γνώρισμα γέγραπταί τι τοιοῦτον, οἷον καὶ τοῖς ἐπιτυχοῦσιν εἶναι πρόδηλον. ἀλλ' εἰ μέν σε χειραγωγήσαιμι, μαθήσῃ ῥᾳδίως τίνα λέγει τὸν ἀκριβῆ τριταῖον. [410] εἰ δ' ἐάσαιμί σε κυλινδεῖσθαι κατὰ τὰ βιβλία, πρὶν εἰσαχθῆναι προσηκόντως, οὐκ ἂν οὐ μόνον ἐκμάθοις οὐδὲν, οὔτε περὶ τριταίου τι χρηστὸν, οὔτ' ἄλλου τινὸς τῶν ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ παρακούσαις μυρίων. ὅταν οὖν ἀναγνῷς ἐν ἀφορισμοῖς τὰ πλεονάζοντα κατὰ τὸ θέρος νοσήματα πυρετούς τε εἶναι συνεχεῖς καὶ καύσους καὶ τριταίους πλείστους, πρῶτον μὲν αὐτὸ δὴ τοῦτο μὴ παρακούσῃς, τὸ ὡς θέρους μέμνηται οὐ τοῦ παρὰ φύσιν ἔχοντος, οἷον ἐν Κρανῶνί

ctam et ſolutam, eodemque modo quotidianam, non admodum difficile eſt ab una quotidiana duas tertianas diſtinguere.

Cap. III. Age igitur primum incipe exercitari in veris atque exquiſitis typis. Neque enim aliud quicquam fruſtra ſcripſit Hippocrates, neque illud etiam, *quod exquiſita tertiana in ſeptem circuitibus, quod longiſſimum eſt, judicatur.* Quaenam igitur eſt haec tertiana exquiſita? nullum enim ejus indicium ſcripſit Hippocrates tale, ut etiam vulgaribus eſſet manifeſtum. Sed ſi ego te manuduxerim, facile intelliges, quam vocet exquiſitam tertianam, ſi vero te per volumina circumvolvi permiſero, antequam commode introducaris, non modo nihil utile disces, neque de tertiana neque de aliquo alio morbo, ſed infinita erunt, quae obaudies. Quum igitur legeris in aphorismis, *morbos, qui tempore aeſtivo maxime abundant, eſſe febres continuas et ardentes et tertianas plurimas,* primum adverte, ne hoc ipſum male accipias, quod aeſtatem intelligit, non quae praeter naturam ſe habet, qualem aliquando ait fuiſſe in

Ed. Chart. VIII. [410.] Ed. Baſ. III. (404.)

ποτε γενέσθαι φησί, ὄντος καύματι λάβρῳ δι' ὅλου. ἀλλ' εἴ ποτέ τινα τάξιν καὶ κόσμον ἑκάστῃ τῶν ὡρῶν ἐνενόησας, ἀναμνήσθητί μοι καὶ νῦν, ὡς ὁ μὲν χειμὼν ἅπαντος τοῦ ἔτους ὑγρότατός ἐστι καὶ ψυχρότατος, ἐναντίως δ' αὐτῷ τὸ θέρος ξηρότατόν τε καὶ θερμότατον. εἰ δ' ἔμπαλιν ὁ μὲν χειμὼν ξηρός, ὑγρὸν δὲ γίγνοιτο τὸ θέρος, οὐ κατὰ φύσιν ἔχει τὰ τῶν ὡρῶν. οὐκ οὖν οὐδὲ τὰ θερινὰ νοσήματα τηνικαῦτα ἐν θέρει πλεονάσει. μὴ γάρ πω δόκει διὰ τὴν προσηγορίαν τῶν ὡρῶν ἕκαστον τῶν νοσημάτων γίνεσθαι τοῖον ἢ τοῖον, ἀλλὰ διὰ τὴν περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσιν. ὡς γὰρ ἂν οὗτος ἔχῃ φύσεως, οὕτω καὶ ἡμᾶς διατίθησι. κατὰ τοῦτο οὖν ἔλεγεν ὁ Ἱπποκράτης ὁπόταν ἔαρ ὅμοιον τῷ φθινοπώρῳ γένηται, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι δεῖ. θερμὴν δέ τινα καὶ ξηρὰν κατάστασιν ἔχειν χρὴ τὸ θέρος, ἐπειδὰν ἀκριβῶς διασώζῃ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. ἀλλ' εἴπερ οὕτω τοῦτ' ἔχει, δῆλον, ὡς τὸ μάλιστα τοιοῦτον θέρος πλείστους οἴσει τριταίους πυρετούς. ἆρ' οὖν ὥρα μὲν ἡ θερμὴ καὶ ξηρὰ τριταίων

Cranone, *quum pluviae violentae per aeſtum toto tempore descendiſſent,* ſed ſi ordinem aliquem ac modum in ſingulis temporum ſtatibus annotaſti, tu nunc ad memoriam revoca, quod hiems quidem prae omnibus anni temporibus humidiſſima eſt ac frigidiſſima, contraria vero aeſtas ipſi eſt calidiſſima atque ſicciſſima. Si vero contra hyems quidem ſicca, aeſtas vero humida fuerit, temporum ſtatus haud ſecundum naturam ſe habet. Neque igitur aeſtivi morbi tunc tempore aeſtatis graſſabuntur, neque enim exiſtimare debes, quod propter anni temporum appellationes, ſinguli morbi accidant, tales ſcilicet vel tales, ſed propter ambientis aëris temperiem; ut enim naturam habuerit, ita etiam nos afficiet. Secundum hoc igitur ajebat Hippocrates, *Quum ver autumno ſimile factum fuerit, autumnales morbos expectare oportet.* Calidam autem et ſiccam temperiem aeſtatem habere oportet, quando exquiſite ſuam naturam ſervaverit. Sed ſi hoc ita ſe habeat, liquet, quod aeſtas, quae maxime talis exiſtit, plurimas afferet febres tertianas. Nunquid igitur ſtatus temporis calidus et ſiccus magnum proventum feb-

Ed. Chart. VIII. [410.] Ed. Baſ. III. (404. 405.)

πυρετῶν εὔφορος, ἡ χώρα δ' οὐχ ὁμοίως ἡ θερμὴ καὶ ξηρὰ τῆς ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς εὐφορωτέρα; παντί που δῆλον· τί οὐχὶ καὶ τοῦ κάμνοντος ἡ κρᾶσις αὐτοῦ; καὶ τοῦτ' ἀναγκαῖον. εἰ δὲ καὶ διαιτηθείη θερμότερόν τε καὶ ξηρότερον, ὅπερ ἐστὶν ἐν πόνοις μὲν πλείοσι καὶ ἀγρυπνίαις καὶ φροντίσι καὶ λύπαις, ἐδέσμασί τ' ἐλάττοσί τε καὶ χολωδεστέροις, ἆρ' οὖν οὐχὶ καὶ κατὰ ταῦτα χολωδέστερος ἂν αὐτὸς ἑαυτοῦ γένοιτο, καὶ δηλονότι θερμότερός τε καὶ ξηρότερος; ὅτι μὲν γὰρ ἐπὶ θερμοῖς καὶ ξηροῖς αἰτίοις ἡ ξανθὴ χολὴ πέφυκεν ἀθροίζεσθαι, παρ' Ἱπποκράτους ἐμάθομεν, ἄλλοθί τε πολλαχόθι κἀξ ὧν ἐν θέρει πλεονάζειν αὐτὴν φησι. ταῦτ' εἴρηταί μοι· καὶ τριταίου πυρετοῦ γένεσιν ἤδη μεμάθηκας. ὃς γὰρ ἂν ἐν θέρει μὲν γένηται, καὶ τούτῳ μάλιστα θερμῷ τε καὶ ξη(405)ρῷ, τοιοῦτον δὲ ᾖ καὶ τὸ χωρίον, καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος φύσις ὁμοία, καὶ τὰ πρόσθεν διαιτήματα πρὸς ταῦτ' ἄγοντα, τριταῖος οὗτος δύναται εἶναι. καὶ μὴν ἄχρι γε τούτου χολώδη πυρετὸν ἐγεννήσαμεν τῷ λόγῳ, τριταῖον δ' οὔπω δεόντως. εἰ γὰρ συνεχεῖς καὶ καύσους καὶ τριταίους πλείστους αὐτό τε θέρος ἕκαστόν τε τῶν εἰρημένων αἰτίων ἀπεργάζεται, κοινὴ

rium tertianarum efficiet, regio autem calida et ſicca non etiam plus quam frigida et humida earundem ferax erit? hoc etiam omnino clarum eſt. Sed nonne et aegrotantis temperies? hoc quoque eſt neceſſarium. Quod ſi victu calidiori ac ſicciori etiam uſus fuerit, hoc eſt laboribus atque vigiliis et curis atque triſtitiis, cibisque paucioribus ac biliioſioribus, nonne etiam in his ipſe ſe ipſo biliioſior reddetur et ideo calidior et ſiccior? nam quod ex cauſis calidis ac ſiccis flava bilis congeri conſuevit, didicimus ab Hippocrate, tum ex multis aliis, tum ex iis, quibus eam exuperare aeſtate dicit. Haec a me dicta ſunt et jam tertianae febris generationem didiciſtis. Quae enim aeſtatis tempore, eoque praecipue calido et ſicco advenerit, quum etiam regio talis fuerit et laborantis natura ſimilis et victus qui anteceſſit ad idem ſpectaverit, haec poteſt eſſe febris tertiana. Et nos quidem hucusque biliioſam febrem ſermone genuimus, nondum autem tertianam et id jure. Nam ſi febres continuas et ar-

Ed. Chart. VIII. [410. 411.] Ed. Baſ. III. (405.)

μέχρι τοῦδε τοῖς καύσοις πυρετοῖς ἡ τοῦ τριταίου γένεσις. ἀτὰρ οὖν καὶ φαίνεται τοῦτό γε καὶ αὐτὸς ὁ παροξυσμὸς τοῦ τριταίου τῶν ὀξυτάτων τε καὶ καυσωδεστάτων πυρετῶν οὐδενὸς ἀπολείπεται. τί ποτ' οὖν διήνεγκεν; ὅτι τὴν χολὴν οὗτος μὲν εἰς ἅπαν τὸ σῶμα φερομένην ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο ῥίγος τε σφοδρὸν αὐτοῖς προσγίνεται, καὶ χολῆς ἔμετος ἐπιφαίνεται, καὶ τὰ οὖρα καὶ οἱ ἱδρῶτες αὐτοῖς χολώδεις εἰσίν. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τούτων ἑτέρωθι, τοῖς δ' ἄλλοις καύσοις πυρετοῖς, ὅσοι μὴ διαλείπουσιν, τῆς ξανθῆς χολῆς χυμὸς ἐδείκνυτο περιεχόμενος ἐν τοῖς ἀγγείοις ἅμα τῷ αἵματι. [411] καὶ ταύτῃ διαφέρουσιν οὗτοι τῶν τριταίων, εἰ καὶ τὸν ἐργαζόμενον αὐτοὺς χυμὸν ἔχουσι τὸν αὐτὸν, ὅτι τοῖς μὲν ἐντὸς τῶν φλεβῶν ἐστι, τοῖς δὲ σφοδρῶς κινούμενος ἐπὶ παντὸς τοῦ σώματος διασπείρεται τὰ μόρια· καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸς ἑαυτὸν ἐκκαθαίρει τῷ σφοδρῷ τῆς φορᾶς. αὕτη καὶ τοῦ παύεσθαι τὸν πυρετὸν ἐπὶ τοῖς ἱδρῶσί τε καὶ τοῖς ἐμέτοις ἡ αἰτία. τοῖς καύσοις δ' ἕκαστος τῶν κατὰ μέρος παροξυσμῶν

dentes et tertianas plurimas et aeſtas ipſa et aliae, quas antea commemoravimus, cauſae ſingulae faciunt, communis eſt usque ad haec cum febribus ardentibus tertianae generatio. Sed et hoc ita ſe habere videtur, et ipſa tertianae acceſſio ab acutiſſimis, maximeque ardentibus febribus nullo modo deſicit, ſed hoc differt, quod in hac per totum corpus bilis defertur, atque ideo vehemens ſit rigor, bilisque ſupervenit vomitus, urinaeque ac ſudores bilioſi ſunt, dictum vero de his alibi eſt, in aliis vero ardentibus febribus, quae nullam habent intermiſſionem, flavae bilis humor in vaſis una cum ſanguine contineri oſtendebatur. Atque hae ipſae a tertianis differunt, quamvis eundem, qui eas facit, humorem habeant, quod in his quidem intra venas continetur, in illis vero quum vehementer moveatur, per ſingulas corporis partes diſſeminatur, quo fit, ut delationes impetu ipſa per ſe ipſam expurgetur. Eadem cauſa eſt cur febris ſudoribus atque vomitibus finiatur: in ardentibus autem febribus ſingulae acceſſiones ad infebricitationem non perve-

Ed. Chart. VIII. [411.] Ed. Baf. III. (405.)

εἰς ἀπυρεξίαν οὐκ ἔρχεται, διὰ τὸ μηδ' ἐκκαθαίρεσθαι τὸν αἴτιον χυμόν. ἀλλ' ἐπειδὰν καὶ τούτοις ἡ χολὴ σφοδρότερον κινηθεῖσα καὶ οἷον ζέσασα, τὸ δέ τι καὶ πρὸς αὐτῆς τῆς φύσεως ῥωσθείσης ὠθουμένη πάντῃ τοῦ σώματος ἴῃ, ῥίγος τε προσγίνεται καὶ λύσις ἐπιγίνεται. ὑπὸ καύσου γάρ φησιν ἐχομένῳ ῥίγεος ἐπιγενομένου λύσις. ὅτι δ' οὐ μόνον τὸ ψυχρὸν αἴτιον, ἀλλὰ καὶ τὸ δριμὺ καὶ τὸ θερμὸν ἐργάζεσθαι ῥίγος δύναται, ἐν τοῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίοις ἀποδέδεικται, παραθεμένων ἡμῶν τούς τε διὰ δριμὺ καὶ θερμὸν φάρμακον ἐπιτεθὲν ἕλκει δηχθέντας σφοδρῶς, εἶτα ῥιγώσαντας, τούς τε περιττωμάτων πεπληρωμένους καπνωδῶν, εἶτ' εἰς βαλανεῖον εἰσελθόντας καὶ φρίξαντας. οὕτως γὰρ δὴ καὶ τοὺς πυρέσσοντας καὶ τοὺς ἀπεπτήσαντας σφοδρῶς, καὶ πάντας οἷς ἂν ᾖ τὸ σῶμα μεστὸν ἀκαθαρσίας δριμείας, ἐάν τ' εἰς βαλανεῖον εἰσέλθωσιν, ἐάν τ' εἰς χωρίον ἡλιούμενον σφοδρῶς, ἐάν τ' ἄλλην ἡντιναοῦν κίνησιν σφοδροτέραν κινηθῶσι, εὐθὺς μὲν φρίττοντας ὁρῶμεν· ἢν δὲ καὶ διατρίψωσιν ἐπὶ πλέον ἐν αὐτοῖς, εἰς ῥίγος τε καὶ κλόνον ἀγομένους, ὡς ἂν εἰς κίνησιν σφοδροτέραν, ἔν τε τοῖς βαλανείοις καὶ τοῖς γυμνασίοις

niunt, quoniam qui earum cauſa ſt humor non expurgatur. Sed quando in his bilis vehementius agitatur ac veluti effervescit, quumque impulſa a valida natura totum corpus pervaſerit, tunc rigor ſupervenit et febris ſolvitur; nam a febre ardente, inquit Hippocrates, habito ſuperveniente rigore ſolutio. Quod vero non modo cauſa frigida, ſed et acris et calida rigorem faciat, in libro de cauſis ſymptomatum oſtendimus, addentibus nobis eos qui calido atque acri medicamento ulceri impoſito vehementer morſi ſunt atque inde rigorem experti, et qui excrementis pleni fuliginoſis, deinde balnea ingreſſi horruerunt. Sic enim et febricitantes et qui vehementem cruditatem patiuntur et omnes quorum corpus ſuperfluitatibus acribus redundaverit, ſive balneum ſive loca vehementius a ſole calefacta ingreſſi fuerint, ſive quocunque alio citato motu agitentur, ſtatim quidem videmus horrere et ſi diutius in eisdem perſtiterint, ad rigorem concuſſumque perduci, quoniam ſcilicet ubi ad balnea at-

Ed. Chart. VIII. [411.] Ed. Baſ. III. (405.)

ἐρχομένων, τῶν τέως ἡσυχαζόντων περιττωμάτων. ἅπαντα γὰρ ταῦτα κινούμενά τε καὶ διὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων ἐπιφερόμενα νύττει τε καὶ κεντεῖ καὶ τιτρώσκει. κἀντεῦθεν τήν τε ἀνώμαλον αἴσθησιν καὶ τὸ ῥῖγος καὶ τὸν κλόνον ἐπιφέρει. ταυτὶ μὲν οὖν ἑτέρωθι λέλεκται. τριταῖος δὲ πυρετὸς ἔκγονος ὑπάρχων τῆς ξανθῆς χολῆς κινουμένης, εὐλόγως εὐθὺς καταρχὰς, ῥῖγος οὐκ ἀγεννὲς ἐπιφέρει, διαφέρων αὐτῷ τούτῳ πρῶτον τοῦ τεταρταϊκοῦ ῥίγους, τῷ κεντεῖσθαι δοκεῖν καὶ τιτρώσκεσθαι τὸν χρῶτα. τοιαύτη γὰρ ἐν τριταίοις πυρετοῖς ἡ τοῦ ῥίγους αἴσθησις, ὥσπερ ἐν τεταρταίῳ, κατάψυξιν ἔχουσα σφοδρὰν, ὁμοιοτάτην τῇ διὰ κρύος ἐν χειμῶνι γινομένῃ. ἐδείκνυτο γὰρ δὴ καὶ τῷ τεταρταίῳ πυρετῷ χολὴ μέλαινα πλεονάζουσα μάλιστα, καθάπερ ἐν τοῖς ἀμφημερινοῖς τὸ φλέγμα. τὸν οὖν ἀκριβῆ τριταῖον οὐκ ἐνδέχεται μὴ οὐ μετὰ ῥίγους σφοδροῦ γενέσθαι, νύττοντος καὶ τιτράσκοντος τὴν σάρκα. τεταρταῖος δὲ πυρετὸς οὐκ εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας εἰσβάλλει μετὰ ῥίγους σφοδροῦ· προϊόντι γὰρ αὐτῷ καὶ αὐξανομένῳ συναύξεται καὶ τὸ ῥῖγος, ἥτ' αἴσθησις οὐ

que exercitia ventum eſt, qui interim humores conquieverant, vehementius moveantur; hi enim omnes agitati et per ſentientia corpora violenter delati, ſtimulant, pungunt ac feriunt, atque hinc ſenſum inaequalem, rigorem concuſſumque invehunt. Haec quidem igitur alibi dicta ſunt. Tertiana vero febris, quae ex flava bile mota ortum habet, rationabiliter ſtatim ab initio rigorem affert non mediocrem, hoc ipſo primum a quartanario rigore differentem, quoniam pungi videtur ac vulnerari corpus, talis enim eſt in tertianis febribus rigoris ſenſus, ſicuti in quartana febre vehementem frigefactionem habet, qualis per gelu tempore hyberno ſentitur; nam et illud oſtenſum eſt, quod in quartana febre atra bilis redundat, ſicuti in quotidiana, pituita. Tertianam itaque exquiſitam febrem fieri non contingit ſine rigore vehementi pungente ac feriente carnem. Quartana autem febris non primo ſtatim die cum rigore invadit vehementi; nam progrediente ipſa atque aucta una etiam rigor augetur, ſenſusque aegrotantibus adeſt, non quaſi pungan-

Ed. Chart. VIII. [411. 412.] Ed. Baſ. III. (405.)

νυττομένων ἐστὶ τῶν καμνόντων, ἀλλὰ καταψυχομένων τε καὶ οἷον θλωμένων ἄχρι καὶ τῶν ὀστῶν. οὕτως γ' οὖν ἀκοῦσαι λεγόντων αὐτῶν ἐστι, ὡς ὀστοκόπῳ τε συνέχεσθαι καὶ συνθλᾶσθαι τὴν σάρκα φαντάζονται. τῶν δ' ἀμφημερινῶν οὐδὲ προηγεῖται ῥίγος, οὔτ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς οὔτε προϊόντων, ἀλλὰ περιψύχονται μόνον. ἆρ' οὖν ταῦτα μόνα τὰ γνωρίσματα τῶν τριταίων πυρετῶν ἐστιν, ἢ καὶ τὰ τῶν σφυγμῶν, οὐδὲν οὐδ' ἐγγὺς ἔχει τοῖς τεταρταίοις; οὗτοι μὲν γὰρ μικροὺς καὶ ἀμυδροὺς καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιοὺς εἰς τοσοῦτον ἐργάζονται τοὺς σφυγμοὺς ἐν ταῖς ἐπισημασίαις, ὡς οὐδεμίαν διάθεσις ἄλλη. τριταίοις δὲ μικροὶ μὲν καὶ ἀμυδροὶ καὶ βραδεῖς καὶ ἀραιοὶ κατὰ τὰς εἰσβολὰς ἐξ ἀνάγκης γίνονται· [412] *ἀλλ' ἡ βραδύτης τε καὶ ἀραιότης οὐ μικρῷ τινι τῶν ἐν τοῖς τεταρταίοις ἀπολείπεται. δεδέσθαι γάρ σοι δόξει κατὰ τὰς εἰσβολὰς τῶν τεταρταίων ἡ ἀρτηρία καὶ εἴσω καθέλκεσθαι καὶ ἀνιέναι κωλύεσθαι. κατὰ δὲ τὰς τριταίκὰς οὔτε τοιοῦτον οὐδὲν, ἥτε βραδύτης ἐγγὺς τῇ κατὰ φύσιν ἑκάστῃ κινήσει. τεταρταίων δὲ πυρετῶν εἰσβαλλόντων, εἰ καὶ νέος ὁ*

tur, ſed refrigerentur et veluti contundantur usque ad oſſa; nam ita eos audire licet dicentes, quod videantur oſtocopo detineri et carnem habere contuſam imaginentur. In quotidianis autem non antecedit rigor, neque ſtatim ab initio, neque in progreſſu, ſed ſolum perfrigeratio. Nunquid igitur haec ſola ſunt tertianarum febrium indicia, vel neque etiam pulſus ullam habent cum quartanis ſimilitudinem? hae enim parvos et obſcuros et tardos et raros adeo pulſus faciunt in invaſionibus, ſicuti nulla altera affectio, tertianis vero parvi quidem ac obſcuri, tardique ac rari, quum invadunt, pulſus neceſſario adſunt, verum tarditas ac raritas non parum ab iis abeſt, qui in quartanis accidunt; nam in quartanarum principiis videbitur tibi arteria quodammodo eſſe alligata, atque ad interiora retracta, neque liberum habere incrementum, in tertianis vero neque aliquid tale percipitur, tarditasque prope accedit ad eum, qui ſecundum naturam eſt, motum. Quum vero quartanae febres invadunt, quam-

Ed. Chart. VIII. [412.] Ed. Baſ. III. (405.)

κάμνων εἴη, γεροντικῆς ἐσχάτης ἡλικίας ἡ ἀρτηρία τούτου μιμεῖται τὴν κίνησιν. ἐξ οὖν τούτων ἁπάντων ὁ τοῦ γνησίου τριταίου ἐστὶ παροξυσμὸς διενήνοχε, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τάξις ἀκριβὴς ἐστιν καὶ ὁμαλότης ἐν τοῖς σφυγμοῖς. οὔτε γὰρ ἐν μιᾷ κινήσει τις ἀνωμαλία κατ' αὐτοὺς οὔτ' ἐν ἀθροίσματι. καίτοι σπάνιον τοῦτό γε καὶ παντάπασιν ὀλίγαις ἀρχαῖς παροξυσμῶν ὑπάρχον. ἤδη τε οὖν εἰσβάλλων ὁ τοιοῦτος πυρετὸς, οὐκ ἂν οὐδένα λάθοι τῶν πολλάκις ἑωρακότων αὐτόν. ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον ἐν ταῖς καλουμέναις ἀναβάσεσί τε καὶ αὐξήσεσιν· ὁμαλὸν μὲν γὰρ καὶ ἀκώλυτον ἔχει τὸ τάχος, ἐγείρεται δὲ εἰς μέγεθος καὶ σφοδρότητα παραχρῆμα, κἂν τούτοις ἅπασιν ἀνάλογον, εἰς πυκνότητα. καὶ τὸ τῆς φλεγμονῆς αὐτῷ σημεῖον οὐ πάρεστιν. ἤδη τε οὖν δίψος ἐπιφέρει καὶ διακαίει τὸν ἄνθρωπον καὶ μικρὸν ὕστερον ἀκμάζει καὶ τὸ θερμὸν ὁμαλῶς ἐκτέταται πάντη, καὶ κατ' οὐδὲν ὁ θώραξ τῶν ἄκρων θερμότερός ἐστιν. εἰ δ' ἐπιβάλλοις τὴν χεῖρα, κατὰ μὲν τὴν πρώτην προσβολὴν ἁπαντᾷ θερμασία πολλὴ καὶ δριμεῖα, καὶ οἷον μετ' ἀτμοῦ τινος ἀναφερομένη. νικᾶται δ' ὀλίγον

vis aegrotus juvenis fuerit, talis fit motus arteriae qualis in aetate decrepita. His igitur omnibus legitimae tertianae deprehenditur acceſſio, ac praeterea certus ordo, atque aequalitas pulſibus ineſt; neque enim in his aliqua in uno motu adeſt inaequalitas, neque etiam in collectione, quamvis hoc rarum ſit et quod paucis acceſſionum principiis ſolet accidere. Jam igitur haec febris, quum primum invadit, neminem eorum latebit, qui ſaepius ipſam ſunt contemplati, ſed adhuc minus in iis, qui vocantur aſcenſus, atque augmenta, nam aequalem et liberam habet celeritatem, ſtatimque ad magnitudinem, atque vehementiam excitatur, hisque omnibus frequentiam reſpondentem, neque ipſi ullum adeſt inflammationis ſignum. Jam igitur et ſitim invehit et hominem exurit et paulo poſt in vigore conſiſtit, calor aequaliter quaque verſus extenditur, nihiloque plus thorax extremitatibus calet, et ſi manum impoſueris, in primo occurſu quidem ſit calor multus, atque acris, quique veluti quodam cum vapore efferatur, paulo poſt vero a

Ed. Chart. VIII. [412.] Ed. Baſ. III. (405. 406.)

ὕστερον ὑπὸ τῆς χειρὸς, οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν κακοήθων καύσων. ἔμπαλιν γὰρ ἐκεῖναι δεινότεραι καὶ ἀηδέστεραι χρονίζουσαι φαίνονται. καὶ δὴ καὶ πίνειν δὴ καιρὸς τῷ κάμνοντι. καὶ πιόντι αὐτίκα δὴ μάλα πλῆθος μὲν ἄνεισιν ἀτμοῦ θερμοῦ διὰ τοῦ δέρματος, ἀγγέλλον ἱδρῶτας· ἔμετος δ' ἐπιφαίνεται χολῆς, ἢ γαστήρ που κατέῤῥηξε καὶ οὔρησε χολώδη. νυνὶ μὲν γὰρ καὶ ὁ τυχὼν γνωρίσειε τὸν ἀκριβῆ τριταῖον. ἀνέρχεται μὲν γὰρ ἱδρὼς ἀτμώδης τε καὶ θερμὸς, ὥσπερ ἐν βαλανείῳ. ἅπαν δ' αὐτοῖς ὁμαλῶς ἱδροῖ τὸ σῶμα, καὶ ὁ σφυγμὸς οἷος ὁ τῶν ἀκριβῶς ὑγιαινόντων ἐν γυμνασίοις τε καὶ λουτροῖς, ταχὺς καὶ μέγας καὶ σφοδρὸς καὶ πυκνός. ἦν δὲ δήπουθεν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἤδη καὶ ὁμαλός. ἐπὶ τούτοις ἅπασιν εἰς ἀπυρεξίαν παύεται τὸν σύμπαντα χρόνον τοῦ παροξυσμοῦ, ποιησάμενος ὡρῶν οὐ πλειόνων δώδεκα. πλεῖστος γὰρ οὗτος ὁ χρόνος ἐν τριταίοις γνησίοις· (406) ὡς τὰ πολλὰ δὲ ποτὲ μὲν ἑπτὰ πασῶν ὡρῶν ὁ παροξυσμὸς αὐτοῖς γίνεται, ποτὲ δ' ἤτοι πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον οὐ πολλῷ παύεται. τοῦτον μὲν εἰ μήπω γνωρίσαις ἀκριβῆ τριταῖον ὑπάρχειν, ἀλλ'

manu ſuperatur, non uti in febribus malignis ardentibus accidit; contra enim illae graviores ac moleſtiores, quanto diutius perdurant, apparent. Et jam bibenti tempus adeſt aegrotanti, et ſtatim poſt potum plurimus vapor calens per cutem exhalat, ſudoris nuncius, biliſque ſupervenit vomitus, venterve ſolvitur et biliosum meit. Nunc ergo vel quivis exquiſitam tertianam agnoscat. Supervenit enim ſudor vaporoſus ac calidus, quemadmodum in balneis, totum vero ipſis corpus aequaliter ſudat, talisque eſt pulſus, qualis ſanorum in exercitationibus et balneis, velox ſcilicet ac magnus et vehemens ac frequens, erat autem et ſtatim ab initio aequalis, ſed praeter haec omnia, etiam ad infebricitationem definit, univerſum acceſſionis tempus ultra xii. horas non extendens, nam hoc tempus longiſſimum eſt in veris tertianis, ſaepius autem aliquando ſeptem horas acceſſio continet, nonnunquam citius aut tardius, ſed non multo finitur. Hanc quidem febrem ſi nondum noveris ter-

Ed. Chart. VIII. [412. 413.] Ed. Baſ. III. (406.)

ἔτ᾽ ἀναμένεις τὴν ληρώδη διάτριτον, οὐκ ἂν οὐδ᾽ ὄνος ἔτι Θεσσάλειος, ἀλλά τις εἴης λίθος. εἰ δὲ καὶ οὐρήσαντος αὐτοῦ τὸ οὖρον ὑπόπυῤῥόν τε καὶ ὑπόξανθον εἴη καὶ συμμέτρως παχύ, καὶ μικρὸν ὕστερον ἢ νεφέλην λευκὴν ἢ ἐναιώρημα χρηστὸν ἐργάζοιτο, νῦν μὲν ἂν οὐκέτ᾽ οὐδὲ λίθος ἁπλῶς, ἀλλὰ μυλίας τις ἂν εἴης λίθος, εἰ μήπω γνωρίζεις, ὅτι καὶ τριταῖος οὗτος ὁ πυρετός ἐστι καὶ ἀκριβὴς τριταῖος, καὶ τὴν τετάρτην οὐχ ὑπερβαίνοι περίοδον. πυῤῥοτέρων δὲ τῶν οὔρων ὄντων, καὶ μήτ᾽ ἐναιωρήματος μηδενὸς μήτε νεφέλης ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ φανείσης, εἰς τὰς ἑπτὰ περιόδους ἐκταθήσεται. πάντων δ᾽ ἁπλούστατός ἐστι τριταίων πυρετῶν, ὃς ἂν ἅπανθ᾽ ὅσα περ εἶπον ἔμπροσθεν, ἀκριβῶς εἶναι τριταίου γνωρίσματα προσδείξας, ὑπόστασιν ἐν τοῖς οὔροις λευκὴν καὶ λείαν καὶ ὁμαλὴν ποιήσεται κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν. [413] οὐ γὰρ ὑπερβήσεται τὴν τρίτην οὗτος περίοδον. ἄγε οὖν ἐπειδὴ πάντ᾽ εἴρηται τὰ τοῦ γνησίου τριταίου γνωρίσματα, καθάπερ τινὰ γενεαλογίαν αὐτοῦ διὰ κεφαλαίων ποιησάμενοι μεταβῶμεν οὕτως ἐφ᾽ ἕτερον. ὁ μὲν παροξυσμὸς εἰσβάλλει μετὰ

tianam, ſed expectaveris deliram illam appellatam diatritum, jam neque eſſes Theſſalicus aſinus, ſed potius lapis. Si vero etiam ipſo aegroto mejente, urina ſubruſa vel ſubflava et craſſitie mediocris apparet, ac paulo poſt vel albam nebulam vel ſuspenſum bonum fecerit, jam non etiam lapis ſimpliciter fores, ſed is, qui molaris appellatur, ſi quidem hanc tertianam eſſe ignoraveris et exquiſitam tertianam et quae ultra quartum circuitum non progredietur, ruſiore vero urina exiſtente, neque ſuspenſo aliquo, neque nebula in primo circuitu apparente ad ſeptem circuitus extendetur. Inter omnes autem tertianas illa ſimpliciſſima eſt, quae cum omnia illa nuper a me dicta exquiſitae tertianaa ſigna commonſtraverit, in urinis etiam ſedimentum album et laeve et aequale ſtatim in primo fecerit die; neque enim haec ultra tertium progredietur circuitum. Age igitur poſtquam diximus omnia exquiſitae tertianae ſigna, quandam veluti ipſius genealogiam per capita facientes, jam ad aliud transgrediamur. Acceſſio quidem incipit cum vehementi ri-

Ed. Chart. VIII. [413.] Ed. Baſ. III. (406.)

ῥίγους σφοδροῦ, τοὺς σφυγμοὺς οἵους εἴρηκα ποιούμενος. ἔπειτ' ὀλίγον ὕστερον αὔξεταί τε καὶ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἐπείγεται σὺν οἷς εἴρηται πᾶσιν. εἶτα λύεται καθ' ὃν εἴρηται τρόπον. ἡ γένεσις δὲ αὐτοῦ καταστάσεως μὲν αὐχμηρᾶς καὶ θερμῆς δεῖται, καὶ τὸ σύμπαν φάναι, θερινῆς ὥρας, ἡλικίας δ' ἀκμαστικῆς καὶ χολώδους φύσεως, ἐν πόνοις καὶ φροντίσι καὶ ἀγρυπνίαις καὶ τροφῶν ἐνδείαις γεγενημένης. καὶ εἰ βούλει πρόσθες τούτοις διὰ τοὺς λιθίνους τούτους μεθοδικούς, ὅπερ εἰώθέ που καὶ ὁ Ἀρχιγένης προσγράφειν. ἔστω δὲ δή που καὶ ἡ παροῦσα κατάστασις ἐπιδημίαν ἐνηνοχυῖα τριταίων, ἵνα τοῖς τεχνικοῖς γνωρίσμασι καὶ τὸν ἰδιωτικὸν μὲν, ἀληθῆ δὲ στοχασμὸν προσθεὶς, αὐξήσῃς τὸ πιστὸν τῆς προγνώσεως. ὦ πρὸς τῶν θεῶν οὔπω τοῦτον ἐροῦμεν εἶναι τριταῖον, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐριουργῶν ἀναμενοῦμεν διάτριτον, ἣν ἐν τῇ γυναικωνίτιδι τρεφόμενος ὁ ληρώδης Θεσσαλὸς ὑπὸ πατρὶ μοχθηρῶς ἔρια ξαίνοντι, κακῶς ἐτόλμα λέγειν Ἱπποκράτην τε καὶ τοὺς ἄλλους παλαιούς; ὃ τὰ τῆς ἰατρικῆς ἅπαντα θεωρήματα καταλαζονευσάμενος ἑστῶτα ὑπάρχοντα καὶ βέβαια,

gore, faciens quales diximus pulſus, deinde paulo poſt augetur, properatque ad ſtatum cum iis quae diximus omnibus, deinde ſolvitur eo quo diximus modo. Ipſius vero generatio et tempeſtatem aeſtuoſam et calentem requirit et ut ſummatim dicam, aeſtivum tempus aetatem jam conſiſtentem, et naturam bilioſam, quae in laboribus, vigiliis, curis et inediis extiterit, et ſi libet, his etiam adde id quod conſuevit Archigenes propter lapideos iſtos methodicos adſcribere, ſit ſcilicet ut praeſens tempeſtas multas tertianas populariter tulerit, ut artificioſis indiciis vulgarem quidem, veram tamen conjecturam adjungens, fidem praecognitionis adaugeas. Numquid per Deos nondum etiam dicemus hanc eſſe tertianam, ſed lanificorum diatritum expectabimus, quam delirus Theſſalus inter mulieres educatus ſub patre flagitioſe lanas pectente male audebat dicere in Hippocratem et reliquos medicos veteres ſuperbe invehens? Qui omnia medicinae theoremata conſtantia ac firma pronuncia-

Ed. Chart. VIII. [413.] Ed. Baſ. III. (406.)

τριταῖον εἰσβάλλοντα πυρετὸν οὐχ οἷός ἐστι γνωρίζειν, ἀλλ' ἀναμένει τὴν διάτριτον. τοῦτο γάρ τοι θαυμαστόν ἐστιν. ὅσα μὲν οὐκ ἦν βέβαια, ταῦτα εἶπεν εἶναι βέβαια, σύμπαντα δὲ ἠγνόησε τὰ κατὰ τὴν ἀλήθειαν βέβαια. ταύτης μὲν δὴ τῆς γραὸς οὐδὲ μεμνῆσθαι προσήκει.

Κεφ. δ'. Τοῦ δ' ἀκριβοῦς τριταίου ἤδη γνωρισθέντος, ἐπὶ τὸν ἀκριβῆ τεταρταῖον μετιέναι ἤδη καιρὸς, οὗ τὴν μὲν ἀρχὴν ὁποία τίς ἐστιν, ἤδη προειρήκαμεν, ὡς οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσαν τῇ τριταϊκῇ περιόδῳ, κατά τε τὸ ῥίγος καὶ τοὺς σφυγμούς. τὰ δ' ἐφεξῆς ἤδη λέγωμεν. καίτοι τό γε τῶν ἐν τοῖς παροξυσμοῖς σφυγμῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων ὑπομνῆσαι καὶ νῦν εὔλογον. εἰ γὰρ εἰδείης τοῦ νοσοῦντος τὸν κατὰ φύσιν σφυγμὸν, ἢ εἰ καὶ καθ' ἑτέραν αὐτοῦ νόσον, ἐν ἀρχῇ παροξυσμοῦ παραγεγονὼς εἴης, μηκέτ' ἄλλο μηδὲν ἀναμείνῃς εἰς ἀπόφασιν τοῦ τεταρταῖον εἶναι τὸν εἰσβάλλοντα πυρετόν. ἐξαίσιος γάρ τις ἡ εἰς ἀραιότητά τε καὶ βραδύτητα τροπὴ γίνεται. καὶ ἔγωγε τῶν ἐμαυτοῦ συνήθων τινὰς, ὧν ἀκριβῶς εἶδον τοὺς σφυγμοὺς εἰσβάλλοντος τοῦ παροξυσμοῦ θεασάμενος,

vit, tertianam febrem invadentem nequit agnoscere, ſed diatritum expectat, hoc ſi quidem admirabile eſt, quae quidem non erant certa, haec certa dixit eſſe, omnia autem quae vere certa erant, ignoravit. Sed hujus quidem vetulae nec meminiſſe convenit.

Cap. IV. Poſtquam vero exquiſitam tertianam jam pateſecimus, ad exquiſitam quartanam tranſire tempus eſt. Cujus principium quale ſit, jam diximus antea, quod videlicet nihil ſimile habeat in rigore ac pulſibus cum tertianae circuitu; nunc reliqua jam dicamus. Sed neque illud ratione caret, ut pulſus, qui in acceſſionibus ſunt, quamvis antea memoratos, iterum repetamus, ſi enim cognoveris pulſum aegrotantis naturalem, vel in altero ipſius morbo per initia acceſſionis affueris, nihil amplius expectabis, quin febrem invadentem quartanam eſſe pronuncies, nam eximia quaedam ad tarditatem ac raritatem converſio fit. Ego quidem nonnullos meos familiares, quorum pulſus exquiſite cognoveram, jam ingruente acceſſione contemplatus,

Ed. Chart. VIII. [413. 414.] Ed. Baſ. III. (406.)

ἀπεφηνάμην ὡς οὐκ ἐνδέχεται τὴν ἀρχὴν ταύτην ἄλλου τινὸς ὑπάρχειν, ἢ τεταρταίου πυρετοῦ, καὶ οὕτως ἀπέβη. σὺ δ' εἰ τῆς περὶ τοὺς σφυγμοὺς τέχνης ἀπειροτέρως ἔχεις, εἶθ' ἡ μὲν ἀραιότης αὐτῶν καὶ βραδύτης κινήσειέ σε, ἀσφαλέστερον δ' ἔτι καὶ ἀκριβέστερον διορίσασθαι βούλοιο, τῶν Ἱπποκράτους ἀναμιμνήσκου κἀνταῦθα παραγγελμάτων. ὡς γὰρ ἐν θέρει τριταίους πυρετοὺς πλεονάζειν, οὕτως ἐν φθινοπώρῳ τεταρταίους ἔφησε. ἐπίσκεψαι δὲ πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο, εἰ ξηρὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ἀνώμαλον ἐν τῇ κράσει τὸ φθινόπωρον ἐγένετο, καὶ μᾶλλον ἔλπιζε τεταρταίας περιόδους ἐν αὐτῷ συστήσασθαι πολλάς. εἶθ' ἑξῆς, εἰ καὶ τὸ χωρίον αὐτὸ τοιούτων πυρετῶν εὔφορον ᾖ, καὶ ἡ φύσις τοῦ κάμνοντος μελαγχολικωτέρα. καὶ τὰ τῆς προγεγενημένης διαίτης, οἷα μέλαιναν [414] *ἄθροῖσαι χολήν. καὶ εἴ τις ἐπιδημία νῦν ἐστι τεταρταίων πυρετῶν. ἐπισφραγίζου δὲ ταῦτα τοῖς ἐφεξῆς εἰρησομένοις· εἰ καὶ ὑπόσπληνος ὁ ἄνθρωπος ᾖ, ἢ εἰ ἐκ πεπλανημένων πυρετῶν, ἢ εἰ καὶ τὰ τῆς ἀναβάσεως καὶ τὰ τῆς ἀκμῆς, ἐναντιώτατα τοῖς τριταίοις εἴη πυρετοῖς, κατά τε τὰς τοῦ*

quod tale principium nullius alterius quam quartanae febris, fore contingeret pronunciavi, atque id evenit. Tu vero ſi artis, quae circa pulſus verſatur, magnam non habes peritiam, deinde raritas ac tarditas eorum te moveat, ſecurius tamen ac exquiſitius velis discernere, praecepta Hippocratis hoc in loco ad memoriam revoca, qui tempore *aeſtivo tertianas febres, autumnali vero quartanas graſſari* dixit. Primum vero hoc ipſum conſidera, numquid autumnus frigidam et ſiccam et inaequalem habuerit temperiem, et tunc magis ſperabis quartanos circuitus in ipſo fore frequentiores, poſt haec, ſi regio ipſa talium febrium ſit ferax, et ſi aegrotantis natura atrae bili obnoxia ſit, talisque ratio victus anteceſſerit, quae hujusmodi humorem congerat, et ſi eo tempore quartanae febres populariter fiant. Haec autem cum illis quae deinceps dicentur obſignabis, ſi homo lienoſus fuerit, vel febres erraticas paſſus fuerit, vel ſi augmentum et ſtatus maxime contraria fuerint tertianis febribus et ſe-

Ed. Chart. VIII. [414.] Ed. Baſ. III. (406.)

θερμοῦ κινήσεις, καὶ κατὰ τὰς τῶν σφυγμῶν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν εἰ λεπτὰ καὶ λευκὰ καὶ ὑδατώδη τὰ οὖρα, παντάπασι γὰρ ταῦτά γε τοῖς τῶν τριταίων ἐναντιώτατα. τριταῖον μὲν δὴ τεταρταίου κατὰ τὴν πρώτην εὐθὺς ἡμέραν ὁ μὴ δυνάμενος διακρίνειν, οὐδ' ἰατρὸς ὅλως ἐστί.

Κεφ. ε'. Ἀμφημερινὸν δὲ τριταίου μὲν ἑτοιμότερον διορίζειν, οὔτε γὰρ μετὰ ῥίγους εἰσβάλλει κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν εὐθὺς, ἀλλὰ καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου περίψυξις αὐτοῖς μᾶλλον, ἢ ῥίγος γίνεται, καὶ σαφὴς ἀταξία τε καὶ ἀνωμαλία συνεδρεύει τοῖς σφυγμοῖς, κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν παροξυσμῶν. ἴσμεν δὲ ὅτι κἂν ταῖς ἀναβάσεσι τὸ ταχὺ τῆς κινήσεως καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ σφοδρὸν, ὅπερ τοῖς τριταίοις ὑπῆρχε σαφέστατον, οὐχ ὑπάρχει τοῖς ἀμφημερινοῖς. οὐ μὴν οὐδὲ διακαίουσι τοὺς κάμνοντας, οὐδὲ γυμνοῦσθαί τε καὶ τὴν ἐσθῆτα ῥίπτειν ἀφ' ἑαυτῶν ἀναγκάζουσιν, οὐδὲ πολὺ καὶ πυκνὸν ἀναπνεῖν, οὐδ' ἐκφυσᾶν, οἷον φλόγα τινὰ, καὶ πιεῖν αἰτεῖν ψυχρὸν, ἀλλ' ἥκιστα πυρέττοντες οὗτοι διψώδεις εἰσί. καὶ οὖρον αὐτοῖς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, οἷον τοῖς

cundum caloris motum et pulſuum et praeter haec omnia, ſi tenues et albae et aquoſae urinae fuerint; haec enim omnino tertianarum urinis diſſimillimae ſunt. Tertianam quidem a quartana, qui primo ſtatim die nescit diſtinguere, neque omnino medicus eſt.

Cap. V. Quotidianam autem a tertiana discernere facilius eſt; neque enim primo ſtatim die cum rigore invadit, ſed et progreſſu temporis perfrigeratio potius quam rigor ipſis advenit, neque ullus ordo aut aequalitas pulſibus aſſidet, quum primum acceſſiones fiunt. Novimus autem, quod in augmentis motus velocitas, magnitudo, atque vehementia, quae omnia tertianis adſunt manifeſtiſſime, quotidianis non adſunt, ſed neque deurunt laborantes, neque denudare corpora et pallia jactare cogunt; neque multum, aut frequenter reſpirare, ac veluti flammam ex ore efflare, frigidumque potum erpetere, verum iſti, quum febricitant, minime ſitiunt, urinaeque ipſis in primis diebus tales ſunt,

Ed. Chart. VIII. [414.] Ed. Baſ. III. (406.)

τεταρταίοις ἀρχομένοις, καὶ ἱδροῦσιν ἥκιστα περὶ τὰς πρώτας ἡμέρας. ἐπὶ μέν γε τῷ χρόνῳ προϊόντι καὶ τοῦτ' αὐτοῖς προσγίνεται. τριταίου μὲν δὴ σαφῶς διενήνοχεν, ὡς ὅμοιον ἔχειν μηδέν. ἐγγυτέρω δ' ἐστὶ τεταρταίου, διαφέρει γε μὴν καὶ τούτου σαφῶς. πρώτως μὲν καὶ μάλιστα τοῖς σφυγμοῖς οὓς ἐπὶ συνήθων ἀῤῥώστων ἀκριβῶς ἄν τις φωράσειεν. ἤδη δὲ καὶ τῷ ῥίγει καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς ἔξωθεν ἐφ' οἷς γίνεται. καὶ φύσεως ὑγροτέρας δεῖται καὶ βίων ἀργοτέρων τε καὶ μετὰ πλησμονῶν. οὗτός γ' οὖν καὶ παιδίοις μάλιστα πλεονάζει, καὶ σπάνιον εἰ μὴ καὶ στόμα τῆς γαστρὸς, ἢ καὶ τὸ ἧπαρ αὐτοῖς ἐπόνησεν. ἀτὰρ οὖν καὶ ἀπεψίαι προηγοῦνται πολλαὶ καὶ βραδυπεψίαι καὶ ὀξυρεγμίαι καὶ πυρέττειν ἀρχομένων, ὑποχόνδριον μὲν ἐν ὄγκῳ μείζονι τοῦ κατὰ φύσιν ἐξ ἅπαντος, ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ διαπεφυσημένον τε καὶ περιτεταμένον, ὠχρόλευκός τε τούτοις ἡ χροιὰ, κἂν ὁ παροξυσμὸς ἀκμάσῃ. καὶ ὁ χειμὼν εὔφορος τοιούτων νοσημάτων. καὶ κατάστασις ὑγρὰ καὶ χωρίον τοιοῦτον. καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν παροξυσμῶν εἰς

quales quartanis incipientibus adſunt, atque in primis diebus minime ſudant, ſed progrediente tempore hoc etiam illis advenit. A tertiana quidem adeo manifeſte differt, ut nihil cum ea ſimile habeat. Ad quartanam autem propius accedit, ſed et ab hac differt manifeſte, primum quidem et maxime pulſibus, quos in aegrotis familiaribus quispiam exacte deprehendat, ſed et rigore etiam, atque aliis extrinſecus omnibus, popter quae accidit, nam et natura eget humidiore, vitaque ocioſa et cum repletionibus, ſic igitur et in pueris maxime exuperat, ac perrarum eſt, quin et os ventriculi, vel hepar in ipſis male afficiatur, ſed et cruditates antecedunt plurimae et tardae concoctiones et acidi ructus, et quum primum febrire incipiunt, praecordia ultra naturalem habitum ex toto intumescunt, magna vero ex parte inflantur ac diſtenduntur, color his cum pallore albus etiam quum acceſſio ad ſtatum venerit, taliumque morborum hybernum tempus ferax eſt, et ſtatus temporis humidus et ejusdem naturae locus, et acceſſionum princi-

Ed. Chart. VIII. [414. 415.] Ed. Baſ. III. (406. 407.)

ἑσπέραν. οὕτω μὲν ἀμφημερινὸς καὶ τριταῖος καὶ τεταρταῖος ἀλλήλων διορίζονται κατὰ τὴν πρώτην ἡμέ(407)ραν.

Κεφ. στ'. Τοὺς δὲ συνεχεῖς μὲν, ὁμογενεῖς δὲ τοῖς προειρημένοις πυρετοῖς, γεγυμνασμένος μέν τις οὐκ ἂν οὐδ' ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν γνωρίζειν τε καὶ διακρίνειν ἀλλήλων ἀδυνατήσειεν. ἐπὶ δ' οὖν τῆς δευτέρας, εἰ προσέχοι τὸν νοῦν, κἂν ἀγύμναστος εἴη. καλῶ δὲ ὁμογενεῖς πυρετοὺς συνεχεῖς ἑκάστῳ τῶν διαλειπόντων, τριταίῳ μὲν ἀκριβεῖ, τὸν ἀκριβῆ καῦσον, ἀμφημερινῷ δὲ τὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν παροξυνόμενον, εἰς ἀπυρεξίαν δὲ μὴ παυόμενον. οὕτω δὲ καὶ [415] τεταρταίῳ, τὸν διὰ τετάρτης. ὅ τε γὰρ ἀκριβὴς καῦσος ἅπαντα τἄλλα φυλάττων ἀκριβῶς τριταίου γνωρίσματα, μόνῳ τῷ μὴ μετὰ ῥίγους εἰσβάλλειν μήτ' εἰς ἀπυρεξίαν παύεσθαι διενήνοχεν. ὁ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν παροξυνόμενος, ὅταν καὶ ὥραν καὶ κατάστασιν καὶ ἡλικίαν καὶ χώραν καὶ φύσιν σώματος, καὶ τὴν προγεγενημένην δίαιταν, ἔτι τε τὴν τῶν σφυγμῶν ἰδέαν, καὶ τὴν θερμασίαν τὴν αὐτὴν ἔχει τοῖς ἀκριβέσιν

pium ſub vesperam invadit. Ita quidem quotidiana, tertiana et quartana primo die invicem discernuntur.

Cap. VI. At vero continuas quidem, ſed quae idem genus cum praedictis habent, quispiam exercitatus neque in primo die agnoscere ac inter ſeſe diſtinguere impos erit, ſecundo vero, neque ſi etiam fuerit imperitus, ſi quidem mentem adhibuerit. Dico autem febres continuas idem habere genus cum ſingulis intermittentibus, cum tertiana quidem exquiſita exquiſitam ardentem, cum quotidiana vero eam, quae quolibet die facit acceſſionem, ſed nunquam deſinit ad infebricitationem, ſic et cum quartana illam, quae quarto quoque die ſimiliter. Nam exquiſita febris ardens quum omnia alia ſervet exquiſitae tertianae indicia, eo ſolo differt, quod neque cum rigore invadit, neque ad infebricitationem deſinit. Quae vero quotidie acceſſionem facit, quando et anni tempus et aëris ſtatum et aetatem et naturam corporis et victus rationem antecedentem, ac praeterea pulſuum formam caloremque eundem habuerit cum exqui-

Ed. Chart. VIII. [415.] Ed. Baſ. III. (407.)

ἀμφημερινοῖς, μὴ παύηται δὲ εἰς ἀπυρεξίαν, ὁμογενής ἐστιν αὐτοῖς. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ διὰ τετάρτης μὲν παροξυνόμενος, εἰς ἀπυρεξίαν δὲ μὴ παυόμενος, ὁμογενής ἐστι τεταρταίῳ. καὶ δῆλον, ὡς οὔτε ῥίγος αὐτῷ προηγήσεται τῶν παροξυσμῶν, οὔθ' ἱδρὼς ἕψεται, καθάπερ οὐδὲ ἐν τῷ καύσῳ τούτων οὐδέτερον, οὔτ' εὐθὺς κατ' ἀρχὰς οὔτε ἐφεξῆς ἄχρι κρίσεως, οἷόν τε γενέσθαι. τούτους οὖν πρώτους ἀσκησάτω τις γνωρίζειν τε καὶ διακρίνειν ἀλλήλων τοὺς ἁπλούς τε καὶ ἀμίκτους ἑτερογενέσι πυρετοῖς, οὓς δι' αὐτὸ τοῦτο, γνησίους τε καὶ ἀκριβεῖς, οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσιν. ὁ γὰρ ἐπὶ μόνῃ τῇ ξανθῇ χολῇ πυρετὸς ἀναπτόμενος, ἄνευ σπλάγχνου κακώσεως, εἰ μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀγγείοις ἔτι μενούσης τῆς χολῆς ἐξάπτοιτο, καῦσος ἀκριβής ἐστιν, εἰ δὲ πάντη φερομένης, τριταῖος. οὕτω δὲ εἰ καὶ μελαίνης χολῆς ἔγγονος ὁ πυρετὸς ὑπάρχει. κινουμένης μὲν τεταρταῖός ἐστιν, ὁρασμένης δὲ διὰ τετάρτης. ὥσπερ εἰ καὶ φλέγματος, ἤτοι γε ἀμφημερινὸς ἢ καθ' ἑκάστην ἡμέραν παροξυνόμενος.

ſitis quotidianis, non pervenerit autem ad infebricitationem, idem genus cum illis obtinet. Eodem modo et quae quarto quoque die acceſſionem facit, ad infebricitationem autem non deſinit, ejusdem eſt generis cum quartana et palam eſt, quod neque rigor in ea acceſſiones antecedat, neque ſequetur ſudor, ſicuti etiam in febre ardenti horum neutrum, neque ſtatim ob initio neque deinceps usque ad criſim, ſieri poteſt. In his igitur dignoscendis quispiam prius ſe exerceat, atque invicem diſtinguere ſtudeat ſimplices, atque impermixtas aliis, quae ſint diverſi generis febres, quas ob hoc ipſum legitimas, atque exquiſitas veteres medici nominarunt. Nam quae ob ſolam ſlavam bilem febris accenditur ſine aliquo visceris affectu, ſi quidem manente adhuc intra vaſa bile accendatur, exquiſita febris ardens eſt, ſi vero per totum corpus deferatur, tertiana. Sic et ſi ab atra bile ſit febris, quum movetur quartana eſt, quum firmata eſt, illa, quae quarto quoque die excrescit. Sicuti ſi ex pituita ortum habeant, vel quotidianae ſunt, vel quae ſingulis die-

Ed. Chart. VIII. [415.] Ed. Baſ. III. (407.)

οἱ γὰρ εἰς ἀπυρεξίαν λήγοντες πυρετοὶ, τριταῖοί τε καὶ τεταρταῖοι καὶ ἀμφημερινοὶ, τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχοντες τοῖς εἰρημένοις συνεχέσιν, ἑνὶ μόνῳ τῷ κατὰ τὰς φλέβας, ἢ πάντη φερομένους ἔχειν τοὺς χυμοὺς, διενηνόχασιν. ὅθεν καὶ τἄλλα μὲν αὐτοῖς τὰ αὐτά, τῷ δὲ μετὰ ῥίγους, ἢ μὴ σὺν ῥίγει, καὶ σὺν ἐμέτοις τισὶ καὶ ἱδρῶσι, ἢ ἄνευ τούτων γίνεσθαι διαφέρουσι. συνεχῆ μὲν δὴ πυρετὸν ὀνομάζω, τὸν εἰς ἀπυρεξίαν, πρὶν τελέως λυθῆναι μὴ παύομενον, κἂν παρακμή τις αἰσθητὴ φαίνηται. ὅταν δὲ μηδὲ παρακμή τις αἰσθητὴ γένηται, διὰ παντὸς δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς, ἄχρι κρίσεως ὅμοιος διαμένει, τοῦ γένους μέν ἐστιν, καὶ οὗτος τῶν καυσωδῶν πυρετῶν, ὀξύτητι δ' αὐτῶν διενήνοχεν. ἀλλ' οὔτε κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἢ δευτέραν οἷόν τε προγνῶναι τὸν τοιοῦτον, οὔτ' ἄλλως χρήσιμον, ἀρκεῖ γὰρ τὸ γένος γνωρίζειν, ὅτι χολώδης τε καὶ περικαὴς καὶ κατοξύς. οὐδὲ γὰρ εἰ σύνοχον ὀνομάζει τις αὐτὸν, ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν, ὅλῳ τῷ γένει διοίσει τῶν καυσωδῶν πυρετῶν, ἕνεκά γε τῆς προσηγορίας. ὥσπερ

bus accenduntur. Nam quae ad infebricitationem definunt febres tertianae, quartanae et quotidianae, eandem hypotheſim cum continuis de quibus diximus habent, uno ſolo inter ſe differunt, quod per venas, vel per totum corpus in eis deferuntur humores; quare et reliqua ipſis comparia adſunt, quod vero cum rigore, vel non cum rigore et vomitibus quibusdam, vel ſudoribus fiunt et ſine his, differentiam habent. Continuam quidem nomino febrem, quae ad infebricitationem antequam ex toto ſolvatur non deſinit, etſi declinatio aliqua ſenſibilis appareat. Quum vero neque declinatio aliqua ſenſibilis fiat, ſemper vero a primo principio febris usque ad criſim ſimilis perſeveraverit, erit et haec ex genere febrium ardentium, ab iisdem vero quod ſit acutior differt. Sed neque in primo die, neque in ſecundo poſſibile eſt hujusmodi febrem praenoscere, neque alioqui eſt utile, ſufficit enim genus agnoscere, quod ſcilicet bilioſa ſit, atque ardens et peracuta; neque enim ſi etiam ſynochum ipſam nominaveris, ut quidam medici faciunt, appellationis ratione a febribus ardentibus toto genere differt, ſicuti neque ob id,

Ed. Chart. VIII. [415. 416.] Ed. Baſ. III. (407.)

οὐδ' ὅτι τρεῖς αὐτοῦ τύπου συνόχου διαφορὰς εἰδότες, ἴδιον ἐφ' ἑκάστης αὐτῶν ὄνομα φέρουσι· τοὺς μὲν ἐπακμαστικοὺς, τοὺς δὲ ὁμοτόνους, τοὺς δὲ ἀκμαστικοὺς, τοὺς δὲ παρακμαστικοὺς ὀνομάζοντες ἤδη, διὰ τοῦτο κατὰ γένος αὐτοῖς ἡγητέον εἶναί τινα διαφοράν. ὅθεν οὐδ' εἰς τὴν παροῦσαν πραγματείαν ἡ διάγνωσις αὐτῶν, μέγα τι συντελεῖ. πάντες γὰρ οὗτοι, κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα κρίνονται. τούτου δὲ εἰς παρόντα χρεία, τοῦ λαβεῖν τινα τῆς ὅλης τοῦ νοσήματος καταστάσεώς τε καὶ κρίσεως, ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἐπίγνωσιν. εἰ μὲν γὰρ ἀκριβὴς τριταῖός ἐστιν, ἐντὸς τῶν ἑπτὰ περιόδων· εἰ δ' ἀκριβὴς καῦσος, ἐντὸς τῆς πρώτης ἑβδομάδος ἐξ ἀνάγκης κριθήσεται. χρονιοῦσι δὲ πάντως ὅ τ' ἀμφημερινὸς, καὶ ὁ παρακείμενος αὐτῷ συνεχής. ὥσπερ καὶ ὁ τεταρταῖός τε καὶ ὁ διὰ τετάρτης. ὥστε τρία μέν ἐστι τὰ σύμπαντα γένη τῶν ἁπλῶν πυρετῶν, ἕκαστον δ' αὐτῶν εἰς δύο τὰς πρώτας τμηθήσεται διαφοράς· [416] ἢ γὰρ συνεχεῖς, ἢ διαλείποντες ἔσονται. καὶ γνωρισθήσονται κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν. οἱ μὲν εὐθὺς εἰσβαλλόντων τῶν παροξυσμῶν, οἱ δ'

quod tres ſynochi differentias agnoscentes, proprium ſingulis ipſorum nomen impoſuerunt, has quidem increscentes, illas vero in eodem vigore atque tenore perſeverantes, alias decrescentes nominantes. Jam ex hac diverſitate appellationum differre ſecundum genus eſt exiſtimandum, quare neque ad praeſentem tractatum eorum dignotio plurimum conſert; hae enim omnes in prima ſeptimana judicantur. Hic vero in praeſenti eſt neceſſarium aliquam totius morbi conſtitutionis ac criſis in primis diebus aſſumere cognitionem. Si enim tertiana pura fuerit, intra ſeptimum circuitum, ſi vero exquiſita febris ardens, intra primam ſeptimanam neceſſario judicabitur. Omnino autem diuturnae ſunt et quotidiana intermittens et illi adhaerens continua, ſicuti et quartana et quae per quartum excrescit. Quare tria erunt univerſa ſimplicium febrium genera; ſingula vero ipſorum in duas primas differentias ſecabuntur, vel enim intermittentes vel continuae febres erunt, et primo die dignoscentur, aliae ſtatim in primo acceſſionum inſultu, aliae vero in in-

Ed. Chart. VIII. [416.] Ed. Baſ. III. (407.)

ἀναβαινόντων, οἱ δ' ἀκμαζόντων, οἱ δ' ἐν ταῖς πρώταις παρακμαῖς, ἢ τοῖς ἀπυρέτοις διαλείμμασι.

Κεφ. ζ'. Συνθέτου μέντοι τοῦ νοσήματος ὑπάρχοντος, οὐκέθ' ὁμοίως εὐπετὴς ἡ διάγνωσις, ἀλλ' ἐνταῦθα δεῖ μάλιστα συνέσεώς τε καὶ γυμνασίας. σύνεσιν μὲν οὖν οἴκοθεν ἕκαστος ἐκ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἢ κεκτημένος ἢ μὴ κεκτημένος ἀφίξεται. γυμνασίας δὲ τῆς νῦν εἰρησομένης, οὐκ ἄν ἐξεύροι βελτίονα. χρὴ γὰρ δή που γνωρίζειν αὐτὸν ἀσκῆσαι ῥᾳδίως ἁπλοῦν εἶδος πυρετοῦ, κἄπειθ' οὕτως μεταβαίνειν ἐπὶ τὰ σύνθετα. διχῶς δ' ἂν γίνοιτο σύνθετον εἶδος πυρετοῦ κατὰ τήν γε πρώτην τομὴν ἢ τῷ τοὺς εἰρημένους ἀλλήλοις μίγνυσθαι, χωρὶς τόπου πεπονθότος, ἢ τῷ μόριόν τι φλεγμαῖνον ἀνάπτειν αὐτούς. ἑκάτερα δὲ τῶν εἰρημένων διαφορῶν, ἑτέραν αὖθις ἐγχωρεῖ τομὴν ἐπιδέξεσθαι. οἵ τε γὰρ ἄνευ μορίου πεπονθότος συνιστάμενοι, διχῶς μίγνυνται, ποτὲ μὲν ἐπιπλεκόμενοι, ποτὲ δὲ ὡς ἄν εἴποι τις, δι' ὅλου κεραννύμενοι, οὕτω τοι καὶ τὰ φλεγμαίνοντα μέρη, καὶ γὰρ καὶ τούτων τὰ

cremento, quaedam in vigore, quaedam in primis declinationibus, vel febre vacantibus intermiſſionibus.

Cap. VII. Quod ſi morbus compoſitus fuerit, non aeque facile dignoscetur: at hic maxime intelligentia atque exercitatio eſt neceſſaria. Intelligentiam igitur propriam ſuapte natura poſſidens, vel minime poſſidens, quispiam accedet, exercitationem autem ea quae nunc dicetur meliorem nemo reperiet. Oportet enim ad haec exercitari, ut ſimplicem febris ſpeciem agnoscat, atque ita deinceps ad compoſitas transgredi. Dupliciter vero genus febris compoſitum conſtituitur, in prima quidem ſectione, vel quia eae, quas diximus febres citra alicujus partis affectum commiscentur, vel quia ex partis cujuspiam inflammatione accenduntur. Nam in utraque harum differentiarum alteram rurſus ſectionem fieri contingit. Nam quae citra partis affectum conſiſtunt dupliciter commiscentur, aliquando implicatae, nonnunquam vero, ut quis dixerit, per ſe totas confuſae; ſic partes quoque inflammatae; nam et ex ipſis quaedam quidem veluti complicantur tantummodo, quae-

Ed. Chart. VIII. [416.] Ed. Baſ. III. (407.)

μὲν οἷον ἐπιπλέκεται μόνον, τὰ δὲ οἷον κρᾶσίν τινα τῶν διαθέσεων ἴσχει. τὴν οὖν ἐπιπλοκὴν ἀσκῆσαι χρὴ πρῶτον γνωρίζειν. εἶθ' οὕτως τὴν κρᾶσιν ἀρξαμένους ἀπὸ τῶν πυρετῶν. ἐπιπλέκονται δ' οἱ πυρετοὶ πολλάκις μὲν ὁμογενεῖς ὁμογενέσι, ἢ ὁμοειδεῖς ὁμοειδέσιν, ἔστι δ' ὅτε καὶ διαφέροντες. ἀμφημερινοί τε γὰρ τριταίοις καὶ τούτοις τεταρταῖοι καὶ ἀλλήλων οἱ ὁμοιοειδεῖς ἐπιπλέκονται πολλάκις. ὥστε καὶ τρεῖς ἐνίοτε τεταρταίας περιόδους ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἴσχει. τούτους μὲν οὖν γνωρίζειν οὐ πάνυ χαλεπόν. ἐνίοτε δὲ τῶν διαλειπόντων τις ἐπιπλέκεται τῷ συνεχεῖ, χαλεπωτάτην τε καὶ δυσθήρατον μίξιν, ὑπὲρ ἧς ἐφεξῆς ἐροῦμεν, ἂν πρότερον ἁπάσας ἐπέλθωμεν ἃς ἐξεθέμεθα διαφοράς. ὁμοίως γὰρ τοῖς πυρετοῖς οἱ πεπονθότες τόποι τὴν μίξιν ἴσχουσιν, ἢ διαφερόντων μορίων, ἴδιον ἑκατέρου πυρετὸν ἐξάπτοντος, οἷον σπληνὸς, εἰ τύχῃ καὶ ἥπατος, ἢ διαθέσεως μικτῆς, οἷον φλεγμονῆς ἐρυσιπελατώδους, ἢ ἐρυσιπέλατος φλεγμονώδους. ἀλλὰ καὶ ταύτας ἁπάσας τὰς μίξεις ἀσκῆσαι χρὴ διαγινώσκειν, ἐπειδὰν

dam vero veluti confuſionem quandam habent affectionum. Primum igitur exercitari oportet ad hoc, ut complicationem cognoscamus, deinde ipſam confuſionem a febribus ineipientes. Febres quaedam complicantur unius generis cum aliis ejusdem generis, vel unius ſpeciei cum aliis ejusdem ſpeciei; contingit vero nonnunquam ut etiam differentes Nam quotidianae tertianis et his quartanae et quae eandem ſpeciem ſervant, invicem plerumque complicantur, quo fit ut idem homo tres habeat quartanos circuitus, ſed hos quidem non eſt admodum difficile agnoscere. Quandoque vero aliqua ex intermittentium genere cum continua difficillimam vixque explorabilem facit mixtionem, de qua deinceps dicemus, ſi prius omnes quas propoſuimus ſimplices differentias expoſuerimus. Nam ſicuti febres, ita et affecti loci mixtionem recipiunt, vel quia differentes partes propriam ſingulae febrem accendunt, ut exempli gratia lien et jecur, vel quia affectio mixta, veluti inflammatio cum eryſipelate, aut eryſipelas cum inflammatione miscetur. Sed in his omnibus mixtionibus dignoscendis exercitari oportet,

Ed. Chart. VIII. [416. 417.] Ed. Baf. III. (407. 408.)

ἀκριβῶς τὰς ἁπλῶς αὐτῶν ἰδέας γνωρίζωμεν. ἑτέρα γὰρ ἰδέα περιπνευμονικοῦ καὶ φρενιτικοῦ καὶ πλευριτικοῦ καὶ ἡπατικοῦ πυρετοῦ, κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου τῶν ἐπὶ μορίοις τισὶ φλεγμαίνουσι ἀναπτομένων πυρετῶν. ἕτεραι δ' αὖ πάλιν ἰδέαι τῶν ἐπὶ τοῖς ἐρυσιπέλασι. καὶ ὅ γε κακοήθης καῦσος, ἢ τοῖς τοῦ πνεύμονος, ἢ τοῖς τοῦ ἥπατος, ἢ τοῖς τῆς γαστρὸς ἐρυσιπέλασιν ἐπιγίνεται. διαιρεῖσθαι δὲ χρὴ καθ' ἕκαστον ἀῤῥώστον. πρῶτον μὲν εἰ χωρὶς τόπου πεπονθότος ὁ πυρετὸς ἐπὶ χυμοῖς διασαπεῖσιν, ἢ μόνῳ τῷ πνεύματι τραπέντι. δεύτερον δὲ εἰ μόριόν τι πεπονθὸς αἴτιον ὑπάρχει. καὶ τίς ἡ διάθεσις αὐτοῦ. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα διαγινώσκειν ἀσκήσῃς, τὰς μίξεις ἁπασῶν αὐτῶν εὑρήσεις.

Κεφ. η'. [417] Ἆρ' οὖν ἀξιώσεις με νῦν, περί τε τῶν πεπονθότων τόπων, ἢ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν ἁπάσης συμπλοκῆς διεξέρχεσθαι; καὶ (408) μὴν αὐτὸς αὖ πάλιν ἐγκαλέσεις τῷ μήκει τῆς πραγματείας. θαυμαστὸν γὰρ δὴ καὶ τοῦτο πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὀλίγα τε μανθάνειν ἀξιοῦντες ἅμα, καὶ μηδὲν παραλείπεσθαι. τά γ' οὖν Ἀρχιγένους

quando jam exquiſite omnes earum formas ſimplices tenuerimus. Alia enim eſt forma febris phreniticae et peripneumonicae et pleuriticae et hepaticae, itidem et aliarum omnium febrium, quae ex inflammatis quibusdam partibus accenduntur. Sed et aliae rurſus formae ſunt earum, quae ex eryſipelatibus accidunt. Et febris ardens maligna, vel pulmonis, vel hepatis, aut ventriculi eryſipelatibus ſupervenit. Diſtinguere autem oportet in ſingulis aegrotantibus, primum quidem, ſi ſine loci affectu ſit febris, vel ex humorum putredine, vel quia ſolus ſpiritus ſit alteratus, deinde ſi membrum affectum febris ſit cauſa et quaenam ſit ejus affectio. Ubi vero horum notitiam exercitatione comprehenderis, tunc eorum omnium mixtionem invenies.

Cap. VIII. Nunquid igitur a me nunc exiges, ut vel de locis affectis, vel de omni febrium complicatione recenſeam? at ipſe rurſus operis damnabis prolixitatem; hoc enim mirandum plurimi hominum patiuntur, ut pauca discere expetant et nihil praetermittere. Decem igitur Archigenis

Ed. Chart. VIII. [417.] Ed. Baſ. III. (408.)

περὶ τῆς τῶν πυρετῶν σημειώσεων δέκα βιβλία μακρὰ φάσκοντες εἶναι, μόνην ἀναγινώσκειν ἐπιχειροῦσι τὴν ἐπιτομὴν, οὐδὲ ταύτην ἅπαντες, ἀλλ' εἰσὶν οἳ καὶ ταύτης ἔτι βραχύτερόν τι ζητοῦσι. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μέμφονται, διότι βιβλίον ὅλον ἔγραψε περὶ τῆς ἐννοίας τοῦ πυρετοῦ. καὶ τούτῳ μὲν ἐντυχεῖν οὐχ ὑπομένουσιν, οὐδὲ πεισθῆναί τε καὶ μαθεῖν ὅσον Ἐρασίστρατος ἐσφάλη περὶ τῆς ἐννοίας τοῦ πυρετοῦ, κελεύσαντες δέ τι περὶ τῶν πυρετῶν αὐτοῖς ῥηθῆναι, τὴν πρώτην εὐθὺς οἱ συγχωροῦσι διαφοράν, ὡς οἱ μὲν ἐπὶ τόποις πεπονθόσι, οἱ δὲ ἄνευ τούτων συνίστανται. ταὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ περὶ κρίσεων πεπόνθασι, ἐγκαλοῦντες μὲν ἐπὶ τοῖς παραλελειμμένοις, μεμφόμενοι δὲ τῷ μήκει τῶν εἰρημένων, καίτοι τοῦ μήκους ᾧ μέμφονται, διττοῦ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος, ὡς ἐγὼ νῦν διαιρήσομαι. καὶ ταὐτ' ἄμφω ψέγουσι καὶ μᾶλλον αὐτῶν ἔτι τὴν βραχυλογίαν, ταύτην μὲν ὡς ἧττοι παραλείπουσάν τινα τῶν ἀναγκαίων, ἢ πάντως γε μὴ σαφῶς ἐκδιδάσκουσαν. τοῦ δὲ μήκους, τοῦ μὲν ἅπαντα ἐκδιδάσκοντος τὰ χρήσιμα, μετὰ τοῦ διαβάλλειν τὰ ψευδῶς τισιν ὑπειλημμένα, λῆρον εἶναί

de febrium ſignificatione volumina quum dicunt eſſe longa, ſolum legere compendium inſtituunt, neque hoc ipſum omnes, ſed ſunt qui et eo aliquid brevius poſtulent, ſunt qui et illum damnent, quoniam librum integrum de febris notione conſcripſerit, adque ideo hunc nolunt attingere, neque quicquam audire aut discere, quantum Eraſiſtratus in febris notione aberraverit. Quum vero exigunt ſibi aliquid de febribus enarrari, primam ſtatim differentiam non admittunt, quod videlicet quaedam ex locorum aſpectu, quaedam autem ſine illo conſiſtant. Idem autem circa criſes patiuntur, ſi quid praetermiſſum fuerit, reprehendentes, verborum tamen damnantes prolixitatem, quamvis haec quam accuſant duplex ſit, veluti hoc loco diſtinguam, quarum utramque quum ipſi vituperent, magis tamen ſermonum carpunt brevitatem, hanc quidem, ut quae aliquid ex iis quae ſunt neceſſaria praetermittat, vel ſaltem obscuram tradat doctrinam, prolixitatem vero, quae omnia enumerat opportuna, atque una falſas aliorum opiniones refellit,

Ed. Chart. VIII. [417.] Ed. Baſ. III. (408.)

φασι μακρόν. καὶ τοὺς αὐτὰ μόνα τὰ χρήσιμα ἐκδιδάσκοντας ἐπαινοῦσι. τοῖς δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα μόνα λέγουσιν ἀντιπροτείνουσι τὰ τῶν ἑτεροδόξων, καὶ μέμφονται τῆς προπετείας, εἰ χωρὶς ἀποδείξεως ἀξιοῦσι ἁπλῶς ἀποφηνάμενον πιστεύεσθαι. οὐκ ἀνέχονται δὲ οὐδὲ τῶν αὐτὰ τὰ χρήσιμα πλατύτερον ἐκδιδασκόντων. ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ κἀν τοῖς περὶ κρίσεων λόγοις ὁμοίως ἐγκαλέσουσι, τὴν μὲν βραχυλογίαν ψέγοντες, ὡς ἀσαφῆ τε ἅμα καὶ πολλὰ παραλείπουσαν, ἀκούειν δὲ πλειόνων οὐχ ὑπομένοντες, ἔτι τε προσεγκαλοῦντες ἃ μικρὸν πρόσθεν εἴρηται. καὶ γὰρ δὴ καὶ περὶ τόπων πεπονθότων Ἀρχιγένει γέγραπται βιβλία τρία, πάντων τῶν ἔμπροσθεν εἰς τὴν αὐτὴν πραγματείαν γεγραμμένων ἄριστα. ταῦτ' οὖν ἅπαντα εἰ μεταφέρειν εἰς τόνδε τὸν λόγον ἐπιχειρήσαιμι, καὶ τούτοις ἔτι προσθεῖναι τὰ ὑφ' ἡμῶν εὑρημένα, μέμψονται τῷ μήκει τῆς πραγματείας. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς, εἰ πάντα κατὰ τόνδε τὸν λόγον ἐπεξίοιμι, πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι μηκύνειν αὐτοῖς δόξω. τὸ μὲν οὖν δύνασθαι διαφυγεῖν ἐπήρειαν γράμμα μηδὲν οὕτως ἦν παλαιὸν,

longas eſſe nugas autumant, eosque qui ſolum utilia docent, collaudant, rurſusque adverſus eos, qui haec tantum dicunt, objiciunt contrarias aliorum opiniones, temeritatemque reprehendunt, ſi ſine demonſtratione ſimpliciter proferentibus ſibi fidem velint adhiberi, neque vero etiam illos tolerant, qui in docendis utilibus ſermonem extendunt. Quare neque mirandum, ſi eos, qui de criſibus ſermones habent, eodem modo accuſabunt, brevitatem quidem vituperando, ut quae obſcure doceat et multa praetermittat, neque plura audire ſuſtinendo, atque inſuper quae paulo ante dixi, reprehendendo. Nam et de locis affectis Archigenes tres libros conſcripſit, optime quidem omnium, qui circa eandem materiam ante fuere verſati; haec igitur ſi in praeſentem tractatum transferre tentarem, atque his praeterea addere, quae a nobis inventa ſunt, prolixitatem operis accuſabunt, et ſi etiam de febrium differentiis omnia hoc loco tranſigerem, multo etiam magis viderer ipſis eſſe prolixus. Quod igitur nullus ſcribendi modus mordacitatem poſſit effugere, tam eſt anti-

Ed. Chart. VIII. [417. 418.] Ed. Baſ. III. (408.)

ὥστε καὶ Πλάτων αὐτοῦ μέμνηται. τὸ δ' οὕτω τούτων ἐχόντων ἐκλέγεσθαι μέσον εἶδος λόγων, ἄριστον εἶναί μοι φαίνεται. τί δὲ τὸ μέσον ἐστίν, οὗπερ ἐγὼ νῦν ἔχεσθαί μοι δοκῶ. δεικνὺς μὲν ἃ χρὴ γινώσκειν ἐξ ἀνάγκης τὸν μέλλοντα καλῶς προγνώσεσθαι λύσιν νοσήματος, ὁποία τέ τις ἔσοιτο καὶ καθ' ὁντινα χρόνον. οὐχ ἅπαντα δ' αὐτὰ νῦν ἐπεξερχόμενος, ἀλλ' ὅσα ἀσαφῶς εἴρηται τοῖς ἔμπροσθεν ἐξηγούμενος. ὅσα δὲ παραλέλειπται, προστιθείς. τὸ δ' ἤτοι τὰ καλῶς θ' ἅμα καὶ σαφῶς εἰρημένα μεταγράφειν, ἢ τοῖς ψευδῶς εἰρημένοις ἀντιλέγειν, ὡς εἰς μακρολογίαν ἀπάγον, ἐφυλαξάμην. [418] ἐπεὶ τοίνυν ἀποδέδεικται μὲν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῶν Ἱπποκράτους ἀφορισμῶν ἡμῶν ἐξηγουμένων, ὡς καὶ ἐξ αὐτῆς τοῦ νοσήματος τῆς φύσεως, οὐ σμικρὰν πρόγνωσιν ἔνεστιν λαβεῖν εἰς τὰ μέλλοντα, θαυμαστὸν εἶναι δοκεῖ τοῖς πολλοῖς, εἰ καὶ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν εἴσεταί τις τῆς νόσου τὴν ἰδέαν, ἐπειράθημεν ἐπιδεῖξαι θαυμαστὸν μὲν ἴσως ὑπάρχον, οὐ μὴν καὶ ἀδύνατόν γε. καὶ τὴν ὁδὸν, ᾗ χρὴ τοῦτο

quum, quod etiam Plato hujus rei meminit. His autem ita ſe habentibus, mediam ſermonis formam eligere optimum mihi viſum eſt. Quid autem eſt medium? quod ego nunc mihi videor attingere, omnia illa demonſtrans, quae oportet eum de neceſſitate cognoscere, qui recte praeviſurus ſit morbi ſolutionem, qualis et quo tempore futura ſit, non omnia quidem hoc loco tranſigens, ſed ea enarrans, quae a ſuperioribus obſcure ſunt tradita, quae vero praetermiſſa haec addens, quaecunque autem manifeſte ac recte ſunt a veteribus ſcripta, tranſcribere, aut iis, quae ſunt ab eisdem male dicta, contradicere, ut longum opus evitare valeam, ſuperſedi. Poſtquam igitur dum in primo libro aphorismorum Hippocratis exponeremus, ibi oſtendimus, quod ex ipſius morbi natura non parvam liceat occaſionem accipere ad futura praenoscenda, mirum vero multis videatur, ſi in primo die quispiam morbi ſpeciem agnoverit, quod nos demonſtrare tentavimus difficile quidem ſorte eſſe, non tamen impoſſibile, viamque qua hoc facere oportet, expo-

Ed. Chart. VIII. [418.] Ed. Baſ. III. (408.)

dine aut partis inflammatione, niſi inflammatis inguinibus accidant. Earum autem generationis cauſae ſunt vigiliae ac cruditas et triſtitia et timor et ira et curae deuſtioque ac refrigeratio, laſſitudo et ebrietas et quaecunque ſimilia ſunt. Quomodo igitur et has in prima die cognoscere oporteat, deinde exponam. Communiter quidem omnium pulſus ad celeritatem et frequentiam promovetur et ſaepenumero ad magnitudinem; exquiſite autem ſervat eam quae ſecundum naturam et aequalitatem atque mollitiem et ordinem. Sic et urinae nonnullae quidem ſuſpenſa, nonnullae vero ſedimenta bona habent, quaedam autem nebulas, omnes vero bene coloratae ſunt: ſicuti et calor in omnibus vaporoſus eſt, ſed quibusdam ſtatim quidem in primo contactu, quibusdam vero poſterius. Atque omnibus ipſis abſunt maligna ſymptomata, de quibus docuit nos Hippocrates in Prognoſtico. Haec igitur communia ſigna ſunt omnium febrium ephemerarum, propria vero ſingulis quae a me dicta ſunt etiam in primo libro artis curativae ad Glauconem. Nunc ero in-

Ed. Chart. VIII. [426.] Ed. Baſ. III. (412.)

μαι δὲ καὶ νῦν ἀπὸ τῶν ψυχικῶν παθῶν τοῦ λόγου, φροντίδος καὶ φόβου καὶ θυμοῦ καὶ λύπης. εἰ μὲν δὴ μενόντων ἔτι τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ἡ ἐπίσκεψις γένοιτο, διὰ τῶν σφυγμῶν μάλιστα πειρᾶσθαι διαγινώσκειν, ὡς ἐν τοῖς περὶ σφυγμῶν γέγραπται. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων εἰσάγειν διάγνωσιν. εἰ δ' αὐτὰ μὲν εἴη πεπαυμένα, μένοι δ' ἡ διάθεσις, ἀμυδρὸν μέν τι κἂν τοῖς σφυγμοῖς εὑρήσεις γνώρισμα τῶν ποιησάντων τὸν πυρετὸν παθῶν, ἀποχρήσῃ δέ σοι καὶ χωρὶς τῶν σφυγμῶν τὰ λοιπὰ πάντα. κοινῇ μὲν γὰρ ἅπασι πυῤῥότερα τὰ οὖρα, πρόσεστι δὲ τοῖς μὲν διὰ λύπην δριμύτης μᾶλλον ἢ πλῆθος θερμασίας, ὡς τοῖς γε διὰ θυμὸν ἔμπαλιν. ἀλλὰ καὶ ἡ ἰσχνότης τοῦ σώματος ἐπιδηλοτέρα τοῖς λυπηθεῖσιν ἢ τοῖς φροντίσασι, καὶ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν κοιλότης καί τις ἀήθης ἄχροια. ταῦτα μὲν δὴ καὶ τῶν ἄλλως ὁπωσοῦν φροντισάντων κοινά, μάλιστα δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐστι διορίζειν. ἔνεστι γὰρ ἐκ τούτων τεκμήρασθαι κἂν τοῖς ὑγιαίνουσι μὲν τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καὶ νοσούντων δὲ σαφέστατα σημεῖα

choabo ſermonem ab affectibus animae, a cura et timore et ira et triſtitia. Si quidem remanentibus adhuc animi affectibus conſideratio fiat, ex pulſibus maxime tentandum eſt facere dignotionem, quemadmodum in libris De pulſibus ſcriptum eſt; poſt autem etiam ex aliis inveſtigandum. Quod ſi illi quidem affectus ſedati fuerint, affectio vero remanſerit, debile quidem et hic in pulſibus indicium invenies illarum quae febrem anteceſſerunt affectionum: tibi autem ſine pulſibus reliqua omnia ſufficient. Communiter enim omnibus urinae ruſiores. Adeſt autem iis quidem qui ob triſtitiam febricitant, acrimonia potius quam multitudo caloris, ſicuti iis qui ob iram contrario modo. Sed et tenuitas corporis in iis qui triſtitia quam in iis qui cogitationibus vexati ſunt manifeſtius apparet et oculorum cavitas et quaedam inſolita decoloratio. Et haec quidem communia omnium etiam aliorum, qui quocunque modo cogitationibus impliciti fuerint, indicia ſunt, ſed praecipue ex oculis discernendi ſunt; licet enim ex his etiam in ſanis animi affectum conjicere, in aegris autem manifeſtiſſima ſigna ſunt

Ed. Chart. VIII. [426. 427.] Ed. Baſ. III. (412.)

τῷ γε δυναμένῳ συνορᾶν. οὕτως μὲν δὴ τοὺς διὰ μαθήματά τε καὶ θεωρίαν τινὰ φροντίσαντας τῶν λυπηθέντων διακρίνειν προσήκει, τούς γ' ἐπ' ἀγρυπνίας, διορίζει μὲν καὶ τὸ τῆς ἀχροίας εἶδος. ὕποιδον γάρ ἐστιν αὐτοῖς τὸ πρόσωπον καὶ αἱ τῶν ὀφθαλμῶν κινήσεις δῆλαι, μόγις γὰρ ἐπαίρουσι τὰ βλέφαρα, καὶ μὴν ὑγρότης δὲ, ξηροὶ γὰρ γίνονται τοῖς λυπηθεῖσιν, ἢ φροντίσασιν. ἡ κοιλότης δὲ κοινὸν ἁπάντων σύμπτωμα, λύπης, ἀγρυπνίας, φροντίδος, οὐ μὴν ἤδη καὶ θυμοῦ. τούτῳ γὰρ οὔτε τὰ τῆς κοιλότητος τῶν ὀφθαλμῶν οὔτε τὰ τῆς ἀχροίας ἐπίδηλα, καὶ μὴν θερμασία πλείων τε καὶ ὠκέως ἐκ τοῦ βάθους ἀναφερομένη. καὶ τὸ μέγεθος τῶν σφυγμῶν οὐκ ἀφαιρεῖται, καθάπερ ἐπ' ἀγρυπνίας τε καὶ λύπης καὶ φροντίδος, ὥστε θυμὸν μὲν καὶ πάνυ σαφῶς αὐτῶν διοριεῖς. ἀλλήλων δὲ ἐκεῖνα, καθάπερ προείρηται, τῶν δ' ἐπὶ κόποις πυρεττόντων τὸ δέρμα ξηρότερον ἢπερ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν. [427] ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἅπασι τοῖς ἐπὶ κάπῳ πυρέξασι κοινὸν, ἔν γε τῷ μέχρι τῆς ἀκμῆς τοῦ

ei qui inſpiciendi habeat facultatem. Sic quidem illos, qui propter disciplinas aut propter meditationem aliqua cogitaverunt, ab iis quos triſtitia corripuit discernere oportet. Eos autem qui nimium vigilarunt, diſtinguit et decolorationis modus, nam ſubtumida ipſis facies ineſt et oculorum motus manifeſti, vix enim attollunt palpebras; et humiditas oculorum, ſicci enim contriſtatis fiunt et cogitantibus. Cavitas vero commune omnium ſymptoma eſt, triſtitiae, vigiliae, curarum, non tamen et irae, huic enim neque oculorum cavitas, neque decoloratio manifeſta, et calor etiam amplior et qui celeriter ex profundo efferatur, et pulſuum magnitudo non minuitur, quemadmodum in vigiliis, triſtitiis et cogitationibus. Quare iram quidem ab ipſis valde manifeſte diſtingues, illas vero invicem quemadmodum antea diximus. Eorum vero qui ex laſſitudinibus febricitant cutis eſt ſiccior, plusquam in aliqua alia febrium ephemerarum. Sed hoc quidem omnibus qui ex laſſitudine febricitant commune eſt in eo acceſſionis tem-

Ed. Chart. VIII. [427.] Ed. Baſ. III. (412.)

παροξυσμοῦ χρόνῳ. τῷ δὲ ἀπὸ τοῦδε τοῖς πλείστοις μὲν ὅσοι μὴ ὑπερεπόνησαν, ἰκμάδες τινὲς, ἢ ἀτμὸς θερμὸς ἐκ τοῦ βάθους ἀγαφέρεται, τισὶ δὲ κἂν τοῖς μετὰ τὴν ἀκμὴν χρόνοις ἡ ξηρότης παραμένει. γίνεται δὲ τοῦτο μάλιστα τοῖς ὑπερπονήσασιν, ἢ ἐγκαυθεῖσιν, ἢ ψυχθεῖσιν ἅμα τῷ κόπῳ. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ τῶν σφυγμῶν οὐχ ὡσαύτως ἐν ἀμφοτέροις ἔχει· μικροὶ μὲν γὰρ τοῖς ὑπερπονήσασι, μεγάλοι δέ εἰσι τοῖς ἄλλοις. οἱ δὲ ἐπὶ τῇ πυκνώσει τοῦ δέρματος ἀναπτόμενοι πυρετοὶ, πυκνοῦνται δὲ ἢ ψυχόμενον, ἢ ποιότητος στρυφνῆς ἀθρόως αὐτῷ ἐμπεσούσης, οἷόν τι καὶ τῷ λουσαμένῳ ἐν τῷ ὕδατι τῷ στυπτηριώδει ἐγένετο, οὗτοι μόνοι πάντων πυρετῶν στεγνόν εἰσι πάθος. ἔνεστι δὲ αὐτοὺς τῇ ἁφῇ διαγινώσκειν, ὥσπερ καὶ τοὺς αὐχμώδεις τῶν πυρετῶν τοὺς ἐπὶ τοῖς κόποις. οὐ γὰρ ἂν οὐδ' ἡ τούτων πύκνωσις ἁφὴν γεγυμνασμένην διαλάθοι. ἀτὰρ οὖν καὶ ἡ τῆς θερμασίας κίνησις ἐπαναδιδοῦσά πώς ἐστι, πρᾳεῖα μὲν κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν φαινομένη, δριμεῖα δὲ, εἰ χρονίσαις ἐπὶ πλέον, γινομένη. οὐ

pore quod usque ad ſtatum protenditur, at eo tempore quod ſtatum ſequitur plurimis quidem, quicunque non ſupra modum fatigati ſunt, humiditates quaedam, vel vapor calidus ex profundo attollitur, quibusdam vero etiam in iis, quae ſtatum ſubſequuntur temporibus ſiccitas remanet. Fit vero hoc maxime iis qui ſupra modum fatigati ſunt, vel deuſti, vel refrigerati una cum laſſitudine. Et pulſus etiam non eodem modo in utrisque ſe habent, parvi enim iis qui ſupra modum ſunt fatigati, magni vero aliis ſunt. At quae ex denſata cute febres oriuntur, denſatur autem vel frigefacta, vel qualitate acerba ſubito ipſam invadente, veluti accidit eis qui aqua aluminoſa ſe balnearunt, hae ſolum ex omnibus febribus affectus aſtrictus ſunt. Licet autem ipſas ex tactu dignoscere, ſicuti et aridas febres, quae ex laſſitudine ſiunt, neque enim vel harum denſitas tactum lateat exercitatum. Sed et caliditatis motus in iis quodammodo inaugescit, nam in primo manus injectu mitis appareret, acrior vero poſtmodum evadit, ſi moratus ſueris. Sed

Ed. Chart. VIII. [427.] Ed. Baſ. III. (412. 413.)

μὴν οὐδὲ τὰ οὖρα πυῤῥὰ τοῖς τοιούτοις, οὐδ' ὁ τοῦ σώματος ὄγκος συμπέπτωκεν. οὔκουν οὐδ' οἱ ὀφθαλμοὶ κοῖλοι καὶ ξηροὶ γίγνοιντο ἄν, ἀλλ' ἔστιν οἷς ὑγρότεροί τε καὶ προπετέστεροι δόξουσιν εἶναι τῶν κατὰ φύσιν, οἱ δὲ σφυγμοὶ μικρότεροι, καθάπερ ἐπὶ λύπης καὶ φροντίδος καὶ ἀγρυπνίας, κἂν τοῖς ἄγαν ἀμέτροις γυμνασίοις. τῶν δ' ἐπὶ βουβῶσι πυρετῶν τῶν ἐφημέρων οἱ σφυγμοὶ μέγιστοι γίνονται καὶ ὠκεῖς καὶ πυκνοὶ καὶ ἡ θερμασία πολλὴ, καὶ μετὰ τὴν ἀκμὴν εὐθὺς ἐκ τοῦ βάθους ἀναφέρεταί τις ἰκμὰς, θερμὴ μὲν, ἀλλ' ἡδεῖα. τὸ γὰρ δριμὺ καὶ δάκνον ἥκιστα πάντων πυρετῶν τοῖς τοιούτοις ὑπάρχει, καὶ τὸ πρόσωπον ἐρυθρὸν αὐτοῖς γίνεται τοὐπίπαν, καὶ ἐν ὄγκῳ μείζονι, καὶ τὰ οὖρα ὑπόλευκα. κοινὸν δὲ τοῖς τοιούτοις ἅπασι πυρετοῖς τοῖς ἐφημέροις ἡ ὁμαλότης τοῦ σφυγμοῦ. παντελῶς γὰρ ἐξ αὐτῶν ὀλίγοι τὴν κατὰ μίαν πληγὴν ἀνωμαλίαν ἐμφαίνουσιν, ἀλλ' οὐδ' οὗτοι πάνυ σαφῶς, οὐδ' ἐναργῶς. εἴρηταί μοι (413) δὴ καὶ τὰ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν γνωρίσματα. περὶ

neque urinae ruſae in talibus, neque corporis moles collapſa, quare neque oculi concavi et ſicci apparent, ſed ſunt quibus et humidiores et prominentiores iis qui ſecundum naturam eſſe videbuntur, pulſus vero quemadmodum in triſtitia et curis et vigiliis, atque immoderatis exercitiis minores. Earum vero febrium ephemerarum, quae ex inflammationibus inguinum accenduntur, pulſus maximi ſunt et veloces, atque frequentes, calorque plurimus et poſt ſtatum ſtatim ex profundo humiditas quaedam attollitur calida quidem, ſed ſuavis, nam acrimonia et mordacitas minime omnium his febribus adeſt, et rubicunda facies maxima ex parte ipſis ineſt et in majore tumore et urinae ſubalbae. Communis vero his febribus ephemeris ineſt aequalitas pulſuum, nam ex ipſis paucae admodum eam quae ſecundum unam pulſationem eſt inaequalitatem oſtendunt, ſed neque hae valde manifeſte, neque liquido. Dicta a me ſunt et ipſa febrium ephemerarum indicia. De hecticis autem non

Ed. Chart. VIII. [427.] Ed. Baſ. III. (413.)

δὲ τῶν ἐκτικῶν οὐ νῦν καιρὸς, οὐδεὶς γὰρ ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις, ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ προϊόντι τοιοῦτος ἀποτελεῖται, ὥστε περὶ μὲν ἐκείνων ἐν τοῖς ἑφεξῆς εἰρήσεται, νυνὶ δὲ καταπαύσω τὸν παρόντα λόγον ἐνθάδε.

eſt praeſentis temporis ſermo; nulla enim earum in primis diebus, ſed in progreſſu temporis fit; quare de his quidem in ſequentibus differemus, hic vero libro finem faciemus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

Ed. Chart. VIII. [428.] Ed. Baſ. III. (413.)

Κεφ. α'. Προκειται μὲν, ὡς καὶ πρόσθεν ἐλέγετο, πάσης ἐν νόσῳ μεταβολῆς διαγνώσεις μὲν παρούσης, μελλούσης δὲ ἔσεσθαι προγνώσεις εἰπεῖν. ἐπεὶ δ' ἑξαχῶς αὗται γίνονται, πειρατέον ὑπὲρ ἑκάστου ἰδίᾳ διελθεῖν, αὐτὸ τοῦτο πρότερον ἀναμνήσαντας, ὡς ἕξ εἰσιν αἱ πᾶσαι διαφοραὶ τῶν ἐν ταῖς νόσοις μεταβολῶν. ἢ γὰρ ἐξαίφνης εἰς ὑγείαν μεταπίπτουσιν, ἢ ἐξαίφνης ἀποκτείνουσιν, ἢ κατὰ βραχὺ τούτων ἑκάτερον, ἢ μικτῶς γίνεται. κατὰ βραχὺ μὲν ἤτοι τῆς νόσου

GALENI DE CRISIBVS LIBER III.

Cap. I. Propoſitum noſtrum eſt, ſicuti et prius dicebatur, omnis in morbo mutationis praeſentis quidem dignotiones, futurae vero praecognitiones dicere. Quia vero ſex modis iſtae fiunt, tentandum eſt de ſingulis ſeparatim ſcribere, hac prius facta memoratione, quod ſex ſunt in morbis mutationum differentiae, vel enim ſubito ad ſanitatem veniunt, vel ſubito interimunt vel paulatim horum utrumque contingit, vel mixtim. Paulatim quidem, vel ſcilicet morbo

Ed. Chart. VIII. [428. 429.] Ed. Baſ. III. (413.)

μαρανθείσης, ἢ τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως καταλυθείσης· μικτῶς δ', ἐπειδὰν ἀθρόα μέν τις ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἢ χεῖρον γένηται μεταβολὴ, τοὐντεῦθεν δὲ ἕως παντελοῦς λύσεως, ἢ θανάτου, τὸ ὑπόλοιπον ἅπαν ἀπομαρανθῇ. περὶ πρώτης οὖν τῆς ἐξαιφνιδίου μεταβολῆς εἰς ὑγείαν εἴπομεν ὅτι τε πασῶν ἐστι τῶν εἰρημένων ἀρίστη, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὴν ἐξαιρέτως ὀνομάζουσιν κρίσιν, ὅτι τε τῆς φύσεως ἀκριβῶς κρατούσης ἁπάντων τῶν παρὰ φύσιν ἀποτελεῖται. τῶν δ' ἄλλων μεταβολῶν ἡ μὲν εἰς ὀξὺν θάνατον τελευτῶσα κακὴ κρίσις ἐστίν. αἱ δ' ἀξιόλογον μέν τινα ποιησάμεναι τὴν ῥοπὴν, οὐ μὴν τελείαν γε λύσιν, ἐλλιπεῖς κρίσεις ὀνομάζονται. ὥσπερ οὖν καὶ ὅσαι κατὰ βραχὺ μαρανθείσης ἢ τῆς δυνάμεως, ἢ τῆς νόσου γίνονται, καὶ αἵδε λύσεις ἁπλῶς, οὐ κρίσεις ὀνομάζονται.

Κεφ. β'. [429] Μόνη τοίνυν ἁπλῶς κρίσις ἡ εἰς ὑγείαν ὀξύῤῥοπος μεταβολὴ προσαγορεύεται, καὶ γίνεται μὲν πάντως ἐπὶ φανεραῖς τισιν ἐκκρίσεσιν, ἢ ἀξιολόγοις ἀποστάσεσιν. ὅσα γὰρ ἄλλως ἐῤῥᾳστώνησεν, ὑποτροπιάζει

marcescente, vel aegri viribus diſſolutis, mixtim vero quando ſubita quidem aliqua ad melius, vel deterius commutatio facta fuerit, deinceps vero usque ad perfectam ſolutionem, vel mortem reliquum totum emarcuerit. De prima igitur, quae repente fit, permutatione dicamus, quoniam omnium quas antea diximus optima eſt, atque ideo ipſam per excellentiam criſim nominant, quoniam natura, quae praeter naturam ſunt, ſuperante exquiſite perficitur. Ex aliis autem mutationibas, quae quidem ad ſubitam mortem mala criſis eſt, quae vero aliquam effatu dignam faciunt mutationem, non tamen integram ſolutionem, imperfectae criſes vocantur, ſicuti et quae ſenſim marcescente, vel virtute, vel morbo contingunt, et hae ſolutiones ſimpliciter, non criſes nominantur.

Cap. II. Sola igitur ſubita ad ſanitatem converſio ſimpliciter criſis nominatur. Et quidem omnino fit per manifeſtas quasdam excretiones aut effatu dignos abſceſſus; qui-

Ed. Chart. VIII. [429.] Ed. Baſ. III. (413.)

κακοηθέστερον. ἡγεῖται δὲ τῶν ἐκκρίσεών τε καὶ τῶν ἀποστάσεων τούτων οὐ σμικρὰ ταραχὴ κατὰ τοῦ κάμνοντος σῶμα. καὶ γὰρ δυσφορίαι καὶ ἀγρυπνίαι καὶ παραφροσύναι καὶ κώματα καὶ δύσπνοιαι καὶ σκοτόδινοι καὶ δυσαισθησίαι καὶ ἀλγήματα κεφαλῆς καὶ τραχήλου καὶ στομάχου καὶ πολλῶν ἄλλων μορίων. ἐνίοις δὲ καὶ ὤτων ἦχοι καὶ μαρμαρυγαὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνονται καὶ δάκρυον ἀκούσιον ἐκρεῖ καὶ οὖρον ἴσχεται καὶ χεῖλος σείεται, καὶ ἄλλο τι τρομῶδες γίνεται καὶ λήθη καὶ ἄγνοια τῶν παρόντων καὶ ῥῖγος σφοδρὸν ἐμπίπτει, καὶ τοὐπίπαν ὁ παροξυσμὸς προεισβάλλει τῆς συνήθους ὥρας καὶ καῦμα πολὺ καὶ δίψος ἀφόρητον ἕπεται καὶ βοῶσι καὶ ἀναπηδῶσιν, ὥσπερ ἔμπληκτοι, καὶ τὸ τῆς κατακλίσεως σχῆμα φυλάττειν οὐ δύνανται, κἄπειτ' ἐξαίφνης ἱδρὼς ἐξέβρασε πολύς, ἤ τις ἔμετος οὐκ ὀλίγος ἐπηκολούθησεν, ἢ γαστὴρ ἀθρόως κατέῤῥηξεν, ἢ καὶ λάβρως αἱμορῥαγοῦσιν, ἢ καὶ πάνθ' ἅμα συμπίπτει, καὶ φόβος ἐπήρτηται τοῖς ὁρῶσιν οὐ μικρὸς, κἂν τούτῳ τις ἰδιωτῶν παρὼν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ

everint, malignius recurrunt. Antecedit autem hujusmodi excretiones et abſceſſus non mediocris perturbatio in corpore aegrotantis. Nam et difficiles tolerantiae et vigiliae et deliria et graves ſomni et difficiles anhelitus et vertigines tenebricoſae et difficiles ſenſus, dolores capitis, colli et ſtomachi et multorum aliorum membrorum, nonnullis vero aurium ſonitus et vani ante oculos apparent ſplendores et lacrimae involuntariae effluunt, et urina retinetur et labrum agitatur, aut aliquid aliud tremulum fit, oblivio et praeſentium ignorantia et vehemens accidit rigor et plurimum acceſſio conſuetam anticipat horam et multus aeſtus, ſitisque intoleṛabilis ſequitur, clamant et ſaliunt, ſicuti furentes, neque poſſunt in eodem ſitu recumbere, deinde repente multus ſudor erumpit, aut vomitus aliquis non paucus inſequitur, aut venter ſubito ſolvitur, aut abundans fit fluxus ſanguinis, aut haec omnia ſimul contingunt, unde non parvus invadit timor inſpicientes. Et quispiam homo vulgaris quum iſtis adeſſet, ipſe re cogente ita pronunciavit, quod

Ed. Kart. VIII. [429.] Ed. Bas. III. (413.)

πράγματος ἀναγκασθεὶς ἐξεφώνησεν ὡς ὁ κάμνων κρίνοιτο περὶ τῆς ζωῆς. οὐ γὰρ δὴ ἰατρῶν γέ τις ἰδίως ἔθετο τῷ γινομένῳ τοὔνομα, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα τὸν παραγενόμενον αὐτῷ ταραχθῆναί τε καὶ ῥῆξαι φωνὴν, καὶ κρίσιν ὀνομάσαι τὸ γινόμενον, ἰατροῦ γε μήν ἐστι γενναίου μήτε ταράσσεσθαι μήτ' ἀγνοεῖν τὸ μέλλον ἀποβήσεσθαι. κάλλιον δὲ εἰ καὶ προγινώσκειν ἐσομένην κρίσιν ἀσκήσειεν. οὐδὲ γὰρ πόρρω που τὸ διαγινώσκειν τὴν ἤδη παροῦσαν ἐς ὅ τι τελευτήσει τοῦ προγινώσκειν ἐσομένην ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς θεωρίας ἄμφω κατορθοῦται.

Κεφ. γ'. Καὶ πάντ' ἤδη λέλεκταί μοι ταῦτα, τὰ μὲν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ κρισίμων ἡμερῶν ὑπομνήματι, τὰ δ' ἐν τοῖς προηγουμένοις τοῦδε δυσί. λέξω δὲ καὶ νῦν αὐτὰ διὰ κεφαλαίων ἅπαντα, τά τε τὴν παροῦσαν ἤδη κρίσιν ὁποία τις ἔσοιτο δηλοῦντα καὶ τὰ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι προδηλοῦντα. πρῶτον μὲν δὴ καὶ μέγιστον ἁπάντων τὸ ἐπισκέπτεσθαι τοὺς πεπασμοὺς, ἔξ οὔρων τε καὶ διαχωρημάτων καὶ πτυσμάτων, ὡς ἔγωγε μυρίαις ἤδη κρίσεσι παραγενόμενος οὐδέποτε ἐθεα-

judicium tunc de vita aegrotantis ageretur, neque enim medicorum aliquis primus invenit id nomen, ſed omnino neceſſarium fuit ut qui praeſens eſſet conturbaretur, atque ideo exclamaret et criſim rem ipſam nominaret. Decet autem medicum generoſum neque turbari, neque futurum eventum ignorare; melius autem fuerit, ſi ſe ad praenoscendam futuram criſim exercuerit; neque enim iſta dignotio, quae habetur de praeſentis criſis eventu, multum diſtat a praecognitione ejusdem futurae, ſed ex eadem contemplatione utraque perficitur.

Cap. III. Et jam haec omnia dicta ſunt partim quidem in primo libro de diebus judicatoriis, partim in duobus libris qui iſtum antecedunt, dicam vero et nunc omnia ſummatim quae et praeſentem criſim, quo evaſura ſit, oſtendunt et futuram praemonſtrant. Primum quidem et maximum inter omnia eſt conſiderare coctiones ex urinis et alvi excrementis et ſputis, ſi quidem ego millies quum, dum criſes fierent, intereſſem, neminem unquam vidi in-

Ed. Chart. VIII. [429. 430.] Ed. Baſ. III. (413.

σάμην ἀπολόμενον οὐδένα τῶν ἐπὶ πεπασμοῖς κριθέντων, οὐ μὴν τὴν ἴσην γε ἀξίαν ἀπονέμειν ἅπασι χρὴ τοῖς σημείοις, ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς κατὰ θώρακά τε καὶ πνεύμονος πάθεσι προσέχειν μὲν μάλιστα τὸν νοῦν τοῖς πτύσμασι, μὴ μέντοι μηδὲ τῶν οὔρων τῆς ἐπισκέψεως ἀμελεῖν, προσεπιβλέπειν δὲ καὶ τὰ διαχωρήματα· πυρεττόντων δὲ μόνον ἄνευ σπλάγχνου τινὸς διαθέσεως, ἢ τινος τῶν καθ' ἧπαρ ἢ νεφροὺς ἢ κύστιν ἢ σπλῆνα φλεγμαινόντων, τοῖς οὔροις μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν, ὥσπερ εἰ καὶ τὰ κατὰ τὴν γαστέρα πεπόνθασι, [430] τοῖς διαχωρήμασι μὲν πρῶτον, οὐκ ἀμελητέον δὲ οὐδὲ τῶν οὔρων. ἀεὶ γὰρ ὁπόταν ἢ ὁ πυρετὸς, εἴτ' ἐπὶ χυμοῖς μόνοις σηπομένοις ἀναπτόμενος, εἴτ' ἐπὶ μορίῳ φλεγμαίνοντι συνεπόμενος, εἰς οὖρα μάλιστά σε βλέπειν ἀξιῶ, κἀντεῦθεν γνωρίζειν τοὺς πεπασμοὺς, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. πρῶτον μὲν δὴ καὶ μέγιστον ἀγαθῆς κρίσεως σημεῖον ἐνεστώσης οἱ πεπασμοὶ, δεύτερον δὲ τὸ προδεδηλῶσθαι διά τινος τῶν ἐπιδήλων ἢ συνῆπται τῆς κρινούσης ἡμέρας ἡ δύναμις· ἐφεξῆς δὲ τὸ εἶδος τοῦ νοσήματος αὐτοῦ καὶ τὸ ἦθος· εἶδος μὲν, εἰ τριταῖος, ἢ ἀμφη-

tereuntem qui praecedentibus coctionibus criſim habuiſſet. Non tamen aequa omnium ſignorum dignitas exiſtimanda eſt, ſed in morbis quidem thoracis atque pulmonis praecipue ſputa ſunt animadvertenda, non tamen urinarum contemplatio negligenda, ſed et alvi excrementa ſunt inſpicienda. Si vero tantum febricitent ſine alicujus visceris affectu, aut cum inflammatione hepatis, vel renum, vel veſicae, vel ſplenis, maxime urinis animum oportet adhibere, ſicut ſi circa ventriculum affectus ſit, primum excrementis alvi, deinde neque urinae ſunt negligendae. Semper enim quum febris affuerit, vel ex ſola humorum putredine accenſa, vel ex parte inflammationem ſubeunte, praecipue urinas inſpiciendas cenſeo, atque inde coctiones agnoscendas, ſicuti et maximum inſtantis bonae criſis indicium ſunt coctiones. Secundum autem, quod ab aliqua die indicatoria antea indicetur, cui annexa eſt diei judicantis potentia. Deinceps autem inſpicere oportet et ſpeciem morbi et morem; ſpeciem quidem, ſi tertiana vel

Ed. Chart. VIII. [430.] Ed. Baf. III. (413.)

μερινὸς, ἢ καῦσος, ἢ πλευρῖτις, ἢ περιπνευμονία· ἦθος δὲ, εἰ μέτριον καὶ ἐπιεικὲς, ἢ πονηρόν τε καὶ κακόηθες. ἐφεξῆς δὲ τούτοις, εἰ κατὰ τὴν τοῦ νοσήματος ἰδέαν ἡ ἔκκρισις εἴη. εἰ μὲν γὰρ καῦσος εἴη ὁ πυρετὸς, ἢ αἱμορῥαγείτω διὰ ῥινῶν, ἢ ῥιγώσας σφοδρῶς ἱδρούτω πολλῷ καὶ θερμῷ δι' ὅλου τοῦ σώματος, ἢ ἐμείτω τε καὶ διαχωρείτω χολώδη. παραπλησίως δὲ καὶ ὁ τριταῖος ἐμέτοις τε καὶ διαχωρήμασι χολώδεσι, καὶ ἱδρῶτι πολλῷ δι' ὅλου τοῦ σώματος κρινέσθω. φλέγμα δὲ συχνὸν ἐν ἀμφημερινοῖς ἐκκενούσθω, καὶ πολλοὶ γινέσθωσαν ἱδρῶτες ἐν ὅλῳ τῷ σώματι. κρίνει δὲ καὶ φρενῖτιν ἱδρὼς χρηστὸς καὶ μᾶλλον εἰ ἐκ τῆς κεφαλῆς πολὺς καὶ θερμὸς ἐκρέοι, σύμπαντος ἱδροῦντος τοῦ ἄλλου σώματος. ἀλλὰ καὶ δι' αἱμορῥαγίας τε τὰς ἐκ ῥινῶν ἔστιν ὅτε φρενῖτις ἐκρίθη βεβαίως, οὐ μὴν λήθαργος ἢ περιπνευμονία χαίρουσιν αἱμορῥαγίαις. ἐν μέσῳ δὲ αὐτῶν ἐστι πλευρῖτις. ἧττον μὲν γὰρ ἡ καῦσος καὶ φρενῖτις, μᾶλλον δὲ ἡ περιπνευμονία καὶ λήθαργος αἱμορῥαγίαις λυθήσεται. λύουσι δ' ἱκανῶς

quotidiana vel febris ardens vel pleuritis vel peripneumonia; morem, ſi moderatus et mitis vel pravus atque malignus. Deinde ſi formae morbi excretio reſpondeat. Si enim ſit febris ardens, vel ſanguis e naribus profluet, vel poſt vehementem rigorem ſudor multus et calidus per totum corpus emanabit, aut per vomitum, aut per alvum bilioſa excernentur. Ita et tertiana vomitibus et excrementis alvi biliosis et ſudoribus multis toto corpore fluentibus judicabitur. Plurimum autem pituitae in quotidianis febribus excernetur et multi in toto corpore ſudores fient. Judicat et phrenitidem ſudor bonus et praecipue ſi ex capite multus et calidus fluxerit, ſudante ſimul reliquo corpore; contingit autem aliquando, quod etiam per ſanguinem e naribus fluentem phrenitis judicatur. Non tamen lethargus aut peripneumonia fluxum ſanguinis amant. Inter ipſas autem pleuritis medium obtinet locum; minus enim quam febris ardens et phrenitis, magis autem quam peripneumonia atque lethargus profluvio ſanguinis ſolvitur. Solvit autem

Ed. Chart. VIII. [430.] Ed. Baſ. III. (413. 414.)

καὶ τὰς τοῦ ἥπατος καὶ τὰς τοῦ σπληνὸς φλεγμονὰς αἱμορῥαγίαι διὰ ῥινῶν, ἐπειδὰν ἅμα πυρετοῖς ὀξέσι φλεγμαίνῃ τὰ σπλάγχνα. καὶ πάσας δὲ τὰς καθ' ὑποχονδρια φλεγμονὰς τὰς θερμὰς καὶ ὀξείας (414) ἡ διὰ ῥινῶν αἱμορῥαγία κρίνει. χρὴ δὲ καὶ κατ' εὐθυωρίαν αἱμορῥαγεῖν, ἐκ δεξιοῦ μὲν μυκτῆρος ἐφ' ἥπατί τε καὶ τοῖς κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον, ἐξ ἀριστεροῦ δὲ ἐπί τε σπληνὶ καὶ τοῖς ταύτῃ μορίοις. ὀνίνησι δὲ καὶ ἱδρὼς χρηστὸς ἁπάσας τὰς καθ' ὑποχόνδρια φλεγμονὰς τὰς θερμὰς καὶ ὀξείας. ἥπατος δὴ τὰ μὲν κυρτὰ φλεγμαίνοντα τρισὶν ὑπακούει μάλιστα τρόποις ἐκκρίσεως, αἱμορῥαγίαις ἐκ μυκτῆρος δεξιοῦ καὶ ἱδρῶσι χρηστοῖς καὶ οὔροις πολλοῖς, τὰ δὲ σιμὰ διαχωρήμασί τε χολώδεσι καὶ ἱδρῶσιν, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ ἐμέτοις. ἐκκαθαίρεσθαι δὲ δι' οὔρων ἐθέλει πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἅπανθ' ὅσα κατὰ νεφροὺς καὶ κύστιν ἐπόνησαν, ὥσπερ γε τὰ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα πτύσμασιν. οἱ δὲ ἱδρῶτες ἅπασί τε πυρετοῖς οἰκεῖοι καὶ μᾶλλον τοῖς περικαέσιν. ἐπωφελοῦσι δ' οὐ σμικρὰ

lienis et hepatis inflammationes ſanguis e naribus profluens, quum haec viscera una cum acutis febribus habent inflammationes. Et omnes quae in praecordiis fiunt calidae atque acutae inflammationes fluxu ſanguinis judicantur. Oportet autem per directum fluere ſanguinem, ex dextra quidem nare hepate affecto vel locis in dextris praecordiis poſitis, ex ſiniſtra autem liene et locis vicinis; juvat autem et ſudor bonus omnes quae ſunt in praecordiis inflammationes calidas et acutas. Hepatis vero gibbae quidem partes inflammationem patientes tribus praecipue modis criſis obediunt, fluxibus ſanguinis e nare dextra et ſudoribus bonis et urinis abundantibus. Simae autem partes excrementis alvi biliosis atque ſudoribus, nonnunquam vero et vomitibus, magis autem expetunt per urinas expurgari, quam gibbae hepatis partes, omnia ea quae vel in partibus renum, vel veſicae laborant, ſicuti loca quae ad thoracem et pulmonem pertinent, ſputis. Sudores vero omnibus febribus proprii ſunt et praecipue ardentibus. Juvat autem non parum et

Ed. Chart. VIII. [430. 431.] Ed. Baf. III. (414.)

καὶ τὰς ζεούσας φλεγμονὰς, ὅτε, ὡς εἴρηται καὶ πρόσθεν, ἅμα πεπασμοῖς γίνονται. ἤδη δὲ καὶ τοὺς ἀμφημερινοὺς κρίνουσι σὺν ἐμέτοις τε καὶ διαχωρήμασι φλεγματώδεσι, καὶ τοὺς τεταρταίους, εἰ μέλανα σὺν αὐτοῖς ἐκκενοῖτο καὶ ποικίλα, καὶ τοὺς ἡμιτριταίους, εἰ χολώδη τε ἅμα καὶ φλεγματώδη. κρίνουσι δὲ καὶ παρωτίδες ληθάργους τε καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἅπαντα· καὶ τἆλλα ἀποσκήμματα τοὺς χρονίζοντας ἅπαντας πυρετοὺς κρίνειν ἀσφαλῶς εἴωθεν· ἀλλ' οὔπω περὶ τῶν χρονιζόντων πρόκειται λέγειν. αἱ γὰρ ἐξαιφνίδιοι μεταβολαὶ, τῶν ὀξέων εἰσὶν, ὧν τὴν ἀρίστην ἐξηγοῦμαι νῦν ὁποία τίς ἐστιν, ὅτι γε πάντως οὐκ ἄνευ πεπασμοῦ, [431] ὅτι τε κατά τινα τῶν κρισίμων ἡμερῶν γινομένη, καὶ προσέτι διὰ τῆς ἐπιδήλου προδεδηλωμένη, καὶ μέντοι καὶ τὸ τῆς κρίσεως εἶδος οἰκεῖον τῷ νοσήματι ποιουμένη. προσεπιβλέπειν δ' ἐνταῦθα κελεύω σε καὶ τὴν ἡλικίαν τοῦ κάμνοντος καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν προγεγενημένην δίαιταν καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ νοσεῖ καὶ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους καὶ τὴν ἐνεστῶσαν κατάστασιν. εἰ μὲν γὰρ ὥσπερ τὸ νόσημα χολῶδες εἰ τύχοι, καὶ τούτων ἕκαστον ὁμοίως εἴη χολῶδες, ἐκκαθαίρεσθαι χρὴ χολὴν ἐν ταῖς

efferventes inflammationes, quando, ſicut et antea diximus, una cum coctionibus emanaverint. Judicant autem et quotidianas febres, ſimul vomitibus, atque excrementis alvi pituitoſis adjunctis. Et quartanas etiam, ſi atra ſimul ac varia excernuntur. Semitertianas vero, ſi bilioſa ſimul et pituitoſa. Parotides autem judicant lethargos et reliquos omnes capitis affectus. Aliique decubitus omnes febres diuturnas ſecure judicare conſueverunt. Sed nondum de diuturnis morbis dicere propoſuimus; nam repentinae mutationes acutorum ſunt, quarum optimam qualis ſit, nunc enarramus, quod videlicet omnino ſine coctione non eſt, et quod in aliquo die judicatorio fit, ac praeterea ab aliquo indicatorio praejudicata fuit et etiam criſis motum facit morbo convenientem. Praeter haec autem hortor hoc loco ut aegrotantis aetatem atque naturam, nec non antecedentem victum, locumque in quo aegrotat et anni tempus atque praeſentem temporis ſtatum conſideres. Si enim quemadmodum morbus forte eſt bilioſus, haec etiam ſingula aeque bilioſa ſint, opor-

Ed. Chart. VIII. [431.] Ed. Baſ. III. (414.)

κρίσεσι, ὥσπερ εἰ καὶ φλέγμα πλεονεκτεῖ, ἐκκενοῦσθαι προσήκει φλέγμα. ποικίλων δὲ ἐπικρατούντων χυμῶν ποικίλην εἶναι χρὴ καὶ τὴν κένωσιν. ἐπειδὰν δέ σοι ταῦτα σύμπαντα καλῶς ἔχῃ διηκριβωμένα, παρακολουθεῖν ἤδη σε χρὴ τοῖς ἀποβαίνουσι. εἰ μὲν γὰρ ὅ τε πυρετὸς λύοιτο κρινομένῳ τῷ κάμνοντι καὶ τῶν ἄλλων ἀπαλλάττοιτο συμπτωμάτων, εὐχρούστερός τε γίγνοιτο πρὸς λόγον τῆς κενώσεως, εὐσφυκτότερός τε καὶ ἰσχυρότερος ἐν ταῖς ἐξαναστάσεσιν, αὕτη μὲν ἡ ἀρίστη κρίσις ἐστίν· εἰ δέ τι τούτων λείποι, τοσοῦτον ἀποδεῖ τῆς ἀρίστης ἡλίκη τοῦ λείποντος ἡ δύναμις.

Κεφ. δ'. Οὕτω μὲν χρὴ διαγινώσκειν ἐνεστῶσαν ἀρίστην κρίσιν, ἔσεσθαι δὲ μέλλουσαν ὧδε. τὴν τοῦ νοσήματος ἐπισκέπτεσθαι φύσιν, εἴτε πικρόχολός ἐστιν, εἴτε φλεγματώδης, εἴτε μελαγχολικὴ, εἴτε μικτή τις. γέγραπται δ' ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ τὰ γνωρίσματα. δεύτερον δ' ἐπὶ τούτοις τήν τε ὥραν τοῦ ἔτους καὶ τὴν τοῦ κάμνοντος ἡλικίαν καὶ τὴν κρᾶσιν, ὅσα τ' ἄλλα τῆς αὐτῆς ἔχεται συστοιχίας,

tet bilem criſi expurgari, ſicut ſi pituita exuperavit, pituitam oportet evacuari; variis autem humoribus exuperantibus, variam etiam oportet eſſe evacuationem. Quum vero haec univerſa bene tibi fuerint explorata, tunc eventus jam tibi ſunt conſiderandi. Si enim dum aegrotans judicatur, febris ſolvatur atque aliis ſymptomatis liberetur et melius fuerit coloratus pro ratione evacuationis, cum melioribus pulſibus et ad ſurgendum robuſtior, haec optima criſis eſt; ſi vero ex his aliquid deſit, tantum ab optima deficit quanta eſt ejus quod deficit vis.

Cap. IV. Sic quidem dignoscere oportet optimam criſim praeſentem, futuram vero hoc modo. Morbi natura conſideranda eſt an ad amaram bilem pertineat vel atram, aut pituitam, vel mixtas habeat ſignificationes. Scripta autem ſunt in libro praecedente horum indicia. Poſt hoc autem tempus anni et laborantis aetas et temperamentum et quaecunque alia ejus ordinis ſunt, de quibus paulo ante ſermonem habuimus, unde facta de uno mentione reliquorum

Ed. Chart. VIII. [431.] Ed. Baſ. III. (414.)

ὑπὲρ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται. καὶ χρὴ κἂν ἓν ἐξ αὐτῶν ποτε ῥηθῇ, καὶ τῶν μὴ ῥηθέντων ἀναμιμνήσκεσθαι. μακρὸν γὰρ ἂν εἴη διέρχεσθαι σύμπαντα. μετὰ δὲ ταῦτα σκοπεῖσθαι τὰς περιόδους τῶν παροξυσμῶν, εἴτε διὰ τρίτης, εἴτε διὰ τετάρτης, εἴτε καθ' ἑκάστην ἡμέραν, εἴτε μηδ' ὅλως γίνονται, καθάπερ ἐπὶ τῶν συνόχων ἰδίως ὀνομαζομένων ἐστιν ἰδεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἐπείγοιντο καὶ προλαμβάνοιεν ἀεὶ τῆς συνήθους ὥρας, καὶ σφοδρότεροι γίνοιντο πολλῷ, καὶ διὰ τρίτης ἁπαντῶεν, ἐν τάχει κριθήσεσθαι δηλοῦσι· εἰ δ' ἀργῶς κινοῖντο καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν εἰσβάλλοιεν, ἐφ' ἑκάστῃ τε γίγνοιντο ἡμέρᾳ, μετὰ πλείονα χρόνον ἔσεσθαι σημαίνουσι τὴν κρίσιν. ἐπὶ δὲ τούτοις ἑξῆς, ὅπερ δὴ καὶ μέγιστόν ἐστι, τοὺς πεπασμοὺς ὁρᾶν, καὶ τούτων μάλιστα ταῖς ἀξιολόγοις μεταβολαῖς προσέχειν τὸν νοῦν. εἰ γὰρ ἐν ἐπιδήλοις ἡμέραις γίγνοιντο, τὰς ἐφεξῆς αὐτῶν κριτίμους ἀπαλλάξειν τῆς νόσου τὸν ἄνθρωπον ἐπαγγέλλονται. καθόλου γὰρ, ὡς κἂν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται λόγοις, ἡ σύμπασα κατάστασις τῶν νοσημάτων διὰ τῶν εἰρημένων τεττάρων γενῶν γνωρίζεται, περὶ ὧν ἔφα-

etiam, ſi vel ſilentio praetermittantur, meminiſſe oportet, nam longum eſſet omnia ſemper percurrere. Poſt haec autem acceſſionum circuitus ſunt conſiderandi, ſi vel per tertium, vel per quartum, vel per ſingulos dies eveniant, vel nullo modo eveniant, ſicuti in iis accidit febribus, quae proprie ſynochi nominantur. Si enim properaverint ac ſemper pro ratione anticipaverint horam et multo vehementius infeſtaverint et per tertium occurſaverint, cito criſim ſubſecuturam denunciant, ſi vero lente moveantur, atque eadem invaſerint hora et ſingulis diebus fiant, poſt longius tempus criſim futuram denunciant. Praeterea, quod ſane maximum eſt, coctiones inſpicere oportet et harum praecipue effatu dignis transmutationibus mentem adhibere. Si enim in diebus indicatoriis fiant, indicia ſunt quod ſequentes judicatorii dies aegrotum morbo liberabunt. Summatim enim, ut in praecedentibus ſermonibus diximus, univerſa morbi conſtitutio per quatuor dicta genera manifeſtatur. de

Ed. Chart. VIII. [431. 432.] Ed. Baſ. III. (414.)

μεν ἐν ἀφορισμοῖς διειλέχθαι τὸν Ἱπποκράτην τόνδε τὸν τρόπον. τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίνωνται. εἶτ' ἐφεξῆς φησι· ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου μὲν βραχύνει, ἢν δὲ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. διηγησάμεθα δ' ἐπὶ πλεῖστον ἐν τῷ πρώτῳ γράμματι περί τε τῶν ἐπιφαινομένων τούτων σημείων, ἃ δὴ τὴν πέψιν ἐνδείκνυται τῆς νόσου, καὶ ὅπῃ διαφέρει τῶν κρισίμων ὀνομαζομένων σημείων τε καὶ συμπτωμάτων. [432] εἴπερ οὖν ἐκείνων μνημονεύεις, ἐλπίζω σε ῥᾳδίως ποιήσειν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ προγνωστικόν τε καὶ διαγνωστικὸν ἀρίστης κρίσεως. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι στοχασμῷ τινι τεχνικῷ προγινώσκονται, τὴν δ' ἀρίστην κρίσιν, ἣν δὴ καὶ μόνην ἁπλῶς ὀνομάζεσθαι κρίσιν ἔφαμεν, οὐδὲ στοχαστικῶς ἄν τις, ἀλλὰ βεβαίως προγινώσκοι. πάντα γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων νοσημάτων ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀκίνδυνα φαίνεται τὰ σημεῖα.

quibus diximus Hippocratem in aphorismis differuiſſe in hunc modum: *Acceſſiones autem et conſtitutiones oſtendunt morbi, et anni tempora, et circuituum adinvicem incrementa, ſive quotidie, ſive alternis diebus, ſive longiore tempore fiant.* Deinceps ita inquit: *Sed et ex poſt apparentibus, veluti in pleuriticis, ſputum ſi ſtatim ſuperveniat, incipiente morbo quidem breviorem facit, ſi vero mox apparuerit, longiorem.* In primo autem libro de ſignis mox apparentibus, quae quidem ſigna morbi coctionem oſtendunt, plurima diximus, et quo pacto ab iis quae ſigna et accidentia judicatoria vocantur differant explanavimus. Si igitur ea memoria retines, ſpero te facilius praecognoscendi ac dignoscendi optimae criſis facultatem ex hoc ſermone adepturum. Reliquae enim criſes conjectura quadam artificioſa praecognoscuntur. Optimam vero criſim, quam etiam ſolam criſim ſimpliciter vocari diximus, non per conjecturam, ſed firma praecognitione comprehendes; omnia enim ſigna in talibus morbis ſtatim ab initio ſecura

Ed. Chart. VIII. [432.] Ed. Baſ. III. (414.)

τελέως μὲν οὖν ὄντα τοιαῦτα κατὰ τὴν πρώτην τετράδα τὴν κρίσιν ἐπαγγέλλεται, καθότι καὶ Ἱπποκράτης ἐδίδαξεν ἐν τῷ προγνωστικῷ λέγων ὧδε· οἵ τε εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων γινόμενοι τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν. οὐ γὰρ ἐνδέχεται πυρετὸν οὔτε τὸν ἀσφαλέστατα πάντα κεκτημένον οὔτε τὸν ὀλεθριώτατα μὴ οὐ κατὰ τὴν πρώτην τετράδα τὸν μὲν λυθῆναι, τὸν δὲ ἀποκτεῖναι, καθάπερ εἰ καὶ μικρὸν ἀποχωρήσειεν ὁ μὲν ἀπὸ τῶν ἐσχάτως ὀλεθρίων, ὁ δ' ἀπὸ τῶν ἄκρως σωτηρίων, οὐκ ἐνδέχεται τοὺς πυρετοὺς τούτους ἑξωτέρω προβῆναι τῆς ἑβδόμης ἡμέρας. τὸ δὲ εἴτε σφοδρὰ καὶ ἀγωνιστικὴ γενήσεται κρίσις, εἴτε μετρία, εἴτ' οὐδ' ὅλως κρίσις, ἀλλὰ λύσις ἁπλῶς, οὐκέτ' ἐκ τῶν ὀλεθρίων τε καὶ σωτηρίων σημείων, ἀλλ' ἔξ ἄλλων προγινώσκεται. δύο δ' ἐστὶ καὶ τούτων τὰ γένη, μέγεθός τε καὶ κίνησις νοσήματος. ἐν οἷς πρώτοις εὐθὺς ἀκριβῶς χρὴ γεγυμνάσθαι καὶ διακρίνειν αὐτὰ δύνασθαι ῥᾳδίως ἤθους τε καὶ ἰδέας νοσήματος. ἀλλὰ τὴν μὲν ἰδέαν ὡς χρὴ διαγινώσκειν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων εἴρηται.

videntur. Quum igitur talia integre fuerint, in primo quaternario criſim futuram denunciant, ſicuti Hippocrates in prognoſtico hisce verbis oſtendit: *Mitiſſimae enim febres quae cum ſecuriſſimis ſignis fiunt, quarto die finiuntur vel prius.* Neque enim contingit febrem omnia ſigna ſecuriſſima habentem, neque illam in qua ſunt omnia maxime pernicioſa, alteram quidem non ſolvi, alteram autem non occidere in primo quaternario aegrotantem, veluti ſi haec quidem parum ab extreme pernicioſis diſceſſerit, illa vero a maxime ſalubribus, hujusmodi febres ſeptimum diem non contingit transcendere. Si vero criſis vehemens et cum jactatione futura ſit, aut potius moderata, vel neque criſis omnino, ſed ſolutio ſimpliciter, non amplius ex pernicioſis ſignis et ſalutaribus, ſed potius ex aliis praecognoscitur. Duo autem ſunt et horum genera, magnitudo et motus morbi, in quibus primis diligenter oportet exercitari, ut ipſa noscamus et facile a more ac idea morbi diſtinguere valeamus. Sed ideam ipſam quo quidem pacto dignoscamus,

Ed. Chart. VIII. [432.] Ed. Baſ. III. (414. 415.)

τριταῖος γὰρ καὶ ἀμφημερινὸς καὶ τεταρταῖος καὶ ἡμιτριταῖος καὶ πλευρῖτις καὶ περιπνευμονία καὶ φρενῖτις εἴδη νοσημάτων εἰσίν. εἰ δ' εὐηθες, ἢ κακόηθες, ἐκ τῶν ἑπομένων αὐτοῖς συμπτωμάτων ἡ διάγνωσις, ἃ διεξῆλθεν ἅπαντα σχεδὸν Ἱπποκράτης ἐν τῷ προγνωστικῷ. τούτοις δὲ συγκαταριθμεῖν χρὴ καὶ τὰ τῆς ἀπεψίας τε καὶ τῆς (415) πέψεως σημεῖα. μέγεθος δὲ καὶ κίνησις νοσήματος ἕτερα τούτων ἐστίν. βληχροὶ γοῦν ἐνίοτε καὶ μικροὶ πυρετοὶ κακοήθεις εἰσὶ σφόδρα καὶ ἄλλοι θερμοὶ καὶ περικαεῖς, ὡς ἄσην τε ἅμα καὶ καῦμα καὶ δίψος ἀφόρητον ἐπιφέρειν, ὅμως οὐδὲν ἔχουσιν ἐνίοτε κινδυνῶδες. εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν ὡς εἴτε σφοδρότητά τις, εἴτε μέγεθος ὀνομάζει νοσήματος, οὐ διοίσει. τούτων δὲ ἁπάντων ἡ κίνησις διαφέρει, καὶ διαγινώσκεται τῷ χρόνῳ τῶν μερῶν τοῦ παροξυσμοῦ. τεττάρων γὰρ ἐν ἑκάστῳ παροξυσμῷ μορίων ὑπαρχόντων, ἀρχῆς τε καὶ ἀναβάσεως καὶ ἀκμῆς καὶ παρακμῆς, ἤτοι ταχέως τις ἅπαντα ταῦτα διεξέρχεται πυρετὸς, ἢ βραδέως, ἢ τινὰ μὲν αὐτῶν θᾶττον, τινὰ δὲ βραδύτερον.

in ſecundo volumine diximus; nam tertiana et quotidiana et quartana et ſemitertiana et pleuritis et peripneumonia et phrenitis ſunt ſpecies morbi. Si vero benignus aut malignus ſit morbus, ex ſubſequentibus ipſum ſymptomatis noscitur, quae omnia fere Hippocrates in prognoſticis enumeravit. In his autem annumerare oportet coctionis et cruditatis ſigna, magnitudo vero et motus morbi ab his diverſa ſunt. Debiles quidem et parvae febres quandoque valde malignae ſunt, et aliae calidae atque ardentes, ut anxietatem et aeſtum et ſitim intolerabilem afferant, nihil tamen habent nonnunquam periculoſum. Dictum autem et prius eſt quod ſive vehementiam, ſive magnitudinem morbi quispiam velit nominare, nihil differt. Ab hisce vero omnibus differt motus et ex tempore partium acceſſionis comprehenditur. Quum enim unaquaeque acceſſio quatuor habeat partes, principium, augmentum, ſtatum et declinationem, vel has omnes brevi tempore febris percurrit, vel tardo, vel nonnullas quidem citius, nonnullas vero ſerius: ſi omnes igitur celeriter peragat, manifeſtum inde fit quod

Ed. Chart. VIII. [432. 433.] Ed. Baſ. III. (415.)

εἰ μὲν οὖν ἅπαντα ταχέως διανύοι, πρόδηλον ὡς ἐπὶ τὴν κρίσιν ἐπείγεται, καὶ πάντως ἐστὶ διαλείπων οὗτος. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὸν πάντα ταχὺ διεξιόντα μένειν ἔτι συνεχῆ, καθάπερ οὐδὲ εἰ μηκύνει, κατὰ πάντα τὰ μόρια διαλείπειν ἂν ἔτι δύναιτο. δῆλον δὲ ὡς τὸν μὲν εἰς ἀπυρεξίαν παυόμενον ὀνομάζω διαλείποντα, τοῦ δὲ συνεχοῦς πυρετοῦ πάντως μὲν ἕν γέ τι μεμήκυσται μόριον, ἔστι δ' ὅτε καὶ δύο καὶ τρία καὶ σύμπαντα. τοῦ μὲν ἰδίως ὀνομαζομένου πυρετοῦ συνόχου πολυχρόνιος ἡ ἀκμὴ, μᾶλλον δ' ἀκμὴ πᾶς ἐστιν ὁ τοιοῦτος πυρετός· τοῦ δὲ μὴ συνόχου μὲν, οὐ μὴν εἰς ἀπυρεξίαν γε παυομένου πολυχρονιωτέρας μὲν τῶν ἄλλων μερῶν τῆς ἀκμῆς γινομένης ὀξεῖα ἡ κίνησις, ὀλιγοχρονιωτέρας δὲ βραδεῖα. διωρισμένης οὖν ἰδέας νοσήματος καὶ μεγέθους καὶ κινήσεως καὶ ἤθους, καὶ τῆς μὲν ἰδέας ἐκ τῶν οἰκείων συμπτωμάτων γνωριζομένης, τοῦ δὲ μεγέθους ἐκ τοῦ κατὰ ταῦτα πηλίκου, τῆς δὲ κινήσεως ἐκ τοῦ χρόνου τῶν τοῦ παροξυσμοῦ μορίων, [433] τοῦ δὲ ἤθους ἐκ τῶν ἐπιγινομένων συμπτωμάτων, προσλαμβανομένων δὲ τούτοις ὥρας τε καὶ χώρας καὶ φύσεως

ad criſim properat. Et omnino hujuscemodi febris eſt de numero intermittentium, neque enim contingit ut illa quae omnes celeriter peragat, amplius continua permaneat, ſicuti neque ut quae in omnibus partibus prolixitatem ſervat, ſit intermittens. Liquet autem quod eam quidem quae ad inſebricitationem deſinit voco intermittentem. Continuae vero febris omnino convenit, ut pars aliqua aut duae, vel omnes longae ſint. Ejus quidem quae proprie ſynochus nominatur longus eſt ſtatus, magis autem tota haec febris ſtatus eſt. Ejus vero quae non eſt ſynochus, non tamen deſinit ad inſebricitationem, quum ſtatus aliis temporibus longior exiſtit, motus eſt velox: quod ſi brevior, tardus eſt motus. Quum igitur morbi idea et magnitudo et motus et mos fuerint diſtincti, et idea quidem ex propriis ſymptomatis cognita, magnitudo vero ex eorundem quantitate, motus vero ex tempore acceſſionis partium, mos autem ex ſymptomatis ſupervenientibus, his quoque adjuncta conſideratione temporis, anni et naturae et regionis et ſimilium,

Ed. Chart. VIII. [433.] Ed. Baſ. III. (415.)

καὶ τῶν ὁμοίων. ὅτι μὲν σωθήσεταί τις, ἢ τεθνήξεται, πρὸς τρία ταῦτα ἀποβλέπων ἐξευρήσεις, ἰδέαν, ἦθος καὶ μέγεθος· μάλιστα δ' ἐν τούτοις προσέχειν τῷ ἤθει τὸν νοῦν. ὅτι δὲ κριθήσεται, ἢ μὴ, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς κινήσεώς τε καὶ τοῦ μεγέθους, ἔπειτα δ' ἐκ τῆς ἰδέας, εἶτ' ἐκ τῆς κατὰ τὰς ὥρας τε καὶ τὰς τοιαύτας συστοιχίας. ἐκ μέντοι τῶν ἐπιγινομένων οὐχ ἁπάντων, ἀλλ' ὅσα μικρῷ πρόσθεν εἶπον, ἀρχομέναις ἤδη ταῖς κρίσεσι συνεισβάλλειν, ἢ βραχύ τι φθάνειν αὐταῖς, ἅπερ δὴ καὶ κρίσιμα σημεῖα καλοῦμεν ἰδίως. τριχῇ γὰρ τῶν ἐπιγινομένων νενεμημένων, εἴς τε τὰ δηλοῦν τὸ ἦθος πεφυκότα καὶ τὰ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι κρίσιν ὑπόγυον, ἔτι τε πρὸς τούτοις ὅσα μὴ μόνον ὡς σημεῖα κρίσεως, ἀλλὰ καὶ ὡς αἴτια τιθέμεθα. τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῶν εἰρημένων γένος ἁπλοῦν ἐστιν. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι μοχθηρὰ, τὰ δὲ χρηστὰ τετύχηκεν ὄντα διὰ παντός. τὸ δὲ δεύτερόν τε καὶ τρίτον οὐκ ἀεὶ ταὐτὸν οὔτε δηλοῦν οὔτε ποιεῖν πέφυκεν, ἀλλὰ τοῖς τῆς νόσου καιροῖς ὑπαλλάττεται. λέλεκται δ' ἐπὶ πλεῖστον

nunquid morietur aeger aut ſalvabitur, ad haec tria reſpiciens invenies, ad ideam et morem et magnitudinem, ſed maxime morem inſpicere oportet. Utrum vero per criſim terminabitur morbus, aut non, primum quidem ex motu ac magnitudine inſpicies, deinceps autem ex idea ipſius, deinde ex anni tempore et ex aliis quae ejusdem ſunt ordinis, et ex ſupervenientibus quidem ſymptomatis non omnibus, ſed iis quae paulo ante memoravi, quae vel una cum criſi ab initio invadunt, vel paululum anticipant, quae ipſa judicatoria ſigna proprie nominamus Nam quum ſupervenientia ſymptomata trifariam dividantur, in ea ſcilicet, quae morem morbi natura oſtendere apta ſunt, et in ea quae affuturam proxime criſim denunciant, et quae non ſolum ſigna, ſed etiam cauſas criſis poſuimus, primum quidem ex his ſimplex eſt genus, nam quaedam ipſorum prava, quaedam vero bona perpetuo exiſtunt, ſecundum vero et tertium non ſemper neque idem facere, neque oſtendere aptum eſt, ſed ſecundum morbi tempora variatur. Diximus au-

Ed. Chart. VIII. [433.] Ed. Baſ. III. (415.)

ὑπὲρ ἁπάντων τούτων ἐν τῷ πρώτῳ γράμματι. σαφηνείας γοῦν ἕνεκα προκεχειρίσθω τις ἄῤῥωστος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἐναργέστατα σωτηρίας ἔχων σημεῖα. πάντως μὲν γὰρ τούτῳ κατὰ τὴν πρώτην τετράδα λυθήσεται τὸ νόσημα. πότερον δὲ κριθὲν, ἢ λυθὲν, μεγέθει τε καὶ σμικρότητι διορίζεται. τὰ μὲν γὰρ μεγάλα κρίνεται πάντως· ὅσα δὲ σμικρὰ, λύεται μόνον. ἡ δ' ἡμέρα τῆς κρίσεως ἐκ τῆς κινήσεως εὑρεθήσεται. συνόχου μὲν γὰρ ὄντος τοῦ πυρετοῦ καὶ μηδενὸς πλημμεληθέντος, ἀεὶ γὰρ χρὴ τούτου μεμνῆσθαι, κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν ἐλπίζειν ἔσεσθαι τὴν κρίσιν. εἰ δὲ συνεχὴς εἴη, τό τε μέγεθος ὁρᾶν χρὴ καὶ τὴν κίνησιν. ἐνδέχεται γὰρ κατὰ τὴν τρίτην ἢ πέμπτην ἡμέραν γενέσθαι τὴν κρίσιν, κατὰ μὲν τὴν τρίτην μεγάλου τε τοῦ νοσήματος ὄντος καὶ ταχέως κινουμένου, κατὰ δὲ τὴν πέμπτην, εἰ μὴ πάνυ μέγα μηδὲ ταχέως κινοῖτο. χρὴ γὰρ τὴν κρίσιν συνδραμεῖν τῷ παροξυσμῷ, καὶ οὕτω σπάνιόν ἐστι τὸ κατὰ τὴν τετάρτην κριθῆναι ὥστε Ἀρχιγένης μὲν δὶς ἔοικεν αὐτὸ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον ἑωρακέναι, ἐγὼ δὲ μέχρι τοῦ νῦν ἅπαξ.

tem latius de omnibus his in primo libro. Doctrinae igitur manifeſtioris gratia ducatur ad exemplum aliquis aegrotus, qui primo die habeat ſigna manifeſtiſſima ſalutis, huic enim omnino in primo quaternario finietur morbus. Utrum vero per ſolutionem, vel criſim, magnitudine et parvitate diſtinguitur, ſiquidem magni judicantur omnino, qui autem parvi, ſolvuntur ſolum. Sed dies criſis ex motu invenietur. Nam ſi febris ſynochus fuerit ac nullus error acciderit, nam ſemper hujus oportet meminiſſe, in quarto die ſperandum eſt criſim futuram. Si vero continua fuerit, magnitudinem ac motum inſpicere oportet. Contingit enim in tertio, vel quinto die criſim fieri, in tertio quidem, ſi morbus ſit magnus ac motum velocem habeat, in quinto autem, ſi neque valde magnus ſit, neque velociter moveatur, oportet enim criſim in idem tempus concurrere cum acceſſione. Et ita raro accidit ut quarto die fiat criſis, ut videatur bis tantum Archigenes in toto tempore vitae ſuae id obſervaſſe, ego vero ad hanc horam ſemel ſolum. Et cauſa eſt, quemad-

Ed. Chart. VIII. [433.] Ed. Baſ. III. (415.)

καὶ τοῦτο αἴτιόν ἐστιν, ὡς κἂν τοῖς περὶ κρισίμων ἡμερῶν εἴρηται, τοῦ τὴν κρίσιν πολλάκις ἐκ τῆς τετάρτης εἰς τὴν τρίτην τε καὶ εἰς τὴν πέμπτην μεθίστασθαι. τὸ μὲν γὰρ οὕτως ταχέως κρινόμενον νόσημα πάντως κάτοξυ· τοῖς κατόξεσι δὲ πᾶσιν ἤτοι συνόχους ἔχειν πάντως ἀνάγκη τοὺς πυρετούς, ἢ συνεχεῖς μὲν, ἀλλὰ διὰ τρίτης παροξυνομένους. οἱ μὲν δὴ σύνοχοι σπανιώτεροί τέ εἰσι καὶ μηδενὸς πλημμεληθέντος ἐν τῇ τετάρτῃ κρίνονται, τῆς φύσεως ταῖς οἰκείαις περιόδοις ἐπὶ τὴν κρίσιν ἀφικνουμένης. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ μηδὲν πλημμεληθῆναι σπάνιον. οἱ δὲ συνεχεῖς ἐν τοῖς παροξυσμοῖς κρινόμενοι τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν εὐλόγως, ἢ τῇ πέμπτῃ λύονται. εἰ γὰρ καὶ τῇ τετάρτῃ κριθεῖέν ποτε, τῷ λόγῳ τοῦ κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν παροξυσμοῦ τοῦτο πάσχουσιν. ὁ γὰρ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, εἰ τύχοι, τῆς τρίτης ἡμέρας εἰσβαλὼν παροξυσμὸς, ἤτοι διὰ τρίτης νυκτὸς, ἢ διὰ τετάρτης ἡμέρας ἐπιφέρει τὴν κρίσιν. ὅταν οὖν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, αὖθις γὰρ ῥητέον ταὐτὰ, θεασάμενός τι πέψεως ἐναργὲς γνώρισμα, πάντων δὲ δηλονότι τῶν ἄλλων σημείων

modum diximus in libris De diebus judicatoriis, ut criſis ſaepius ex quarto die ad tertium et ad quintum transmutetur. Nam morbus qui tam ſubito criſim habet omnino peracutus eſt; in omnibus autem morbis peracutis neceſſarium eſt febres, vel ſynochos eſſe, vel continuas quidem, ſed quae per tertium exacerbantur. Synochi quidem raro eveniunt, et ubi nullus ſit error, in quarto finiuntur per criſim, natura propriis circuitibus ad criſim perveniente; rarum vero etiam eſt ut nullus ſit error. Continuae autem febres, quae in acceſſionibus criſim habent, tertio die vel quinto rationabiliter finiuntur; nam ſi quandoque etiam quarto judicentur, ratione ejus acceſſionis quae tertio die ſit, id patiuntur; quae enim circa horam undecimam, ſi ita contigerit, diei tertii acceſſio invadit, vel tertia nocte, vel quarto die invehit criſim. Quum igitur primo die, rurſus enim eadem repetenda, ſignum aliquod coctionis manifeſtum apparuerit, reliquis etiam omnibus periculum nullum por-

Ed. Chart. VIII. [433. 434.] Ed. Baſ. III. (415.)

ἀκινδύνων ὑπαρχόντων, εἰδείης μὲν ἤδη βεβαίως ὅτι περὶ τὴν πρώτην τετράδα τὴν λύσιν ἀνάγκη γενέσθαι τῷ νοσήματι, θεασάμενος δὲ τὸ μέγεθος αὐτοῦ προσεπιμάθοις ὅτι καὶ μετὰ κρίσεως. [434] ἐκ γοῦν τῆς κινήσεως χρή σε τοῦ νοσήματος ἢ τὴν τρίτην, ἢ τὴν τετάρτην ἢ τὴν πέμπτην ἐλπίζειν· εἰ μὲν πάνυ ταχέως κινοῖτο, τὴν τρίτην, εἰ δὲ βραδύτερόν πως, τὴν πέμπτην, εἰ δὲ σύνοχος ὁ πυρετὸς εἴη, τὴν τετάρτην. συνεπιλαμβάνεται δὲ τῷ μὲν τάχει τῆς κινήσεως τό τε μέγεθος τοῦ νοσήματος καὶ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους καὶ ἡ ἡλικία καὶ ἡ χώρα καὶ τὰ ἄλλα ὅσα πολλάκις εἴρηται πικρόχολα τὴν φύσιν ὑπάρχειν, τῇ δὲ βραδύτητι τἀναντία. θέρους μὲν γὰρ νεανίσκος φύσει θερμότερος ἐξ ἐνδείας καὶ πόνου ἐδεσμάτων τε καὶ ποτῶν χολωδῶν συνεπιλήψεται τῇ τρίτῃ κρίσει, καὶ μᾶλλον εἰ αὐχμώδης ἱκανῶς ἥ τε προγεγενημένη κατάστασις εἴη καὶ ἡ νῦν ἐνεστῶσα καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ νοσεῖ φύσει θερμόν. εἰ δὲ καὶ τριταῖαι κρίσεις ἐπιδεδημηκυῖαι τηνικαῦτα εἶεν, ἐστὶ βεβαιότερος ὁ στοχασμός. εἰ μέντοι τἀναντία πάντα συνέλθοι, βραδυτέρα μὲν ἡ κίνησις τοῦ νοσήματος, οὐ πάνυ

tendentibus, tunc proculdubio ſciemus, quod in primo quaternario morbi ſolutionem ſubſequi ſit neceſſarium. Quod ſi etiam ejus magnitudo inſpecta ſit, ulteriorem habebis notitiam, quod cum criſi finietur. Ex morbi autem motu te ſperare oportet, quod criſis vel tertio die ſiet, vel quarto, vel quinto, ſi quidem celer ſit motus, tertio, ſi vero quodammodo tardior, in quinto, ſi vero febris fuerit ſynochus, in quarto. Adjuvat motus celeritatem morbi magnitudo et anni tempus et regio et aetas et quaecunque alia amarae bili conveniunt, tarditati autem metus inſunt contraria. Aeſtate enim adolescens natura calidior, poſt inediam et labores et cibos et potus bilioſos, tertiana criſi occupabitur, et praeſertim ſi is qui anteceſſerit temporis ſtatus admodum ſqualidus extiterit et praeſens etiam, et locus in quo aegrotat fuerit natura calidior, ſi vero et tertianae criſes tunc populariter graſſentur, adhuc certior eſt conjectura. Quod ſi omnia contraria convenerint et motus morbi tardior, neque magnitudo valde effatu digna et tem-

Ed. Chart. VIII. [434.] Ed. Baf. III. (415. 416.)

δέ τι τὸ μέγεθος ἀξιόλογον, ἡ δὲ ὥρα χειμὼν, ὁ δὲ νοσῶν ἤτοι φύσει φλεγματωδέστερος, ἢ παρακμάζων, εἰς τὸν τῆς πέμπτης ἡμέρας παροξυσμὸν ἐλπίζειν ἀφίξεσθαι τὴν κρίσιν, ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ καὶ τὸ χωρίον ὑγρὸν εἴη καὶ ψυχρὸν, ἥ τε παροῦσα κατάστασις ὁμοία καὶ αἱ κρίσεις ἐπιδεδημηκυῖαι πεμπταῖαι, καὶ τἆλλα δὲ τὰ τούτοις (416) ἀνάλογα, ἀργία τε καὶ πλησμονὴ, καὶ φλεγματώδη τὰ προεδηδεσμένα σιτία χρόνῳ πλείονι. πάλιν οὖν ἕτερος ἄῤῥωστος ὑποκείσθω, μήπω μὲν μηδὲν ἔχων ἐναργὲς πέψεως σημεῖον μήτ' ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν μήτ' ἐν τῇ δευτέρᾳ, μὴ μέντοι κινδυνώδες, ἀλλὰ παντοίως ἀκίνδυνα πάντως. σωθήσεται μὲν δηλονότι καὶ οὗτος, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ πρώτῃ τετράδι τελέως ἀπαλλαγήσεται. προσέχειν οὖν αὖ δεῖ σε τὸν νοῦν ἐπιμελῶς, εἴ τι πέψεως ἐναργοῦς ἐπιδείξει σημεῖον. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἀνάγκη λυθῆναι τὸ νόσημα, μηδενὸς ἐν τῷ μεταξὺ πλημμεληθέντος. εἰ δὲ μετὰ κρίσεως, ἢ μὴ, τῷ μεγέθει τοῦ νοσήματος διορίζεσθαι. πρόδηλον γὰρ ὡς

pus anni fuerit hibernum, aeger autem vel natura pituitoſior, vel jam declinantis aetatis, ſperandum eſt criſim ad quinti diei acceſſionem perventuram, adhuc autem magis, ſi locus natura frigidior atque humidior extiterit et praeſens temporis ſtatus conſimilis et quintanae criſes populariter graſſentur, et reliqua his proportione reſpondentia, veluti otium, repletio et eſus ciborum pituitoſorum a plurimo tempore. Rurſus igitur alius aegrotus ſubjiciatur, qui nullam habeat ſignum coctionis manifeſtum, neque in primo die, neque in ſecundo, neque tamen pernicioſum, ſed omnino omnia ſint citra periculum, ſalvabitur quidem et hic, ſed in primo quaternario non liberabitur integre. Oportet igitur mentem diligenter adhibere, nunquid aliquod ſignum manifeſtum coctionis oſtendat; nam ſi hoc fiat, neceſſe eſt ut in ſeptimo die aeger liberetur, modo interim nullus error admittatur. Si vero per criſim, vel ſine criſi ſalus ſit ſecutura, hoc ex morbi magnitudine noscitur. Liquet enim quod ſi magnus fuerit, omnino per criſim morbus finietur; quod

Ed. Chart. VIII. [434.] Ed. Baſ. III. (416.)

περ μέγα, πάντως μετὰ κρισεως· εἰ δὲ καὶ κινούμενον ὀξέως, ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον, ὥστε κἂν ἁμαρτηθῇ τι μὴ πάνυ μέγα περὶ τὸν κάμνοντα, πάντως μετὰ κρίσεως, καὶ οὕτως ἐλπίζειν ἑβδομαίαν ἀπαντήσεσθαι κρίσιν. εἰ μέντοι μὴ πάνυ ταχέως κινοῖτο, πλημμεληθείη δέ τι μεταξὺ περὶ τὸν ἄνθρωπον, εἰς τὴν ἐννάτην ἡμέραν ἡ κρίσις μεταπίπτειν ὀφείλει. πάλιν οὖν ἕτερος ἄῤῥωστος ὑποκείσθω τῶν ἀκινδύνως ἐχόντων ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας πρῶτον ἐναργὲς ἴσχων τι πέψεως σημεῖον. οὗτος, εἰ μὲν μέγα τὸ νόσημα καὶ ταχέως εἴη κινούμενον, ἑνδεκαταῖος μᾶλλον ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταῖος κριθήσεται· μικροτέρου δὲ ὄντος, ἢ μὴ πάνυ ταχέως κινουμένου, τεσσαρεσκαιδεκαταῖος μᾶλλον ἢ ἑνδεκαταῖος. ἐπιδιορίζεσθαι δὲ δεῖ τοῖς ἄλλοις, εἰ μὲν καὶ νέος εἴη καὶ φύσει χολώδης καὶ θέρος καὶ ἐν χωρίῳ φύσει θερμῷ καὶ τά τε τοῦ πρόσθεν βίου καὶ τὰ τῆς παρούσης καταστάσεως ἐπὶ τὸ θερμότερον ἅπαντα ῥέποι, πάντως ἐπὶ τῆς ἑνδεκάτης ἡμέρας κριθήσεται οὗτος, καθάπερ εἰ καὶ τἀναντία τῶν εἰρημένων ἅπανθ' ὑπάρχει τῷ νοσοῦντι, κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην.

ſi etiam motus velocitas adjungatur, multo magis id fiet, ut ſi etiam aliquis error, non magnus tamen, circa aegrotantem factus fuerit, omnino per criſim, et ſic ſperandum criſim in ſeptimo eventuram. Quod ſi non multum velociter moveatur, aliquis vero error circa hominem interim fiat, ad nonum diem criſis transfertur. Rurſus itaque ſupponamus aliquem ſalubri morbo laborare, qui die ſeptima aliquod coctionis ſignum habeat manifeſtum; hic ſi morbus magnus extiterit et celeriter moveatur, undecimo potius quam decimoquarto die criſim patietur, quod ſi minor fuerit neque celerem motum habuerit, decimoquarto magis quam undecimo. Simul vero cum aliis eſt diſtinguendum, ſi et juvenis fuerit et natura bilioſus et tempus aeſtivum et in loco calido aegrotaverit, et prior victus et quaecunque praeſenti attinent ſtatui, ad calidius declinaverint, omnino iſte die undecimo criſim habebit, quemadmodum, ſi omnia contraria iis quae dicta ſunt, affuerint aegrotanti, in quartodecimo.

Ed. Chart. VIII. [434. 435.] Ed. Baſ. III. (416.)

εἰ δὲ τινὰ μὲν εἴη, τινὰ δὲ μὴ, πλημμεληθέντος δέ τινος ἐν τῷ μεταξὺ, κατὰ τὴν ἐνδεκάτην ἡμέραν οὐκ ἐνδέχεται κριθῆναι τὸ νόσημα. πολλάκις δὲ οὐδὲ κατὰ τὴν ιδ', ὅταν ᾖ μεῖζον τὸ ἁμαρτηθέν. εἰ μέντοι μηδὲν ἁμαρτηθείη, μικτὰ δ' εἴη τὰ συμπτώματα, γεγυμνασμένου τε καὶ ὀξέος ἐν τῷδε χρεία τοῦ ἰατροῦ πρὸς τὸ διακρίνειν τὰ μείζονα τὴν δύναμιν ἔχοντα σημεῖα, καὶ τῇ κατ' αὐτὰ προδηλουμένῃ κρίσει πιστεῦσαι μᾶλλον ἐπὶ τῶν οὕτως ἀμφιβόλων προγνώσεων. [435] εἰ δὲ καὶ μὴ κατὰ τὴν ζ' αὐτὴν, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἄλλας γε τὰς μεταξὺ τῆς ἑβδόμης τε καὶ τῆς ια' ἔνεστιν ἀκριβῶς ἐξευρεῖν τὸ γενησόμενον. εἰ γὰρ ἤτοι τὸ μέγεθος ἢ τὸ τάχος τῆς τοῦ νοσήματος κινήσεως ἐπιταθείη κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας, ἀξιόλογός τε προσθήκη γίγνοιτο τοῖς τῆς πέψεως σημείοις, ἐνδεκαταῖος ὁ τοιοῦτος ἄῤῥωστος κριθήσεται, καθάπερ εἰ καὶ τἀναντία, τεσσαρεσκαιδεκαταῖος. ὑποκείσθω τοίνυν πάλιν ἄῤῥωστος ἐν ἀκινδύνῳ νοσήματι κατὰ τὰς προτέρας ἡμέρας, ἀργοτέραν τε τὴν κίνησιν ἔχων τοῦ πυρετοῦ καὶ μηδὲ περικαῶς πάνυ πυρέττων, ἀλλὰ καὶ σὺν τοῖς τῆς ἀπεψίας σημείοις·

Quod ſi nonnulla quidem affuerint, nonnulla vero non, atque interim aliquis error inciderit, fieri non poteſt ut criſis die undecimo ſubſequatur, ſaepius vero nec die decimoquarto, quando magis fuerit erratum. Sed ſi nullus error acciderit, mixta vero fuerint ſymptomata, hic opus erit medico exercitato ac perſpicaci, ut ea quae vim majorem habent, ſigna diſtinguat, et illi quae ab ipſis oſtenditur criſi fidem adhibeat certiorem in hisce adeo ambiguis praecognitionibus. Si autem neque in ipſo ſeptimo die, in aliis certe inter ſeptimum et undecimum id quod futurum eſt exquiſite discere licet. Nam ſi magnitudo vel velocitas motus morbi in eisdem diebus intendatur, ac coctionis ſignis effatu digna acceſſio facta fuerit, hujusmodi aegrotus die undecimo criſim patietur, ſicuti ſi contra ſe habuerint, in quartodecimo. Subjiciatur rurſus aegrotus, qui in morbo ſalubri in primis diebus tardiorem febris motum habeat, neque cum nimis vehementi calore, veruntamen adſint cruditatis ſigna,

Ed. Chart. VIII. [435.] Ed. Baſ. III. (416.)

ὅτι μὲν ἐντὸς τῆς ιδ' ὁ τοιοῦτος οὐκ ἂν ἀπαλλαγείη τοῦ νοσήματος ἤδη δῆλον. εἴτε δὲ κατ' αὐτὴν ἐκείνην, εἴτε καὶ πορρωτέρω, τοῖς καιροῖς τῆς ὅλης νόσου διορίζεσθαι. τὰ μὲν γὰρ τῆς ἀρχῆς σημεῖα μέχρι πολλοῦ παραμένοντα χρόνιον εἶναι δηλώσουσι τὸ νόσημα, τὰ δὲ τῆς ἀναβάσεως, εἰ κατὰ τὴν δ' ἢ τὴν ζ' φανείη, περὶ τὴν ιδ' ἐλπίζειν τι, διορισθήσεται δὲ ἐπὶ τῆς ια'. εἰ γὰρ ἅμα τὰ τρία τάδε συνδράμοι κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ἥ τε τῆς κινήσεως ὀξύτης ἱκανὴν αὔξησιν εἰληφυῖα καὶ τὸ μέγεθος τοῦ πυρετοῦ, καὶ προσέτι πέψεως ἐναργὲς γνώρισμα, κατὰ τὴν ιδ' ἡ κρίσις· ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον, εἰ καὶ τὰ τῆς ὥρας τε καὶ τὰ τῆς ἡλικίας, καὶ τὰ τῆς φύσεως τοῦ νοσοῦντος, ὅσα τ' ἄλλα τούτοις ἀνάλογον εἰς τάχος κρίσεως συντελεῖ. μόνου δὲ τοῦ τῆς πέψεως ἐναργῶς σημείου κατὰ τὴν ἑνδεκάτην ἡμέραν γινομένου, μὴ μέντοι μήτε τοῦ μεγέθους τοῦ νοσήματος μήτε τοῦ τάχους τῆς κινήσεως κατεπείγοντος, οὐκ ἂν ἐν τῇ ιδ' κριθείη. ἀλλ' εἰ μὲν καὶ τὰ τῆς ὥρας καὶ τὰ τῆς ἡλικίας τοῦ κάμνοντος, ὅσα τ' ἄλλα τούτοις ἐστὶ σύστοιχα, πρὸς τὸ ψυχρότερον ῥέποι, μὴ

quod quidem intra quartumdecimum diem hic non liberabitur morbo jam manifeſtum eſt. An vero in illa ipſa die, vel poſtea, ex morbi temporibus diſtinguendum eſt, nam principii quidem ſigna ſi diu permanſerint, diuturnum fore morbum ſignificant. Augmenti vero ſi in quarta vel in ſeptima die apparuerint, ſperandum eſt aliquid in quartodecimo, ſed in undecimo determinabitur. Nam ſi haec tria in eo die conjuncta fuerint, et motus velocitas, quae ſufficiens ſumpſerit incrementum et febris magnitudo, ac praeterea manifeſtum coctionis indicium, fiet criſis in quartadecima, adhuc autem magis, ſi et anni tempus et aetas et aegrotantis natura et quaecunque alia his proportionibus reſpondent, ad criſis celeritatem contulerint. Si vero ſolum manifeſtum coctionis ſignum die undecima appareat, neque tamen morbi magnitudo aut motus velocitas feſtinaverint, tunc ultra diem decimumquartum criſis differetur. Sed ſi quidem anni tempus et aetas aegrotantis et quaecunque alia his proportione reſpondentia, ad frigidius declinaverint,

Ed. Chart. VIII. [435.] Ed. Baſ. III. (416.

πρὸ τῆς κ᾽ ἐλπίζειν ἔσεσθαι τὴν λύσιν τοῦ νοσήματος. εἰ δὲ μικτά πως εἴη καὶ ἡ ιδ᾽ τὰ σημεῖα τῆς πέψεως ἀξιολόγως αὐξήσειε, κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἡ κρίσις ἀπαντήσεται. εἰ δὲ μηδ᾽ ἐπὶ τῆς ιδ᾽ νεωτερισθείη μηδὲν, ἀκριβῶς πάνυ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς ἐπὶ τῆς ἑπτακαιδεκάτης ἐσομένοις. πιστότατον γὰρ ἔσται τὸ κατ᾽ αὐτὴν φανὲν σημεῖον, εἰ καὶ πάνυ σμικρὸν εἴη, καὶ προδηλώσει τὴν ἐπὶ τῆς κ᾽ ἡμέρας ἐσομένην κρίσιν.

Κεφ. ε᾽. Ὅτι δὲ αἱ τοιαῦται σύμπασαι κρίσεις, ἃς ἐξηριθμησάμεθα, πασῶν εἰσιν ἄριστα, τουτέστιν ἀκίνδυνοί τε καὶ τέλειαι καὶ ἀσφαλεῖς, εἰ τοῖς ἐξ ἀρχῆς εἰρημένοις ἅπασαν ἠκολούθησέ τις, οὐδεμιᾶς ἀποδείξεως ἔτι προσδεῖται. ὅταν γὰρ ἐπί τε σημείων ἀγαθῶν γίγνωνται καὶ πέψεως ἀκριβοῦς, ἀρίστας ἀναγκαῖον ὑπάρχειν αὐτὰς, ὅπου γε καὶ ὁ πεπασμὸς μόνος ταχύτητι κρίσεως καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείας σημαίνει. οὐδε γὰρ ἐπινοῆσαι δυνατὸν ἐπ᾽ ἀκριβεῖ πέψει νοσήματος ἀπαντῆσαί ποτε κρίσιν οὐκ ἀγαθὴν, ἀκριβὴς δὲ πέψις ἐν ταῖς ἀκμαῖς γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο ἀπ᾽ ἀρχῆς εὐθὺς ὑφ᾽

ſperandum non eſt morbi ſolutionem ante vigeſimum diem ſecuturam. Quod ſi mixta quoquo modo ſigna affuerint et dies decimusquartus coctionem inſigniter auxerit, die decimo ſeptimo criſis occurret. Si vero neque die quartodecimo aliquid novatum fuerit, tunc ad ſeptimum decimum diem eſt reſpiciendum, ſi enim in eo aliquod ſignum apparuerit, id fidiſſimum erit, quamvis valde exiguum fuerit, vigeſimoque die criſim futuram praemonſtrabit.

Cap. V. Quod vero hae criſes univerſae, quas numeravi, omnium optimae ſint, hoc eſt ſecurae atque perfectae et certae, ſi quis ea omnia quae a principio dicta ſunt, aſſequutus eſt, nulla amplius egebit demonſtratione. Quum enim poſt ſigna optima atque exquiſitam coctionem factae fuerint, neceſſe eſt ut optimae ſint, quoniam et ſola coctio criſis celeritatem et ſalubrem ſecuritatem oſtendit, neque enim vel animo concipi poteſt, quod poſt morbi exquiſitam coctionem criſis mala ſequatur. Exquiſita vero coctio fit tempore ſtatus, atque idcirco ab initio ipſo nos admonui-

Ed. Chart. VIII. [435. 436.] Ed. Baſ. III. (416.)

ἡμῶν παρήνητο μηδὲν οὕτως ἀσκεῖν προγινώσκειν ὡς τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος. εἰ γὰρ καὶ τὸ σχῆμα τῆς διαίτης ὡς πρὸς ἐκείνην συντάττεται, καὶ κρίσις ἀρίστη κατ' ἐκείνην γίνεται, καὶ πασῶν ἐστι τῶν κρίσεων αὕτη κανών. εἰ γὰρ ἡ ἐγγυτέρω ταύτης ἀεὶ τῆς πορρωτέρω βελτίων, οὐδὲν οὕτως ἀσκεῖν χρὴ τὸν ἰατρὸν ὡς προγινώσκειν ἀκμήν. ἔστω γὰρ ἐπὶ τῆς ιδ' ἡμέρας ἐλπίζεσθαί σοι τὴν ἀκμὴν, ἤτοι δὲ διὰ μέγεθος τοῦ νοσήματος [436] ἢ διὰ τὸ τῆς κινήσεως τάχος, ἢ καὶ δι' ἄλλόν τινα ἔξωθεν ἐρεθισμὸν, ἐπὶ τὴν ια' εἰσβάλλειν τὴν κρίσιν, οὐκέτ' οὐδὲ τελείαν αὐτὴν, οὐδ' ὅλως ἀγαθὴν ἐλπίσαι δυνατὸν, ἀλλ' ἐν παντὶ δέει κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀνάγκη εἶναι, καὶ μάλιστα, εἰ καὶ μὴ παντάπασιν ἀκίνδυνον ὑπάρχει τὸ νόσημα. σωτηρίου μέντοι φαινομένου, τὸ γοῦν ἤτοι μετὰ χαλεπῶν γενέσθαι συμπτωμάτων τὴν κρίσιν, ἢ μὴ τελείαν, ἢ πάντως ὑποτροπιάσειν ἀναγκαῖον ὑποπτεύειν. οὕτως ἄρα μεγίστη τις δύναμις ἐν τοῖς πεπασμοῖς ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ἀκμαῖς. καὶ γὰρ οὖν καὶ εἴ τινα κατὰ ταύτας οὐκ ἐκρίθη νοσήματα, κριθῆναι τούτοις ἐπὶ τῶν

mus nulli alteri exercitationi tam eſſe intendendum quam ad morbi ſtatum praenoscendum. Nam ſi forma victus ad illum inſtituitur et criſis optima in illo fit, atque omnium criſium ipſa eſt regula, quae enim huic proximior eſt altera magis diſtante potior ſemper eſt, in nulla re adeo exercitandus eſt medicus, quantum in ſtatus praecognitione. Eſto igitur ut in die quartodecimo ſpes ſit fore ſtatum et aut ob morbi magnitudinem, vel motus velocitatem, vel propter aliquod aliud extrinſecum irritamentum, criſis die undecimo anticipet, neque ipſam perfectam, neque omnino bonam ſperare poſſumus: ſed hoc tempore omnino timendum eſt, praeſertim ſi neque in totum morbus periculo vacat. Quod ſi ſalubris apparuerit, verendum eſt ne criſis vel cum gravibus fiat ſymptomatis, vel non perfecta, vel omnino revertatur, adeo magnam habent vim coctiones, ac propterea etiam morbi ſtatus. Et quidem ſi morbi in hoc tempore criſim non habuere, fieri non poteſt ut in declina-

Ed. Chart. VIII. [436.] Ed. Baſ. III. (416. 417.)

παρακμῶν ἀμήχανον. ὅσα γὰρ ἂν ἅπαξ ὑπερβῇ τὸν τῆς ἀκμῆς καιρὸν, ἄκριτα μείναντα, κατὰ βραχὺ ταῦτα λύεται, καὶ μὲν δὴ καὶ κίνδυνος ἔτι θανάτου μετὰ τὸν τῆς ἀκμῆς καιρὸν οὐδείς ἐστιν. ἐμοὶ γοῦν κριτῇ, καίτοι δοκοῦσί τινες ἑωρᾶσθαι τεθνεῶτας ἐν ταῖς παρακμαῖς. ἀλλ' εἴτε τῇ πείρᾳ χρὴ κρίνειν, εἴτε τῷ λόγῳ, κατ' ἄλλο τι τούτους ἀποθανόντας οἶδα, καὶ οὐ κατ' αὐτὸ τὸ νόσημα· πάντες γοῦν ἐφ' ἁμαρτήμασιν ἀπώλοντο, μάλιστα μὲν τοῖς ἑαυτῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῖς τῶν (417) ἰατρῶν. οὕτω μὲν ἡ πεῖρα μαρτυρεῖ τὸ μηδένα κατὰ τὰς παρακμὰς ἀποθανεῖν δι' αὐτὸ τὸ νόσημα, ταύτης δ' ἔτι πολὺ μᾶλλον ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ πεφθέντων τῶν νοσερῶν αἰτίων, οὐδὲ τῆς φύσεως ἐπικρατούσης ἔτι, ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἄν γε θεραπεύηται καλῶς ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. ὅπου γὰρ διήνεγκέ τε καὶ ἀπεμαχέσατο, καὶ ἀντήρκεσε τῷ σφοδροτάτῳ τῆς νόσου, καὶ κατηγωνίσατο τὰ λυποῦντα, τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ πεπασμὸς, οὐκ ἐνδέχεται ταύτην οὐκέτι νικηθῆναι. καὶ μὴν εἴπερ ἀήττητος ἡ φύσις τοῦ νοσήματος εἴη, κατ' οὐδένα τρόπον ἐγχωρεῖ θάνατον ἀπαντῆσαι, εἴ γε δὴ

tione habeant, quicunque enim ſtatus tempus ſemel praeterierint, hi ſine criſi perſeverant et paulatim ſolvuntur. Et nullum eſt mortis periculum tempore ſtatus elapſo, quantum judicio aſſequi poſſum, et tamen quidam ſunt, qui putant ſe vidiſſe aegrotos in declinationibus periiſſe. Sed ſi experientiae vel rationi credere oportet, novi ipſos alia ratione quam morbi interiſſe, omnes ſi quidem erroribus interiere, praecipue quidem ſuis ipſorum, ſed et aliquando medicorum. Sic quidem experientia teſtatur neminem unquam vi morbi in declinationibus periiſſe, ſed adhuc magis ratio; neque enim poſſibile eſt, coctis jam cauſis morbificis, ac jam natura victrice aegrum interire, modo recta curatio a medicis adhibeatur. Ubi enim natura ſuperior evaſit et debellavit et reſtitit vehementiori morbi conatui et quae infeſtabant, expugnavit, hoc enim eſt ipſa coctio, fieri non poteſt ut deinceps ſuccumbat. Quod ſi a morbo natura non vincatur, mortem ſubſequi nullo modo contingit, ſi-

Ed. Chart. VIII. [436.] Ed. Baf. III. (417.)

μηδ' ἄλλό τι θάνατός ἐστι παρὰ τὴν παντελῆ τῆς φύσεως ἧττα-
ν, διαρκούσης δὲ καὶ κρατούσης καὶ νικώσης ἀνάγκη σά-
ζεσθαι τὸ ζῶον. ἐκ πάντων οὖν ὁ λόγος ἀναγκάζει τοῦτ'
ἀσκεῖν μάλιστα, τῆς νόσου προγινώσκειν τὸ μέρος, ὃ καλοῦ-
σιν ἀκμήν. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἡ τοῦ τεθνήξεσθαι τὸν ἄνθρω-
πον, ἢ μὴ τεθνήξεσθαι πρόγνωσις, ἄνευ τοῦ προγνῶναι τὸν
καιρὸν τῆς ἀκμῆς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. τότε γὰρ πρῶτον
ἀποθανεῖν ἀναγκαῖον, ὅταν ἡ δύναμις ὑπὸ τοῦ νοσήματος
ἡττηθῇ. χρὴ δὲ, εἴτε δύναμιν, εἴτε φύσιν εἴποιμι, ταὐτὸν
ἀκούειν σε νῦν, καὶ μὴν οὐκ ἐγχωρεῖ σε γνῶναί ποτε, πότερον
πρῶτον ἡττηθήσεται, τοῦ μέλλοντος ἀδήλου παντάπασιν
ὑπάρχοντος. εἰ μὲν γὰρ ἐντὸς ἡμέρας μιᾶς ἡ κρίσις ἔσεσθαι
μέλλει, φθάσει δηλονότι σωθεὶς ὁ νοσῶν, πρὶν τὴν δύναμιν
ὑπὸ τοῦ νοσήματος νικηθῆναι. εἰ δ' οὐκ ἐνδέχεται πρὸ τῶν
κ' ἡμερῶν, εἰ τύχοι, γενέσθαι τὴν ἀκμὴν, ἐνδέχεται φθάσαι
καμεῖν ἐν τῷ χρόνῳ τὴν δύναμιν, ὥστε τῶν ὁμοίων πάντων
φαινομένων ἀῤῥώστων ἐγχωρεῖ τὸν μὲν σωθῆναι, τὸν δ' ἀπο-
λέσθαι διὰ τὸν καιρὸν τῆς μελλούσης ἀκμῆς. εἰ μὲν οὖν εἶχέ τις

quidem nihil aliud mors eſt niſi abſoluta naturae proſtra-
tio, ubi vero ipſa perdurat, dominatur ac vincit, hominem
neceſſe eſt liberari. Ex omnibus igitur nos ratio cogit in
id maxime eſſe incumbendum, ut eam morbi partem prae-
noscamus, quam ſtatum vocant; nam ſi moriturus eſt aeger,
aut non, nemo praecognoscet; niſi ſtatus tempus praecogno-
verit. Tunc enim primum mori aegrotantem eſt neceſſa-
rium, quum vires morbo ſuccubuerint, ſive autem vires,
ſive naturam dixero, idem te nunc intelligere oportet, et
quidem utrum prius ſuperabitur, ſciri non poteſt, ſi futu-
rum penitus fuerit incertum. Nam ſi criſis intra unum diem
eſſe debeat, ſalvabitur aeger antequam vires a morbo pro-
ſternantur. Si vero ante viginti dies, ita enim contingat,
non poſſit ſtatus advenire, fieri poteſt ut interim natura fa-
tigetur adeo ut quum aegroti omnino ſimiliter habere vide-
antur, alter quidem ſalvetur, alter moriatur, ob ſtatus fu-
turi tempus. Si quis vero nos alium modum ſciret edocere,

Ed. Chart. VIII. [436. 437.] Ed. Baſ. III. (417.)

ἄλλον ἡμᾶς διδάξαι διορισμὸν εἰς τὸ διακρίνειν δύνασθαι τούς τ' ἀπολεσθησομένους καὶ σωθησομένους, οὐδὲν ἂν ἴσως εἰς τοῦτο δεοίμεθα διαγινώσκειν ἀκμὴν μέλλουσαν, εἰ οὐκ ἐνδέχεται τῶν ὡσαύτως φαινομένων νόσων ὅστις ἐστὶν ὁ σωθησόμενος, ἢ τεθνηξόμενος, ἑτέρως ἢ ὡς ἐγὼ νῦν εἴρηκα, μεγίστη καὶ κατὰ τοῦτο χρεία τοῦ προγνῶναι τὴν ἀκμήν. Ἱπποκράτης μὲν οὖν συντεκμαίρεσθαί φησι χρῆναι τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος ἀπαυδήσει πρότερον καὶ ἀμβλυνεῖται. φαίνεται δὲ καὶ Διοκλῆς καὶ Πλειστόνικος καὶ Πραξαγόρας καὶ Φιλότιμος καὶ πάντες ἁπλῶς εἰπεῖν οἱ δοκιμώτατοι τῶν ἰατρῶν οὐδὲν ἐξευρίσκοντες ἄλλο βέλτιον εἰς διάγνωσιν τοῦ τεθνήξεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ σωθήσεσθαι. [437] τοῖς δὲ πάντῃ τὰ καλὰ τῆς τέχνης λυμηναμένοις οὔτ' ἄλλό τι σοφώτερον ἐξεύρηται, καὶ τοῦτ' ἐσχάτως ἠμέληται. τίς γὰρ αὐτῶν ἢ μέγεθος νοσήματος, ἢ ῥώμην δυνάμεως ἀσκεῖ διαγινώσκειν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἀκμὴν προγινώσκειν; καὶ μὴν ἄνευ τῆς τῶν τριῶν

quo morituros a ſalvandis poſſemus diſtinguere, non eſſet fortaſſis ad hoc ſtatus neceſſaria praecognitio, ſed quum aliam viam quam nuper dictam invenire nequeamus, aegrotis ſimiliter habere apparentibus, quis ſalvabitur, quisve morietur, maxima ex hoc praecognoscendi ſtatus neceſſitas oritur. Hippocrates igitur ita inquit: *Conjectura aſſequi oportet, an aeger cum eo victu usque ad morbi ſtatum perdurabit, et utrum ipſe prius deſiciet, neque cum eo victu perdurabit, vel morbus antea finietur et obtundetur.* Videntur quidem et Diocles et Pliſtonicus et Praxagoras et Philotimus atque omnes, ut ita dixerim, probatiſſimi medici nihil aliud melius inveniſſe ad judicandum, nunquid aeger ſalvabitur aut morietur: qui vero omnia bona artis deteriora fecerunt, ii neque aliquod aliud ſapientius exogitaverunt et hoc maxime neglexerunt. Quis enim eorum eſt, qui aut morbi magnitudinem aut naturae robur cognoſcer ſtudeat, aut futurum ſtatum praecognoscere? Et quidem ſine horum trium exacta dignotione nihil de ſa-

Ed. Chart. VIII. [437.] Ed. Baſ. III. (417.)

τούτων ἀκριβοῦς διαγνώσεως οὐκ ἐνδέχεται περὶ σωτηρίας οὐδὲν ἐξευρεῖν, οὐ μᾶλλον ἢ εἰ φορτίον τις ἱκανὸς κομίζειν ἔσοιτο, χωρὶς τοῦ καὶ τὴν ῥώμην εἰδέναι τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ μέγεθος τοῦ φορτίου καὶ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ. ἀνάλογον γάρ ἐστιν ἡ μὲν δύναμις τῷ βαστάζοντι, τὸ δὲ νόσημα τῷ φορτίῳ, τὸ δὲ μῆκος τοῦ χρόνου τὸ μέχρι τῆς ἀκμῆς τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ. πῶς οὖν οἷόν τέ ἐστι γνῶναι περὶ τοῦ κάμνοντος, εἰ ἐξαρκέσει, μηδεμίαν ἔχοντα πρόγνωσιν περὶ τῆς ἀκμῆς; ἐξ ἁπάντων οὖν ὁ λόγος ἀναγκάζει μηδὲν οὕτως ἀσκεῖν ὡς τῆς μελλούσης ἀκμῆς τὴν πρόγνωσιν. εἰ γὰρ καὶ διαιτῆσαι καλῶς οὐκ ἐγχωρεῖ χωρὶς τοῦ ταύτην προγνῶναι, καὶ περὶ σωτηρίας τοῦ νοσοῦντος, ἢ περὶ θανάτου, καθ' ἕτερον τρόπον οὐχ οἷόν τε σαφῶς ἐξευρεῖν. ἀλλ' οὐδὲ περὶ κρίσεως, εἴτε ὅλως, εἴτε μηδ' ὅλως ἔσται καὶ γινομένη πηνίκα καὶ ὁποία τις ἔσται, χωρὶς τῆς κατὰ τὴν ἀκμὴν προγνώσεως ἀδύνατον εἰδέναι. μέγιστον ἂν εἴη καὶ πρῶτον ἁπάντων τῶν κατὰ τὴν τέχνην ἀκμῆς μελλούσης ἀσκῆσαι πρόγνωσιν. ὅπως μὲν οὖν χρὴ τοῦτο ποιεῖν, ἔμπροσθεν εἴρηται.

lute inveſtigari contingit, non magis quam hoc, nunquid aliquis portando oneri ſufficiat ſciri poteſt, hominis robore, oneris magnitudine et viae longitudine antea non perſpecta; nam aegri vires portanti onus, morbus vero oneri, tempus autem quod usque ad ſtatum extenditur, longitudini viae reſpondet. Quo pacto igitur de aegrotante ſciri poteſt, nunquid ſufficiat, ſi nulla ſtatus praecognitio habeatur? Ex omnibus igitur ratio cogit nil tam ſtudioſe eſſe discendum quam futuri ſtatus praenotionem. Si enim neque conveniens victus adhiberi poteſt, ſi hic non praecognoscatur, neque de aegri ſalute, vel morte alio modo maniſeſtam haberi notitiam contingit. Sed neque de criſi, nunquid futura ſit, aut omnino uon erit, et ſi ſiat, quando et qualis erit ſciri poteſt, ſi praecognitio ſtatus non habeatur. Quare maximum hoc erit artis opus et caeteris omnibus anteferendum ad praecognoscendum futurum ſtatum exercitatio. Sed quomodo hoc fieri poteſt, antea diximus.

Ed. Chart. VIII. [437.] Ed. Baſ. III. (417.)

Κεφ. στ'. Νυνὶ δ' ὅπερ ἔμπροσθεν ἐλέγομεν ἀναληπτέον, ὡς ἐκ τοῦ γνῶναι μέγεθος τοῦ νοσήματος καὶ ἰσχὺν δυνάμεως καὶ ἀκμῆς καιρὸν, εἴτε σωθήσεται προγνόντες ὁ κάμνων, εἴτε μὴ, δυναίμεθ' ἂν συλλογίζεσθαί τι περὶ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ τρόπου τῆς κρίσεως. εἰ μὲν γὰρ ἀκίνδυνον εὑρίσκοιτο τὸ νόσημα πάντῃ, καὶ μήτ' ὀξύτης αὐτοῦ κατεπείγοι μήτε μέγεθος, ἀλλὰ μηδὲ πλημμεληθείη τι περὶ τὸν κάμνοντα, τὸν τῆς ἀκμῆς καιρὸν ἡ κρίσις ἀναμένει, καὶ αὕτη μέν ἐστιν ἡ ἀρίστη κρίσις, ἤδη γὰρ πεπεμμένου τοῦ νοσήματος γίνεται. εἰ δέ γε ἤτοι διὰ τὸ μέγεθος, ἢ τὸ τῆς κινήσεως τάχος, ἢ διά τινα ἄλλον ἐρεθισμὸν, ἐντὸς τῆς ἀκμῆς ἀναγκασθείη τὸ νόσημα κριθῆναι, τοσοῦτον τῆς ἀρίστης κρίσεως ἧττον ἔσται χείρων ὅσον ἔφθασε τὴν ἀκμήν. εἰ δὲ μηδ' ἐξαρκέσαι δύναιτο μέχρι τῆς ἀκμῆς, ἀνάγκη μὲν ἀποθανεῖν ἐν τῷ τοιούτῳ νοσήματι τὸν ἄῤῥωστον, ἀλλ' οὐ πάντως ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς· ἐνδέχεται γὰρ καὶ πολὺ θᾶττον αὐτῆς καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς ὅλης τῆς νόσου. κρίσις μὲν γὰρ ἤτοι κατὰ τὴν ἀκμὴν ἢ μικρὸν πρὸ αὐτῆς γίνεται, θάνατος δὲ ἐν τοῖς τρισὶ καιροῖς, ἀρχῇ καὶ ἀναβάσει καὶ ἀκμῇ.

Cap. VI. Nunc vero quod nuper dicebamus repetendum, ſi cognoverimus ex magnitudine morbi et viribus aegrotantis et tempore ſtatus, nunquid liberabitur aut morietur, colligere ita aliquid poterimus de criſis tempore et modo. Si quidem morbus ſalubris inveniatur et neque ejus acerbitas, neque magnitudo feſtinent, neque error aliquis circa aegrotum admittatur, ſtatus tempus criſis expectat, et haec quidem optima criſis eſt, fit enim morbo jam cocto. Si vero vel propter morbi magnitudinem, vel motus celeritatem, vel propter aliquod aliud irritamentum ante ſtatum criſis venire cogatur, tanto haec optima deterior erit, quanto ſtatum anticipaverit. Quod ſi neque usque ad ſtatum ſufficere poſſit, neceſſarium eſt aegrotantem ex hoc morbo interire, non tamen omnino prope ſtatum, contingit enim et multo celerius et ſtatim circa morbi totius initia. Criſis enim vel in ſtatu, vel parum ante ipſum fit, mors autem in tribus temporibus, principio, augmento et ſtatu.

Ed. Chart. VIII. [437. 438] Ed. Baſ. III. (417.)

Κεφ. ζ'. Πλειόνων δὲ ὄντων πραγμάτων, ἵνα ὁ λόγος ᾖ σαφὴς, συγχωρησάτωσαν ἡμῖν οἱ σοφισταὶ καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον ὄνομα θέσθαι, κἂν εἰ μὴ συγχωροῖεν δὲ μακρὰν χαίρειν αὐτοῖς εἰπόντες, οὐ γὰρ ἐκείνοις, ἀλλὰ τοῖς τὴν ἀλήθειαν ἀσκοῦσιν ὁ λόγος ὅδε σύγκειται, σκοπῶμεν οὕτως. εἰ μὲν δή τις ἀθρόως ἀπηλλάγη τῆς νόσου, πάντως μὲν τούτῳ κένωσις ἀξιόλογος ἀπήντησε δι' ἐμέτων ἢ γαστρὸς ἢ ἱδρώτων ἢ οὔρων ἢ αἱμορρῳαγίας ἐκ ῥινῶν, ἢ αἱμορροΐδων ἐξ ἕδρας, [438] ἢ καταμηνίων φορᾶς ἐπὶ γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ παρωτίδες ἀπήλλαξαν οὐκ ὀλίγους, ἐν καιρῷ τῷ δέοντι φανεῖσαι καὶ εἰς γόνατα καὶ εἰς πόδας καὶ εἰς ἄλλο τι καὶ ἄλλο τῶν ἀκύρων μορίων ἀπόσκημμα. καὶ μὲν δὴ καὶ προηγεῖταί τε καὶ συνεδρεύει τούτοις ἅπασιν οὐ σμικρὰ ταραχὴ κατὰ τὸ σῶμα τοῦ κάμνοντος, παραπαίουσί τε καὶ δυσπνοοῦσι καὶ ἀσώδεις εἰσὶ, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἔμπροσθεν εἴρηται πάσχουσιν. εἷς μὲν δὴ τρόπος ὅδε λύσεως νοσημάτων, ὃν οὐχ ἡμεῖς μόνοι νῦν ἀξιοῦμεν ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας ὀνομάζεσθαι κρίσιν,

Cap. VII. Quum vero res plures ſint, concedant mihi ſophiſtae manifeſtioris doctrinae gratia ſingulis proprium nomen imponere. Et ſi hoc ipſi non conceſſerint, longe eis valere juſſis, neque enim ipſis, ſed iis qui veritati ſtudent, hic ſermo componitur, ita conſideremus. Si quis ſubito morbo liberatur, omnino huic aliqua evacuatio effatu digna contingit vel per vomitum, vel ver ventris exonerationem, vel ſudores, vel urinas, vel ſanguinis e naribus profluvium, aut ex ſede per haemorrhoidas, aut in mulieribus per purgationem menſtruorum. Sed et parotides non paucos in tempore opportuno liberarunt et ad genua et ad pedes et ad aliam quampiam partem ignobilem decubitus. Et quidem antecedit his omnibus atque aſſidet non modica in aegrotantium corpore perturbatio, delirant enim et difficilem habent anhelitum et anxii ſunt atque alia quae prius diximus patiuntur. Unus quidem hic modus eſt morborum ſolutionis, quem non modo nos criſim nominare inſtituimus manifeſtioris doctrinae gratia, ſed omnes etiam qui nos

Ed. Chart. VIII. [438.] Ed. Baſ. III. (417. 418.)

ἀλλὰ καὶ οἱ παλαιοὶ πάντες οὕτως ἐκάλουν. ἕτερος δὲ τὰ μὲν ἄλλα τῷδε σύμπαντ' ἔχων τὰ αὐτὰ, μόνῳ δὲ διαφέρων τῷ μὴ τελέως ἀπαλλάττειν τῆς νόσου. ὀνομάζεται δὲ καὶ οὗτος ἐνίοτε μὲν ἁπλῶς κρίσις, ὥσπερ καὶ ὁ πρότερος, ἐνίοτε δὲ μετὰ προσθήκης ἀτελὴς κρίσις, ἢ ἐλλιπὴς κρίσις. ὅσα δὲ κατὰ βραχὺ παύεται νοσήματα, λύεσθαι μὲν ἐν τῷ παρόντι λεγέσθω, κρίνεσθαι δὲ μὴ λεγέσθω, καίτοι τοῦτο ἔφαμεν ὀνομάζεσθαί ποτε καταχρωμένων κρίσιν, ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τρισὶ τοῖς εἰρημένοις ἴδιον ἑκάστῳ σαφηνείας ἕνεκεν ὄνομα κείσθω· κρίσις μὲν ἁπλῶς ἡ ὀξύῤῥοπος τῆς νόσου λύσις, ἐλλιπὴς δὲ κρίσις ἡ ὀξύῤῥοπος μείωσις· ἁπλῶς δὲ λύσις ἡ ἐν χρόνῳ τε πλείονι καὶ κατὰ μικρὸν γινομένη. ὥσπερ δὲ ταῖς κρίσεσιν ἔξ ἀνάγκης ἤτοι κένωσις ἀξιόλογος, ἢ πάν(418)τως γ' ἀπόσκημμα μετά τινος ὀξείας γίνεται ταραχῆς, οὕτως ταῖς λύσεσιν οὔτε σάλος οὐδεὶς οὔτε κένωσις οὔτε ἀπόσκημμα συμπίπτει. τρεῖς μὲν δὴ τρόποι μεταβολῆς νοσημάτων οἵδε, μέλλοντος σωθήσεσθαι τοῦ κάμνοντος· τρεῖς δὲ ἄλλοι τούτοις

anteceſſerunt eodem nomine criſim nominabant. Alter vero modus eſt, qui haec quidem omnia ſervat, uno autem tantum modo differt, quia non integre a morbo liberat. Nominatur vero et hic nonunquam quidem criſis ſimpliciter, ſicuti et prior, aliquando etiam cum additione criſis imperfecta, vel criſis defecta. Quicunque autem morbi paulatim ſiniuntur, ſolvi quidem in praeſentia dicuntur, per criſim autem ſiniri nequaquam, quamvis aliquando per abuſionem hoc etiam criſim nominari dixerimus. Sed nunc ſingulis trium eorum quae diximus, claritatis cauſa, ſit proprium nomen impoſitum: criſis quidem ſimpliciter morbi ſolutio ſubita, defecta vero criſis ſubita morbi diminutio; ſolutio autem ſimpliciter quae in longiori tempore et paulatim facta eſt. Sicuti vero vel effatu digna evacuatio, vel omnino decubitus cum veloci perturbatione neceſſario in criſibus fiunt, ita in ſolutionibus neque agitatio aliqua neque evacuatio neque decubitus accidunt. Tres quidem hi ſunt modi commutationis morborum, quum morbo liberari debet aegrotus. Tres vero alvi oppoſiti iſtis exiſtunt, quum

Ed. Chart. VIII. [438.] Ed. Baſ. III. (418.)

ἀντίστροφοι μέλλοντος τεθνήξεσθαι. ἢ γὰρ ἀθρόως ἀποθνήσκει τις ἅμα ταραχῇ καὶ σάλῳ καί τισιν ἐκκρίσεσιν, ἢ ἀποσκήμμασιν ἀξιολόγοις, ἢ οὐκ ἀπέθανε μὲν ἐπὶ τοῖσδε, χείρων δ' ἀπεδείχθη μακρῷ. καλείσθω δὴ ταῦτα κοινῇ μὲν ἄμφω κρίσεις οὐκ ἀγαθαὶ, μηδὲν διαφέροντος εἴθ' οὕτως, εἴτε κακὰς κρίσεις ὀνομάζομεν αὐτὰς, ἰδίᾳ δ' ἑκατέρα τελεία μὲν ἡ προτέρα, ἐλλιπὴς δὲ ἡ δευτέρα. τὸ δὲ τρίτον εἶδος τῆς κακῆς μεταβολῆς, τὸ κατὰ βραχὺ γινόμενον ἄχρι θανάτου, μαρασμὸς ὀνομαζέσθω. ταυτὶ μὲν οὖν τρία τρισὶν ἀντίκειται. τέταρτος δὲ τρόπος ἐστὶν ὀξυρρόπου μεταβολῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἄνευ μεγάλων ἐκκρίσεων, ἢ ἀποσκημμάτων, ὃν οὐδὲ κρίσιν ὀνομάζω. ὅτι μὲν οὖν ἕτερον εἴπομεν εἶναι τόνδε τὸν τὸν τρόπον ἐκείνων, οὓς ἅμα σάλῳ τέ τινι καὶ ταραχῇ καὶ σὺν ἐκκρίσεσιν ἀξιολόγοις, ἢ ἀποσκήμμασιν ἐλέγομεν γίνεσθαι, πρόδηλον παντί. καὶ γὰρ καὶ τὸ χωρὶς ἐκείνων τῶν συμπτωμάτων, ἃ πρόσθεν ὠνομάσαμεν κρίσιμα καὶ τὸ χωρὶς ἐκκρίσεως, ἢ ἀποσκήμματος, ἕτερόν ἐστι τοῦ σὺν ἐκείνοις. εἰ δὲ ὀρθῶς, ἢ μὴ, τῷδε τῷ τρόπῳ τοῦ θανάτου τὸ τῆς κρίσεως

moriturus eſt. Vel enim ſubito moritur una cum turbatione et agitatione et quibusdam excretionibus vel decubitibus effatu dignis, vel mortem non ſubiit quidem ex iſtis, ſed multo deterius evaſit. Vocentur autem hae duae criſes non bonae, quum nihil referat, ſive hoc modo, ſive malas criſes nominemus, ſeorſum vero prima quidem perfecta, ſecunda vero imperfecta. Tertia vero ſpecies malae permutationis, quae paulatim ſit usque ad mortem, marasmus nominetur. Haec igitur tria aliis tribus oppoſita ſunt. Quartus modus eſt ſubitae mutationis ad pejus ſine magnis excretionibus vel decubitibus, quam neque criſim appello. Quod igitur hunc modum ab aliis differre dicimus, quos cum agitatione ac perturbatione et effatu dignis excretionibus, aut decubitibus fieri dicebamus, unicuique manifeſtum eſt; differt enim ſine his fieri ſymptomatis, quae prius judicatoria nominavimus, atque absque excretione vel decubitu, et fieri cum illis. An vero recte vel non, huic modo mortis nomen criſis detrahi-

Ed. Chart. VIII. [438. 439.] Ed. Baf. III. (418.)

οὐκ ἐπιφέρομεν ὄνομα, τοῦτ᾽ ἤδη περὶ ὀνόματός ἐστιν, οὐ περὶ πράγματος ἀμφισβητεῖν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἐδίδαξα τρόπους τέτταρας ἀλλήλων διαφέροντας, καὶ τοὔνομά γε ἑκάστῳ σαφοῦς ἕνεκα διδασκαλίας ἠξίωσα θέσθαι διάφορον. εἰ δέ τις ἔχει βέλτιον, ἢ σαφέστερον ὀνομάζειν, οὐκ ἀμφισβητήσαιμι ἂν αὐτῷ τῆς κλήσεως. ἔστι δὲ οὐκ ἐν τούτῳ τὸ διδάξαι τι χρηστὸν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ καὶ διαγινώσκειν ἕκαστον τῶν τρόπων παρόντα καὶ προγινώσκειν ἐσόμενον. οὐ μὴν οὐδ᾽ εἰ τὰς αἰτίας ἐγχειρήσαιμι λέγειν ἐφεξῆς ἑκάστου τῶν τρόπων, εἶτά τις ἀντειπὼν αὐταῖς ὡς οὐκ ὀρθῶς ἐχούσαις οἴοιτο τοῖς τρόποις αὐτοῖς ἀντειρηκέναι, δεόντως ὑπολαμβάνει. [439] τὸ μὲν γὰρ καὶ τοσούτους εἶναι τοὺς τρόπους καθ᾽ οὓς ὑγιάζονταί τε καὶ ἀποθνήσκουσιν οἱ νοσοῦντες, καὶ ὀνομάζεσθαι τοῖς εἰρημένοις ὀνόμασι καὶ διαγινώσκεσθαι παρόντας ἢ καὶ μέλλοντας ἔσεσθαι προγινώσκεσθαι, τὸ χρήσιμόν ἐστιν αὐτὸ πρὸς τὰς ἰάσεις, καὶ προσήκει τοῖς μὲν ὀνόμασι συγχωρεῖν, τὰς διαγνώσεις δὲ καὶ τὰς προγνώσεις τῇ πείρᾳ βασανίζειν.

mus, hoc eſt de nomine, non autem de re ipſa contendere. Ego autem quatuor modos docui invicem differentes et ſingulis proprium nomen manifeſtioris doctrinae gratia imponendum cenſui. Si quis vero melius vel manifeſtius ſcit nominare, de ejus nuncupatione minime disceptaverimus. Docere vero utile aliquid haudquaquam in iſto conſiſtit, ſed in dignoscendo hos ſingulos modos, quum adſint, et futuros praenoscendo. Neque etiam ſi horum modorum cauſas explicare tentarem, deinde quispiam eisdem cauſis tanquam non recte habentibus contradicens putaret ſe adverſus ipſos modos differre, recte opinaretur. Cognoscere enim quod tot ſunt modi quibus ſanentur aut moriantur aegrotantes, ac quod dictis nominibus nominantur atque ubi praeſentes fuerint, ipſos dignoscere, futuros vero praecognoscere, hoc ipſum eſt ad medendum utile, atque expedit quidem nomina concedere, dignotiones vero ac praenotiones experientia explorare.

Ed. Chart. VIII. [439.] Ed. Baſ. III. (418.)

Κεφ. η'. Εἰ δὲ καὶ πόθεν εὕροιμεν αὐτὰς ἐπιχειρούντων ἡμῶν διδάσκειν, ἠσκηκώς τις ἀντιλογικὴν ἕξιν, οἵαν καὶ ὁ Θαυμάσιος Ἀσκληπιάδης ἤσκησεν, ἐμποδίζοι τε καὶ διακόπτοι τὸν λόγον, ἀναμιμνήσκειν χρὴ τοῦτον ὡς οὐ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ διαβάλλει τοῦτο πράττων, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον. οὔτε γὰρ ὡς οὐ γίνονταί τινες ἐξαιφνίδιοι ταραχαὶ περὶ τὸ τοῦ κάμνοντος σῶμα δύναιτ' ἂν εἰπεῖν Ἀσκληπιάδης, οὔθ' ὡς οὐκ ἀκολουθοῦσιν αὐταῖς ἐκκρίσεις ἀξιόλογοι πολλάκις, οὔθ' ὡς οὐκ ἐγένετο μεγάλη μεταβολὴ τοῖς κάμνουσιν ἐπ' αὐταῖς, οὔθ' ὡς οὐ καλεῖται τὸ τοιοῦτον κρίσις· ἀλλ' ὅτι διαγωνιζομένης τῆς φύσεως τοῖς νοσερόῖς αἰτίοις οὐ γίνεται ταῦτα, τοῦτο πειράσεται δεικνύναι, ληρῶν μὲν κἂν τούτοις μακρὰ, καὶ διὰ τοὺς θαυμαστοὺς ὄγκους, καὶ πόρους οὓς ὑπέθετο, δι' οὓς οἵτε τὰς διοικούσας δυνάμεις ἔγνω τοῦ ζώου οὔθ' ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντα ποιοῦσιν αἵδε, καὶ ὑγιαινόντων τε καὶ νοσούντων, οὔθ' ὡς αὗται κρίνουσι τὰς νόσους. ἀλλ' ὅμως ἔχων γέ τι φλυαρεῖν ἐν ἀδήλοις αἰσθήσει

Cap. VIII. Si vero conantibus nobis, unde haec inveniamus, edocere, quispiam in contradictionibus exercitatus, qualem habitum admirabilis Asclepiades acquiſivit, impediat, ac ſermonem meum interrumpat, meminiſſe oportet quod hic iſtud agens, non rem ipſam, ſed quae de ea verba dicuntur, cavillatur. Neque enim quod nullae repentinae turbationes fiant aliquando circa corpus aegrotantis, poteſt aſſerere Asclepiades, neque quod ſaepius poſt ipſas effatu dignae excretiones non eveniant, neque quod magna ex ipſis non ſit facta in aegrotantibus permutatio, neque quod hujuscemodi res non vocetur criſis, ſed quod certante natura contra cauſas morbos facientes, iſta non fiant, hoc demonſtrare tentabit, non parum quidem etiam hac in parte delirans, propter admirabiles poros atque meatus quos ipſe ſuppoſuit. Quorum cauſa neque novit potentias illas, quibus animal gubernatur, neque quod hae omnia ad ſalutem faciunt tam in ſanis quam etiam in aegrotantibus, neque quod ipſae ſunt quae morbos indicant. Sed quum poſſit quidem in rebus ſenſui occultis hujuscemodi ſermo

Ed. Chart. VIII. [439.] Ed. Baſ. III. (418.)

πράγμασιν, οὐδὲν μέντοι τῆς ἰατρικῆς αὐτῆς ὁ τοιοῦτος ἅπτεται λῆρος. οὔτε γὰρ διαγινώσκειν ἡμᾶς τοὺς τρόπους τῶν κρίσεων οὔτε προγινώσκειν τὰ σοφίσματα ταῦτα κωλύει. ληρήσει μὲν οὖν πολλὰ πολλάκις καὶ Ἀσκληπιάδης, καὶ πάντες ὅσοι μὴ γινώσκουσιν ὡς αἱ φύσιες τῶν νούσων ἰητροί. προγνῶναι δὲ θανάτου τρόπον, ἢ σωτηρίας οὐδέποτε δυνήσονται. καίτοι πῶς οὐκ αἰσχρὸν ὁμοίως τοῖς ἰδιώταις ἐκπεπλῆχθαι τὸν ἰατρὸν ἐνεστώσης κρίσεως, ὃν ἐχρῆν οὐ μόνον ὑπηρχμένην ἤδη γνωρίζεσθαι, ἐς ὅ τι τελευτήσειν μέλλει, ἀλλὰ καὶ προγινώσκειν ἐσομένην κρίσιν; καὶ μὴν οὐκ ἔξ ἄλλων ἀρχῶν ἐγὼ ταῦτα σύμπαντα περὶ τῆς κρίσεως οὔτε μέλλοντα προγινώσκειν οὔτ' ἤδη παρόντα διαγινώσκειν ἐξεῦρον ἢ ὧν Ἱπποκράτης ὑπέθετο. καὶ γὰρ καὶ τὸ πέττεσθαι τὰ κατὰ τὸ σῶμα, καὶ τὸ μὴ πέττεσθαι τοῖς Ἱπποκρατείοις δόγμασιν, οὐ τοῖς Ἀσκληπιαδείοις προσήκει, καὶ τὸ τὴν φύσιν ἔχειν δυνάμεις πολλὰς, αἷς διοικεῖται τὸ ζῶον, ἐν τι τῶν Ἱπποκράτους δογμάτων ἐστὶν, καὶ τούτου χωρὶς οὐχ οἷόν τε τὴν ἐνεστῶσαν ἡμῖν θεωρίαν ἐπιστήμῃ περιλαβεῖν. οὐ γὰρ εἰς

nugari, nihil tamen quod ad artem medendi pertineat attingit. Neque enim dignoscere nos criſium modos, neque praenoscere talia ſophismata prohibent. In multis quidem igitur ſaepius delirabit Asclepiades et quicunque non norunt naturas eſſe morborum medicatrices, at nunquam poterunt modum ſalutis aut mortis praecognoscere. Atqui quo pacto turpe non eſt medico inſtante criſi more vulgarium pertereri, quem decuit non ſolum praeſentem criſim, quorſum evaſura eſſet, intelligere, ſed futuram praecognoscere? Equidem hic omnia quae ad criſim attinent, vel futura praenoſcere, vel jam praeſentia dignoscere, ex aliis principiis haud invenio quam ex iis quae ſuppoſuit Hippocrates. Etenim quod *ea quae ſunt in corpore, concoquantur, vel non concoquantur*, Hippocraticis, non autem Asclepiadicis dogmatibus congruit. Et *quod natura multas potentias habeat, per quas animal gubernetur*, unum quoddam eſt Hippocraticum dogma et ſine hoc praeſentem contemplationem ſcientia comprehendere minime poſſumus. Neque

Ed. Chart. VIII. [439. 440.] Ed. Baſ. III (418.)

ἀπείρους τὸν ἀριθμὸν ἀποβλέπειν χρὴ σημείων συνδρομὰς, ὡς ἐφ' ἑκάστης αὐτῶν ἰδίας εὐπορήσοντα τηρήσεως, ἀλλὰ τὰ κατὰ μέρος πάντα πρὸς ἕνα τοῦτον ἀνάγειν σκοπὸν, ὑπὲρ οὗ τὸν λόγον ποιούμενος ἠναγκάσθην ἐπιμνησθῆναι τῶν σοφιστῶν, ὅσοι σπουδάζουσιν οὐ μόνον οὐδὲν ἐξευρεῖν χρηστὸν, ἀλλὰ καὶ τοῖς καλῶς εὑρημένοις λυμαίνεσθαι. καὶ μὴν ἄμεινόν γε ἦν, ὅταν ἡμᾶς θεάσωνται, καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ κριθήσεται τὸ νόσημα προγινώσκοντας, καὶ τὸν τρόπον τῆς κρίσεως προλέγοντας, καὶ παροῦσαν ἤδη [440] διαγινώσκοντας, ἐς ὅ τι τελευτήσει, σπουδάσαι μαθεῖν θεωρίαν, ἐξ ἧς τὰ τοιαῦτα εὑρίσκεται, καὶ μὴ τοῖς ἰδιώταις ὁμοίως ἐκπεπλῆχθαι, ποῖ ποτ' ἀποβήσεται τὸ παρὸν ἀγνοοῦντας. ἐγὼ γοῦν καὶ τῶν τοιούτων ἰατρῶν ἐπειράθην οὐκ ὀλιγάκις, καὶ οἷον θαυμαζόντων μὲν τὴν πρόγνωσιν ἡμῶν, ὅταν ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων εὐδοκιμοῦσαν θεάσωνται καὶ σπουδαζόντων μαθεῖν, ἐπειδὰν δέ τις ἀρξάμενος αὐτοὺς διδάσκειν περὶ πέψεώς τι διεξέρχηται τῶν νοσημάτων, ἢ περὶ ῥώμης φύσεως, ἢ τῶν ἄλλων τινὸς ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τε τὴν περὶ τὰς κρίσεις θεωρίαν

enim numero infinitos expectare oportet ſignorum concurſus, tanquam in ſingulis ipſorum propriam obſervationem aſſequi poſſimus, ſed potius omnia particularia ad hanc unam redigere intentionem, de qua verba faciens coactus ſum facere de ſophiſtis mentionem, qui non modo nihil opportunum invenire ſtudent, ſed etiam quae bene inventa ſunt, conantur facere deteriora. Et tamen melius foret, quum nos intuentur, et diem ipſum, in quo criſim morbus ſubibit, praenoscentes, atque inſuper criſis modum praedicentes, ac jam praeſente etiam, quem finem ſit habitura, dignoscentes, tali contemplationi discendae intendere, ex qua hujuscemodi facultas comparatur, neque more vulgarium pertereri, quorſum evaſurus ſit morbus ignorantes. Ego quidem ſaepius expertus ſum tales medicos, qui praecognitionem noſtram ſunt admirati, quando in aegrotis illuſtrem inſpexerunt atque discere ſatagentes; ſed quando quispiam ipſos docere coeperit, aut quippiam de coctione, aut naturae robore differuerit, vel de re aliqua alia, ſine qua de criſi con-

Ed. Chart. VIII. [440.] Ed. Baſ. III. (418.)

συστῆναι, καὶ, πῶς μὲν πείσεις, φασκόντων, ὡς ἔστι τις φύσις, ἢ ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντα πράττει τῶν ζώων, ἢ ὡς ἐκείνης ἐκκρινούσης τὰ περιττώματα τῶν νόσων, ἀπαλλάττονταί τινες, ἢ ὡς τὸ θερμόν ἐστιν ἐν τοῖς ζώοις τὸ δραστικώτατον, ἢ ὡς ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ κέκραται τὰ σώματα; πρὸς οὓς αὖθις εἴωθα λέγειν, ἤρξω μὲν ὦ οὗτος ὡς μαθητὴς, ἀκούεις δὲ ὡς ἀντιλογικός. οὐ γὰρ ἀπόχρη σοι τῶν ἔργων τῆς τέχνης ὧν ἐθαύμασας αὐτὸς ἐκμαθεῖν τὴν μέθοδον, ἀλλὰ τὰς ἀρχὰς κρίνειν ἐπιχειρεῖς αὐτῆς, οὐκέθ' ὡς ἰατρὸς μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὡς φυσικός. καίτοι γε ἄμεινον ἦν σοι καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν ἔμπαλιν κρίνειν. πολὺ γάρ ἐστιν, οἶμαι, βέλτιον, ἔργα θαυμαστὰ ταῖς ἀρχαῖς ἐκείναις ἑπόμενα θεασάμενον ἔχειν τινὰ πίστιν ἐκ τούτων ἤδη καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν. ἀνάπαλιν γὰρ αἱ πίστεις τῶν τεχνῶν ἔχουσι ταῖς εὑρέσεσι. πιστεύονται μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἔργων, εὑρίσκονται δ' ἐκ τῶν ἀρχῶν. ἐμοὶ μὲν οὖν ἐξευρεῖν ἔργον τι τεχνικὸν ἀμήχανόν ἐστι μὴ χρησαμένῳ ἀρχαῖς

templatio conſiſtere nequit, quomodo, inquiunt, mihi perſuadebis quod ſit natura quaedam? vel quod omnia agat ad animalium ſalutem? vel quod eadem natura expellente ſuperfluitates, quidam a morbo liberantur? vel quod calidum in animalibus ſit efficaciſſimum? vel quod ex calido, frigido, ſicco et humido corpora animalium ſint temperata? Adverſus quos ego dicere ſoleo: tu quidem o vir coepiſti tanquam discipulus, audis autem tanquam contradictor. Neque enim tibi ſufficit artis operum quorum te coepit admiratio doctrinam perdiscere, ſed etiam ejus principia judicare cònaris non ſolum ut medicus, ſed etiam ut phyſicus, et tamen tibi ſatius fuiſſet contrario modo de principiis judicare, multo enim praeſtare arbitror miranda opera, quae ex illis principiis ſequuntur, inſpicientem, ab eisdem operibus fidem aliquam de ipſis principiis aſſumere. Fides ſiquidem artium contra ſe habet quam inventiones, creduntur enim ex operibus, inveniuntur ex principiis. Mihi quidem opus aliquod artificioſum invenire eſt impoſſibile,

Ed. Chart. VIII. [440.] Ed. Baſ. III. (418. 419.)

ἀληθέσιν, ὥστ᾽ ἀναγκαῖόν μοι τὴν φυσικὴν θεωρίαν ἐκμαθεῖν ἀκριβῶς. σοὶ δ᾽ ἤδη τῶν ἔργων εὑρημένων τῆς τέχνης, ἀπόχρη μαθεῖν τὴν ὁδὸν, ὥστ᾽ εἴπερ οὐκ ἔχεις χρόνον ὡς φυσικὸς ἐκμαθεῖν ἅπαντα, τοσοῦτον (419) γοῦν σοι παραστήτω λογίσασθαι, διότι μήτ᾽ ἄλλη τίς ἐστιν ὁδὸς παρὰ ταύτην ἡ τοῦ μέλλοντός σε προγνωστικὸν ἐργασαμένη, μήτ᾽ ἀναγκαῖον ἔτι σοι τὰς ἀρχὰς ἐπιστήμῃ περιλαβεῖν, ἀπολαύειν ἤδη δυναμένῳ τῶν ἐκ τῆς ἐπιστήμης. τῷ μὲν γὰρ πρῶτον τὰ τοιαῦτα ἐξευρεῖν ἐπιχειροῦντι κίνδυνος ἦν οὐ σμικρὸς ἀπολέσαι ματαίως τὸν χρόνον. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐξευρεῖν ἀληθὲς οὐδὲν ἐπὶ διεψευσμέναις ἀρχαῖς, σοὶ δὲ τοῦ μὲν ζητεῖν ἀπηλλαγμένῳ, τὰ δ᾽ ἤδη καλῶς εὑρημένα μαθεῖν ὀρεγομένῳ, περιττόν ἐστι τὰς ἀρχὰς ἐπιστήμῃ περιλαμβάνειν, καὶ μάλιστα, εἰ μηδὲ χρόνον ἔχοις ἱκανὸν εἰς τοῦτο μήτε προσεξευρεῖν τι τῶν λειπόντων ἐπιθυμεῖς, ἀλλ᾽ ἀρκεῖ σοι μονον ὀρθῶς χρῆσθαι τοῖς εὑρημένοις. ὑποθέμενος οὖν τινα ζωτικὴν εἶναι δύναμιν, ἄσκησον αὐτῆς γνωρίζειν τὴν ἐν ἀῤῥωστίᾳ τε καὶ ῥώμῃ διάθεσιν.

niſi veris utar principiis, quare mihi neceſſarium fuit naturalem ſcientiam diligenter perdiſcere, tibi vero jam artis operibus adinventis viam diſcere ſufficit. Quare niſi tibi ſuppetat tempus ut tanquam phyſicus omnia diſcere poſſis, tantum ſaltem tibi ratiocinari adſit, quod nulla altera ſit praeter iſtam, quae te faciat futuri praecognitorem; at quod nulla neceſſitas urgeat ad principia ſcientiae comprehendenda, quum jam frui poſſis iis quae ex ſcientia proveniunt. Qui enim primus ſtuduit haec invenire, magno in periculo fuit ne fruſtra tempus contereret, neque enim verum aliquod ex falſis principiis contingit inveniri. Sed quum tu ab inquirendi labore ſis liber, et quae jam bene inventa ſunt, addiſcere concupiſcas, ſupervacaneum foret principiorum ſcientiam complecti, ſi praeſertim ad haec tempus minime ſuppetat, neque cupido te teneat aliquid eorum quae deſint inveniendi, ſed tibi ſolum ſufficit inventis recte uti. Tu itaque ſupponens aliquam eſſe vitalem facultatem, ſtude ut agnoſcas ejus ita in robore, ſicuti in imbecillitate diſpoſi-

Ed. Chart. VIII. [440. 441.] Ed. Baſ. III. (419.)

ἐπειδὰν δὲ ταῦτ' ἀσκήσῃς, αὖθις ἄσκησόν μοι σαυτὸν, ἑτοίμως διαγινώσκειν τὰς κατὰ τὸ μέγεθός τε καὶ τὸ ἦθος ἁπάντων τῶν νοσημάτων διαφορὰς, εἶθ' ἑξῆς τούτων ἀκμῆς μελλούσης πρόγνωσιν. ὅταν δ' ἤδη ταῦτα σύμπαντα ἐκμάθῃς, ἄσκησόν μοι σαυτὸν ἀκριβῶς στοχάζεσθαι πηλίκον νόσημα, πηλίκη ῥώμη δυνάμεως, ἐν πόσῳ χρόνῳ διενεγκεῖν ἱκανή. πολὺ δ' εἰς τοῦτο συντελέσει καὶ ἡ ἐπὶ τῶν ἔργων τριβή. πρὶν δ' ἕκαστον ὧν εἶπον ἀκριβῶς ἐκμαθεῖν, οὐδὲν ἂν εἴη σοι πλεῖον ἀνθρώπους νοσοῦντας θεωμένῳ. πῶς οὖν ἕκαστον αὐτῶν ἄρχεσθαι ἀκριβῶς χρὴ μανθάνειν; οὐκ ἄλλως ἢ ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. καὶ γὰρ ὡς χρὴ μέγεθος ἐξευρίσκειν νόσου καὶ ὡς ἦθος, ἔτι τε πρὸς τούτοις τὴν ἀκμὴν, ἀκριβῶς διελήλυθα. [441] τὴν δὲ καθ' ἑκάστην δύναμιν ἀῤῥωστίαν, ἢ ῥώμην, ἐν ἑτέρῳ φθάνω διῃρῆσθαι λόγῳ, τῷ περὶ πλήθους ἐπισκεπτομένῳ. μανθάνειν μὲν οὖν ἐκεῖθεν αὐτῶν τὰς διαγνώσεις ἀκριβῶς, χρῆσθαι δὲ πρὸς τὰς ἰάσεις, ὡς ἐν ἑτέροις διῄρηται καὶ νῦν οὐχ ἧττον εἰς τὴν περὶ τὰς κρίσεις θεωρίαν.

tionem. Ubi vero in his exercitatus fueris, ſtude deinceps omnes morborum tam in magnitudine quam etiam in more differentias prompte dignoscere et poſt haec futuri ſtatus praecognitionem perdiscere. Ubi vero haec omnia didiceris, tunc te exerceas in comprehendendo per exquiſitam conjecturam, quantum morbum quantum virtutis robur quanto tempore poſſit perferre; multum vero ad hoc te adjuvabit in operibus exercitatio. Prius vero quam ea omnia quae dixi diligenter didiceris, nihil aegrotos intuendo proficies. Sed quomodo haec omnia perdiscere oportet? non aliter quam ſicuti prius a nobis dictum eſt. Etenim quod oporteat et magnitudinem morbi invenire et morem, inſuper etiam ſtatum, exacte recenſui. In unaquaque autem facultate vel imbecillitatem, vel robur in alio libro, ubi de multitudine agitur, antea narravi. Ex illo igitur eorum dignotiones exquiſite discere oportet, uti vero ad medendum, ut in aliis edocui, neque minus et nunc ad eam quae habetur de criſibus contemplationem.

Ed. Chart. VIII. [441.] Ed. Baf. III. (419.)

Κεφ. θ'. Ὥσπερ γὰρ ὁ πάντα ἔχων ἀγαθὰ σημεῖα τῇ πρώτῃ τετράδι τελέως ὑγιασθήσεται, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον ᾧ πάντα ἐστὶ μοχθηρὰ, τεθνήξεται πάντως καὶ οὗτος ἐντὸς τῆς πρώτης τετράδος. ἀλλ' ὁ μὲν σωζόμενος ἅπαντας διέξεισι τῆς νόσου τοὺς καθόλου καιροὺς, ἀρχὴν καὶ ἀνάβασιν καὶ ἀκμὴν καὶ παρακμὴν, εἰ καί τισιν μὴ δοκεῖ γίγνεσθαι παρακμὴν κατὰ τὰς αἰφνιδίους κρίσεις. εἰρήσεται γὰρ ὀλίγον ὕστερον ὑπὲρ τούτων. τῷ τεθνηξομένῳ δὲ εἰς μὲν τὸν τῆς παρακμῆς καιρὸν ἀδύνατον ἐξικέσθαι, οὐ μὴν οὐδ' ἐξ ἀνάγκης εἰς τὸν τῆς ἀκμῆς. ἐνδέχεται γὰρ αὐτὸν καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀναβάσεως καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον ἀπολέσθαι, κριθῆναι δὲ οὐκ ἀναγκαῖον αὐτῷ, καὶ μάλιστα εἰ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀποθνήσκει τῆς νόσου. γίνεται δὲ τοῦτο μεγάλως τῆς φύσεως ὑπὸ τοῦ νοσήματος κρατηθείσης. τηνικαῦτα γὰρ οὐδ' ἐπιχειρεῖ διαγωνίζεσθαι πρὸς αὐτὸ, χωρὶς δὲ τοῦ διαγωνίζεσθαι κρίσις οὐ γίνεται. τέταρτος οὖν οὗτός ἐστιν ὁ τρόπος τοῦ θανάτου μηδενὶ τῶν τῆς σωτηρίας ἐοικώς. οὐδεὶς μὲν γὰρ ἀθρόως ἀπηλλάγη τοῦ νοσήματος ἄνευ κρίσεως, ἀθρόως δ'

Cap. IX. Sicuti enim qui omnia ſigna bona prae ſe fert, in primo quaternario integre liberabitur, eodem, ut arbitor, modo qui omnia mala, hic intra primum quaternarium morietur. Sed qui quidem liberatur, omnia morbi tempora univerſalia pertranſit, principium, augmentum, ſtatum et declinationem, quanquam nonnullis fieri non videatur declinatio, ubi repentinae criſes advenerint, nam paulo poſt de iſtis dicetur. Moriturus autem ad declinationis tempus pertingere minime poteſt, non tamen neceſſario etiam ad ſtatum perveniet, contingit enim ipſum in augmenti et principii etiam tempore mori, criſin vero ſubire non eſt neceſſarium, et maxime ſi in principio morbi moriatur. Hoc autem accidit, ubi natura plurimum a morbo ſuperatur; tunc enim neque certare adverſus ipſum aggreditur, ſine certamine autem criſis non fit. Hic igitur eſt quartus modus mortis, qui nulli ſalutarium aſſimilatur. Nemo ſiquidem ſubito morbum evaſit ſine criſi, multi vero ſine hac ſubito intere-

Ed. Chart. VIII. [441.] Ed. Baſ. III. (419.)

ἀποθνήσκουσιν οὐκ ὀλίγοι, μὴ κριθέντες, ἐν μὲν ταῖς ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν οἱ πλεῖστοι, καὶ μάλιστα δ' ὅσοι διὰ πλῆθος, ἢ πάχος ὕλης, ἢ μέγεθος φλεγμονῶν ὀλεθρίως ἔχουσιν. ἐν δὲ ταῖς παρακμαῖς, ἐφ' ὧν ἄῤῥωστος ἡ δύναμις· χοὴ γὰρ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ἅπαντος μᾶλλον ἀληθέστατον ὑπάρχον, ὡς κἂν ταῖς παρακμαῖς τῶν κατὰ μέρος παροξυσμῶν ἀπόλλυνται πάμπολλοι, καὶ τοῦτο θεασάμενοί τινες οἴονται ὡς καὶ ἐν τῷ καθόλου καιρῷ τῆς παρακμῆς ἐνδέχεταί τινα τελευτῆσαι, τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει. παρελθούσης μὲν γὰρ τῆς ἀκμῆς τοῦ νοσήματος ἡ μὲν φύσις ἤδη κεκράτηκεν, οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως παρήκμασε τὸ νόσημα. τρόπος δὲ οὐδ' εἷς οὐδ' ἐπινοηθῆναι θανάτου δύναται τηνικαῦτα, πλὴν ἐξ ἁμαρτήματος, οὐ μὴν τοῦτό γε πρόκειται νῦν σκοπεῖν, ἀλλ' εἰ τῷ λόγῳ τοῦ νοσήματος. οὔτ' οὖν εἶδόν ποτε τοῦτο γινόμενον οὔθ' ὁ λόγος ἐξευρίσκει. τῶν μέντοι κατὰ μέρος παροξυσμῶν ἐν ταῖς παρακμαῖς ἐθεασάμεθά τε παμπόλλους πολλάκις ἀποθνήσκοντας, ὅ τε λόγος οὐδὲν εἶναι θαυμαστόν φησιν ἄῤῥωστον δύναμιν ἐν μὲν τῷ χρόνῳ τῆς ἀρχῆς τοῦ παροξυσμοῦ

unt, plurimique in acceſſionum principiis, illi praeſertim qui propter materiae multitudinem, vel craſſitiem, aut inflammationis magnitudinem, exitialiter laborant, in declinatione vero propter virium imbecillitatem moriuntur. Hoc ſiquidem plus quam quicquam aliud pro veriſſimo haberi oportet, quod in acceſſionum particularium declinationibus plurimi pereunt; quod nonnulli videntes, idcirco opinantur etiam univerſalis declinationis tempore poſſe aliquem mori. Verum non ita res ſe habet; ubi enim morbi ſtatus praeterierit, natura quidem jam ſuperior evaſit, neque enim aliter morbus declinaſſet, nullus autem modus mortis tunc advenientis excogitari poteſt, praeterquam ex errore. Sed de hoc haudquaquam nunc conſiderare propoſuimus, ſed an morbi ratione mori contingat. Neque igitur hoc vidi unquam fieri, neque id invenit ratio, ſed particularibus acceſſionibus declinantibus multos ſaepiſſime interire vidi. Neque rationem ſequentibus mirum videtur, naturae vim im-

Ed. Chart. VIII. [441. 442.] Ed. Baſ. III. (419.)

καὶ ἀναβάσεώς τε καὶ ἀκμῆς ἐξαρκέσαι, συνεχομένης ἔτι τηνικαῦτα καὶ οἷον ἐσφιγμένης τῆς ἕξεως, ἐν δὲ τῷ τῆς παρακμῆς, ἀνάπαλιν κινουμένης τῆς θερμασίας, ἐκ μὲν τῶν μέσων νῦν ἐπὶ τὰ πέρατα διαφορεῖσθαί τε καὶ διαλύεσθαι τὴν ἕξιν. ἔνιοι μὲν οὖν τῶν τοιούτων ἐξαιφνίδιον ἀποθνήσκουσιν, ὡς δοκεῖν τοῖς παροῦσιν λειποψυχεῖν μᾶλλον αὐτοὺς ἢ ἀπόλλυσθαι, τινὲς δὲ κατὰ βραχὺ καὶ οὐκ ἐξαίφνης ἀπέθανον, ἀρξάμενοι μὲν πάντες ἐπὶ τῆς ἀκμῆς τοῦ παροξυσμοῦ, λανθάνοντες δὲ τοὺς πολλοὺς οὕτως ὥστε καὶ πάνυ ταχέως αὐτοῖς καὶ θᾶττον ἢ κατὰ τὴν ἐλπίδα δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι μεταπίπτειν ἐκ τῆς ἀκμῆς εἰς τὴν παρακμήν· ἀλλ' ἥ γε γιώρισις σαφεστάτη διὰ τῶν σφυγμῶν. οὐ γάρ τί που βραχὺ τοὺν μέσῳ τῶν τε θανάτου λόγῳ [442] θᾶττον τῆς ἐλπίδος εἰς φαντασίαν ἡκόντων παρακμῆς καὶ τῶν ὄντως παρακμαζόντων. ἐπ' ἀμφοτέρων μὲν γὰρ ἀθροώτερον ἡ πυρεκτικὴ θερμασία διαφορεῖται. γίνεται δ' ὑπὸ τῶν ἐναντιωτάτων αἰτίων, εἴ γε δὴ ῥώμη φύσεως ἐναντιωτάτη ἐστὶν ἀῤῥωστία. σφοδρότερος μὲν οὖν ἀεὶ καὶ μᾶλλον ὁ σφυγμὸς, εὐτακτότερός

becillam in principio quidem acceſſionis et augmento et ſtatu poſſe perdurare, quum adhuc habitus ipſe in unum veluti compreſſus contineatur, tempore vero declinationis a contrario ſe movente calore, hoc eſt a medio ad extrema retrocedente, naturae habitum ſpargi atque diſſolvi. Horum itaque nonnulli ſubita morte opprimuntur, ut praeſentes exiſtiment deficere animo eos potius quam mori, quidam vero paulatim, non ſubito interierunt, incipientes quidem omnes a ſtatu acceſſionis, ita vero latent multos, ut admodum celeriter ac citius quam ſperaſſent a ſtatu ad declinationem tranſire videantur. Sed manifeſtiſſime ex pulſibus cognoscuntur; neque enim parvo interſtitio differunt qui mortis ratione citius quam ſperabatur ad quandam falſam declinationem perveniunt ab iis qui vere declinant; in utrisque enim ſubito febrilis calor diſſolvitur, ſit vero hoc ex cauſis maxime contrariis, ſiquidem naturae robori maxime contraria eſt imbecillitas. Vehementior igitur fit continue magis pulſus et aequalior atque ordinatior in bona

Ed. Chart. VIII. [442.] Ed. Baſ. III. (419.)

τε καὶ ὁμαλώτερος ἐπὶ χρησταῖς γίνεται παρακμαῖς. ἀπωθεῖται γὰρ ἡ φύσις εὐρωστότερον ἅπασαν ἀθρόως ἔξω τὴν πυρεκτικὴν θερμασίαν. ἀμυδρότερος δὲ καὶ ἀτακτότερος καὶ ἀνώμαλος ἐν ταῖς ὀλεθρίοις παρακμαῖς. διαῤῥεῖ γὰρ ἅμα τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ πυρεκτικὴ θερμασία, κἀντεῦθεν ἡ φαντασία τοῦ βελτίονος, εἶτ' ὀλίγον ὕστερον ἢ ἀποπατῆσαι διαναστάντες ἐλειποψύχησάν τε καὶ μικρὸν ἔνιοι καὶ γλίσχρον ἐφιδρώσαντες ἀπέθανον, ἢ καὶ χωρὶς τοῦ διαναστῆναι, κατὰ μὲν τὰς παρακμὰς τῶν παροξυσμῶν οὕτως ἀποθνήσκουσιν ἄνευ κρίσεως, κατὰ δὲ τὰς ἀρχὰς ὑπὸ τῆς ἀθροωτέρας ἔσω τῶν χυμῶν ῥοπῆς, οἷον καταπνιγείσης καὶ ἀποσβεσθείσης τῆς φύσεως, ὡς εἰ καὶ πλῆθός τις χλωρῶν ξύλων ἀθρόως ἐπισωρεύσειε φλογί. λοιπὸς δέ ἐστιν ἄνευ κρίσεως ἐν τοῖς ὀλεθρίοις νοσήμασιν ὁ κατὰ τὰς ἀκμὰς θάνατος, τῇ σφοδρότητι τοῦ παροξυσμοῦ νικηθείσης τῆς φύσεως. οὕτω δὲ κἂν ταῖς ἀναβάσεσιν αὐτῶν ἀπόλλυνται πολλάκις, οὐ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον ἢ λόγῳ τῆς ἀκμῆς. ὅλως γὰρ ὅταν ὑπὸ σφοδρότητος νοσήματος ἡ δύναμις νικηθῇ, λόγῳ μὲν ἀκμῆς ἀπόλ-

declinatione, expellit enim natura fortius omnem ſubito febrilem calorem. Debilior vero atque inordinatior et inaequalis eſt pulſus in lethalibus declinationibus; nam una cum aliis tunc calor febrilis expirat, atque hinc ſpecies melioris exoritur, deinde paulo poſt vel quum ad levandum ventrem ſurrexerint, animi defectum incurrunt, et nonnulli pauco ac tenaci ſudore effuſo moriuntur, vel etiam ſine ſurrectione. Sic quidem in particularium acceſſionum declinationibus ſine criſi moriuntur, in principiis vero propter ſubitum humorum ad interiora motum veluti ſuffocata atque extincta natura non aliter quam ſi lignorum viridium acervum ſuper flammas paucas affatim conjicias. Reliquus eſt igitur mortis ſine criſi modus, exitialibus morbis, tempore ſtatus a vehementia acceſſionis natura ſuperata. Sic et in augmentis plerumque moriuntur, non alio modo quam ſtatus ratione; omnino enim quando a vehementia morbi natura ſuperatur, ratione ſtatus moriuntur.

Ed. Chart. VIII. [442.] Ed. Baſ. III. (419.)

λυνται, συμβαίνει δὲ ἐνίοτε καὶ κατὰ τὰς ἀναβάσεις τῶν παροξυσμῶν, ἀλλὰ καὶ σπανιώτερον τοῦτ' ἔστι καὶ ὁ τρόπος ὁ αὐτὸς τῷ κατὰ τὴν ἀκμήν. τρεῖς οὖν οἱ πάντες τρόποι θανάτου τοῖς χωρὶς τοῦ κριθῆναι θνήσκουσι. πρῶτος μὲν ὁ κατὰ τὰς εἰσβολὰς τῶν παροξυσμῶν ἐν ταῖς φλεγμοναῖς τοὐπίπαν μεγάλαις, ἐν κυρίοις μορίοις γινομέναις, ἢ πλήθει καὶ πάχει καὶ γλισχρότητι τῶν χυμῶν, ἀθρόως εἴσω ῥυέντων, ὡς ἀποφράξαι τελέως τὰς διεξόδους τοῦ πνεύματος. ἕτερος δὲ (420) ὁ κατὰ τὰς ἀκμὰς, τῇ βίᾳ τοῦ νοσήματος ἡττηθείσης τῆς φύσεως. ἄλλος δὲ καὶ λοιπὸς ἐν ταῖς παρακμαῖς σπανιώτατος, τοῦ τόνου τοῦ ζωτικοῦ λυθέντος, τούτων οὐδεὶς ἅμα κρίσει γίνεται. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ ἐπεχείρησεν ἀποτρίψασθαι τὸ νόσημα κατὰ τοὺς τοιούτους θανάτους ἡ φύσις, ἡνίκα δ' ἐπιχειροίη μὲν, ἡττᾶται δὲ, κρίσιν ἤδη κακὴν ὀνομάζω τὸ τοιοῦτον καὶ γίνεται πάντως ἢ σὺν ἐκκρίσεσιν, ἢ σὺν ἀποστήμασιν ἀξιολόγοις ἅμα τῇ λοιπῇ πάσῃ ταραχῇ τῇ πρόσθεν εἰρημένῃ.

Κεφ. ί. Αἱ προγνώσεις δὲ τῶν τοιούτων κρίσεων

Contingit vero aliquando et in augmentis acceſſionum, ſed rarius hoc accidit, atque idem eſt modus cum illo qui fit tempore ſtatus. Tres igitur ſunt omnes mortis modi iis qui ſine criſi moriuntur. Primus quidem in principiis acceſſionum, qui in magnis inflammationibus plurimum contingit, quae partes obſident principes, vel ob humorum multitudinem, craſſitiem ac tenacitatem, qui ſubito intro confluunt, ut ſpiritus meatus exacte obſerent. Alter vero jam tempore ſtatus a morbi vi natura ſuperata. Alius vero jam reliquus in declinationibus, qui rariſſime accidit, vigore vitali ſoluto. Horum vero nullus contingit cum criſi; neque enim morbum depellere in hujusmodi mortis modis ab initio natura tentavit; ubi vero tentaverit, ſed ſuccubuerit, malam criſim talem eventum appello, et fit omnino vel cum excretionibus, vel cum ableceſſibus effatu dignis, ſimul cum reliqua omni perturbatione de qua diximus.

Cap. X. Hujuscemodi vero criſium praecognitiones

Ed. Chart. VIII. [442. 443.] Ed. Baſ. III. (420.)

Κεφ. ια΄. Τοῖς μὲν οὖν πλείστοις ἰατροῖς ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ προγνῶναι τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ κριθήσεται τὸ νόσημα· ταῖς δ' ἀληθείαις οὐκ ἀδύνατόν ἐστιν, εἴ τις ἐπιμελῶς ἀναλεξάμενος τὴν Ἱπποκράτους θεωρίαν ἐργάζεσθαι τὴν τέχνην σπουδάσειε. εἰ δ' ἤτοι πρὶν ἐκμαθεῖν ταύτην ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων τρίβοιτο, πλέον οὐδὲν ἕξει τοῦ κατατρίβεσθαι μάτην ἢ εἰ μάθοι αὐτὴν ἐπιμελῶς, ὀλιγωρήσειε δ' ἐργάζεσθαι. μακρῷ μὲν γὰρ ὅδε θατέρου τοῦ μηδὲν προμεμαθηκότος ἀμείνων, ἐνδεῖ δ' οὐκ ὀλίγον οὐδ' αὐτὸς πρὸς τὸ τέλειον. ὅστις οὖν βούλεται προγνωστικὸς εἶναι τῆς μελλούσης ἡμέρας κρῖναι τὸ νόσημα, τούτῳ πρῶτα μὲν ἁπάντων ἀκριβῶς ἐστι γνωστέα τὰ διὰ τοῦ προγνωστικοῦ γράμματος ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένα· δεύτερα δὲ τὰ περὶ τῶν καταστάσεων ἐν ἑτέροις βιβλίοις (432) γεγραμμένα, κἄπειτα τὰ περὶ τῶν ἡλικιῶν τε καὶ φύσεων καὶ ὡρῶν καὶ χωρῶν ὧν εἴρηταί τινα καὶ κατ' αὐτὸ τὸ προγνωστικόν. ἐπειδὰν δὲ ταῦτ' ἐκμάθοι, τὴν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς τέχνην ἐπιμαθὼν οὐκ ἂν χαλεπῶς προγινώσκοι τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. αὐτίκα γέ τοι νοσήματος ὀξέος μηδὲν τῶν κινδυνωδῶν σημείων ἔχοντος, εἰ κατ' αὐτὴν τὴν τετάρτην ἡμέ-

Cap. XI. Itaque plurimis medicis impoſſibile videtur praeſagiri diem quo de morbo decernetur; re vera tamen impoſſibile non eſt, ſi quis accurate Hippocratis ſpeculatione lecta artem tractare ſtudeat. At vel ſi prius quam edidicerit, apud aegrotos verſetur, nihil amplius aget quam operam fruſtra ludet; vel ſi ipſam diligenter didicerit, operari vero neglexerit, longe quidem altero qui non antea didicit melior, abeſt tamen permultum is quoque a perfectione. Quapropter qui praeſcius eſſe cogitat diei de morbo judicaturi, huic in primis ex amuſſi cognoſcenda ſunt quae Hippocrates in opere prognoſtico tradidit; deinde quae de conſtitutionibus in aliis libris memoriae prodidit; poſtea de aetatibus, naturis, anni temporibus et locis, quorum nonnulla etiam in prognoſtico perdocuit; ubi jam haec didicerit, pulſuum cognitionem adjungens, facili negocio judicii diem praenoſcet; ubi ſiquidem morbus acutus nullum periculoſum

Ed. Chart. VIII. [466. 467.] Ed. Baſ. III. (432.)

ραν φανείη τι πέψεως ἀξιόλογον γνώρισμα, κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡ κρίσις ἀπαντήσεται. καὶ τοῦτ᾽ εἴρηται μὲν ἤδη οὕτωσὶ διὰ ταχέων ἀληθὲς ὑπάρχον ἐν τοῖς μάλιστα. τῷ δὲ ἀγνοοῦντι διαγινώσκειν ὀλέθρια σημεῖα καὶ κινδυνώδη καὶ σωτήρια, πλέον οὐδὲν ἐκ τοῦ λόγου. καίτοι κἂν εἰ ταῦτα πάντα διαγινώσκοι, τὰ δὲ τῆς πέψεως ἀγνοεῖ, καὶ τῷδε πλέον οὐδὲν ἐκ τοῦ λόγου. τούτου δὴ χάριν [467] ἠξίωσα τὸ προγνωστικὸν Ἱπποκράτους ἀναλέξασθαι σύγγραμμα. κινδυνωδῶν μὲν γὰρ συμπτωμάτων παρόντων, ἅμα τῷ τῆς πέψεως γνωρίσματι, τῷ κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν φανέντι, τὴν κρίσιν, εἰ μὲν ἐν ἀρτίαις ὁ παροξυσμὸς γένοιτο, κατὰ τὴν ἕκτην ἔσεσθαι προσδοκᾶν· εἰ δὲ ταύτην ὑπερβάλλοι, κατὰ τὴν ὀγδόην· εἰ δὲ ἐν περιττοῖς, κατὰ τὴν ἑβδόμην. ἀγαθῶν δὲ σημείων παρόντων, κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν λυθήσεται τὸ νόσημα. τὰ μὲν γὰρ ὀλέθρια σημεῖα σὺν τοῖς τῆς πέψεως γνωρίσμασιν οὐδ᾽ ἂν γένοιτό ποτε, χρὴ δ᾽ οὐχ ἧττον καὶ ταῦτα σκοπεῖσθαι τῶν κινδυνωδῶν τε καὶ σωτηρίων. εἰ γὰρ ἐν τῇ τετάρτῃ πρῶτον φαίνοντο, κατὰ τὴν ἑβδόμην ὁ θάνατος. εἴρηται δ᾽ ὡς καὶ τοῦτο κρίσις ὀνομάζεται κακή. προσέχειν δὲ χρὴ ἐνταῦθα τῷ

ſignum referat et quarto die evidens quoddam concoctionis ſignum comparuerit, ſeptimo criſis futura eſt. Atque haec paucis jam explicata ſunt, longe veriſſima. Porro ſi quis lethalia ſigna, periculoſa et ſalutaria, nihil ex hoc ſermone promovebit; quanquam ſi haec quoque cognoſcat, coctionis autem ſigna ignoret, etiam nihil hinc frugis relaturus eſt. Hujus rei gratia Hippocratis praeſagiorum opus relegendum praecepi. Nam periculoſis ſymptomatis praeſentibus una cum aliquo coctionis ſigno quarto die apparente judicium, ſi paribus diebus acceſſio fiat, ſexto expectandum eſt; quod ſi hunc exceſſerit, octavo; ſi in imparibus, ſeptimo; bonis ſignis apparentibus, ſeptimo die morbus ſolvetur; etenim lethalia ſigna cum ſignis coctionis nunquam evenerint. Haec autem non minus quam periculoſa et ſalutaria inſpicienda ſunt; quia ſi quarto apparuerint, ſeptimo aderit mors. Dictum autem eſt hoc nominari criſim malam. Animum hic

Ed. Chart. VIII. [467.] Ed. Baſ. III. (432.)

μεγέθει τε καὶ πλήθει τῶν ὀλεθρίων σημείων. εἰ μὲν γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα γίνοιτο κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν, τοῖς παροξυσμοῖς διορίζεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος θανάτου, καὶ γινώσκειν μὲν ἑκταῖον τεθνήξεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐν ἀρτίαις παροξυνόμενον, ἑβδομαῖον δ' ἐν περιτταῖς. ἐνίοτε δὲ καίτοι τῶν περιττῶν παροξυνουσῶν ἡ ἕκτη προαπέκτεινε τὸν οὕτως ἔχοντα διά τε τὴν ὀξύτητα τῆς νόσου καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ δ' γενομένων συμπτωμάτων, διόπερ ἀκριβῶς χρὴ διαγνωστικὸν εἶναι τοῦ κατὰ δύναμιν μεγέθους τῶν συμπτωμάτων. ἀλλ' ὅπως μὲν χρὴ τοῦτο διορίζεσθαι τοῦ κατὰ φαντασίαν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων λέγεται. πάντα δὲ ἐν πᾶσιν οὐ χρὴ συγχεῖν καὶ ταράσσειν, ἀλλ' ὅσον αὐτῶν ἐστιν ἴδιον μόνον τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν, ἐνταυθοῖ διεξέρχεσθαι. πάνυ γὰρ ἀκριβῶς παραφυλάξαντες ἐπὶ τῶν ὀξέως νοσούντων, εὕρομεν ἐπίδηλον ἀεὶ τὴν τετάρτην τῆς ἑβδόμης, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ. τὸ δ' ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ τοιόνδ' ἐστὶ, μηδενὸς σπανίου καὶ μεγάλου παρεμπεσόντος ἢ ἔξωθεν, ἢ ἐξ αὐτῆς τοῦ νοσήματος τῆς φύ-

advertas neceſſe eſt lethalium ſignorum tum magnitudini tum multitudini. Si namque multa magnaque die quarto evenerint, acceſſionibus diſtinguendum erit de morte futura; ad haec cognoſcendum hominem ſexto die moriturum eſſe, modo acceſſio diebus paribus facta ſit; ſi imparibus, ſeptimo. Interdum ſextus hominem jugulat, etiam ſi acceſſio contigerit in imparibus, propter morbi celeritatem et magnitudinem et ſymptomatum in quarto die evenientium copiam. Quamobrem ſymptomatum magnitudo, quae ex potentia ſumitur, exacte dignoſcenda eſt. Verum quomodo haec ab illa, quae ab imaginatione aeſtimatur, diſtinguenda veniat, in libris de criſi narratur. Omnia in omnibus confundere et conturbare non oportet, ſed quantum ad dies tantum decretorios proprie pertinet, huc transferendum eſt. Quum enim accurate admodum acutos morbos obſervaſſemus, quartum diem ſeptimi eſſe indicem ex ſua natura deprehendimus. Ex ſua natura, inquam, hoc eſt, ſi nullum rarum et magnum incidat vel extrinſecus, vel ex ipſa morbi condi-

Ed. Chart. VIII. [467.] Ed. Baſ. III. (432.)

σεως, ἢ καὶ τῆς τοῦ κάμνοντος ἕξεως, ἡ τετάρτη πάντως προδηλοῖ τὴν ἑβδόμην. εἰ δέ τι τῶν ἔξωθεν ἀδόκητον προσγένοιτο, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐροῦμεν, ἢ καὶ τὸ νόσημα σφοδρῶς ἐπὶ τὴν κρίσιν ἢ ἀμυδρῶς κινοῖτο, καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος δύναμις ἰσχυρὰ ἢ ἄῤῥωστος ὑπάρχοι, προσέχειν ἐνταῦθα τὸν νοῦν καὶ διορίζεσθαι πότερον ἀπολέσθαι φθάσει πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας, ἢ μετὰ ταύτην κριθήσεται. κακοῦ μὲν γάρ τινος ἔξωθεν ἀδοκήτου προσγενομένου καὶ τοῦ νοσήματος οὐκ ὀξέος ἁπλῶς, ἀλλὰ κατόξεος ὑπάρχοντος καὶ τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως ἀσθενοῦς οὔσης, οὐκ ἀναμένει τὴν ἑβδόμην ἡμέραν τὸ κατὰ τὴν τετάρτην γινόμενον κακὸν σημεῖον, ἀλλ' ἑκταῖος ὁ τοιοῦτος ἄῤῥωστος τεθνήξεται, καὶ μάλιστα εἰ παροξύνοιτο κατὰ τὰς ἀρτίας. εἰ δὲ μήτε ἔξωθεν ἁμαρτηθείη μηδὲν ἥ τε τοῦ νοσήματος κίνησις εὖη μὴ πάνυ τι κάτοξυς, ὅ τε κάμνων ἰσχυρὸς, εἰ μὲν σαφὲς ἐν τῇ τετάρτῃ τὸ κακὸν σημεῖον ἐγένετο, κατὰ τὴν ἑβδόμην ὁ θάνατος, εἰ δ' ἀμυδρὸν, ὑπερβάλλει καὶ τήνδε. καὶ τῶν παροξυσμῶν ἐν ἀρτίαις μὲν γινομένων ὀγδο-

tione, vel etiam aegrotantis habitu, quartus omnino ſeptimum indicat. Caeterum ſi quid extrinſecus praeter opinionem accidat, quo de poſtea mentionem facturi ſumus, vel morbus vehementer, vel obſcure ad judicium propellatur, et aegrotantis vires aut validae, aut imbecilles extiterint, attendendum eſt diſtinguendumque, aeger periturusne ſit ante diem ſeptimum, an poſt hunc de ipſo decernetur. Siquidem ubi malum aliquod extrinſecus praeter ſpem evenerit, et morbus non ſimpliciter acutus, verum peracutus ſit, ad haec vires aegri imbecillae, ſignum malum, quod in quarto die apparuit, ſeptimum diem non expectat, verum ſexto aeger hujusmodi morietur, praeſertim ſi paribus diebus acceſſiones acceperit. Quod ſi nihil extrinſecus erratum ſit, et morbi motus haud ita praeceps ac velox et aeger validus, ſi quidem manifeſtum in quarto die malum judicium fuit, ſeptimo interitus comitabitur, ſi vero obſcurum, excedet hunc quoque. Jam vero ſi acceſſiones paribus diebus contigerint, octavo, ſi imparibus, nono aeger decedet.

Ed. Chart. VIII. [467. 468] Ed. Baſ. III. (432.)

αῖος, ἐν περιτταῖς δὲ ἐνναταῖος τεθνήξεται. τίνα δὲ σαφῆ καὶ τίν' ἀμυδρὰ καλῶ σημεῖα, ἐν τοῖς περὶ κρίσεων εἴρηται, ἀλλὰ κἂν τῷδε τῷ λόγῳ προϊόντι δηλωθήσεται, πρότερον δὲ περὶ τῶν λειπόντων διορισμῶν ἐπάνειμι. χρηστὸν γάρ τι κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν ἐναργῶς γινέσθω σημεῖον καὶ μηδεὶς κίνδυνος ὑποπτευέσθω περὶ τὸν κάμνοντα, ἀδύνατον ἐνταῦθα τὸ μὴ οὐ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν κρῖναι τὴν νόσον, ἄν γε μηδὲν τῶν ἔξωθεν ἁμαρτάνηται. τίνα δέ ἐστι τὰ ἁμαρτανόμενα τὰ μὲν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος δηλονότι, τὰ δ' ὑπὸ τῶν θαυμαστῶν τούτων ἰατρῶν τῶν οἰομένων, εἰ μή τις εἰσελθὼν ἐπὶ τὸν ἄῤῥωστον, εἶτα περιζωσάμενος, ἢ καταπλάσειεν, ἢ καταιονήσειεν, ἢ κλύ[468]σειεν, ἢ φλεβοτομήσειεν, ἢ σικυάσειεν, ἢ τρίψειεν, ἢ θρέψειεν, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐργάσαιτο, μηδὲν αὐτῷ πεπρᾶχθαι τεχνικόν. οὗτοι γὰρ ὁποσάκις ἂν εἰσέλθωσι πρὸς τὸν νοσοῦντα, τοσαυτάκις ἁμαρτάνουσιν. οὔκουν ἐνδέχεται τὴν εἰς τὴν ἑβδόμην ἡμέραν παρασκευαζομένην κρίσιν ἐν ἐκείνῃ γενέσθαι, τοσούτων ἐν τῷ μεταξὺ πλημμεληθέντων. ἡ γάρ τοι τῆς φύσεως κίνησις γίνεται μὲν ἐν περιόδοις τεταγ-

Quae porro manifeſta, quae obſcura indicia vocitem, in libris de criſi exactius monſtratum eſt, quinetiam in hoc ſermone procedente indicaturi ſumus, prius autem ad reliquas diſtinctiones revertor. Appareat enim evidenter bonum aliquod in quarto die ſignum, et nullius periculi circa aegrotum ſit ſuſpicio, fieri non poteſt quo minus ſeptimo die fiat judicium, ſi nihil extrinſecus peccatum fuerit. Quaenam igitur ſunt quae committuntur peccata? quaedam ſane ab ipſo aegroto videlicet, quaedam a medicis his admirandis, putantibus, ſi quis ingreſſus ad aegrum, deinde ſuccingens ſe, vel cataplasma impoſuerit, vel perfuderit, vel clyſterem indiderit, vel venam inciderit, vel cucurbitulas adjunxerit, vel confricuerit, vel nutriverit, aut hujusmodi aliud factitaverit, nihil ab ipſo geſtum eſſe artificioſum; hi enim quoties ad aegrum accedunt, toties peccant. Non igitur judicium in ſeptimo die, ad quem paratum erat, fieri poteſt, tot interea erroribus admiſſis, quandoquidem na-

Ed. Chart. VIII. [468.] Ed. Baf. III. (432.)

μέναις κατά γε τὸν ἴδιον λόγον, κωλύεται δὲ ἐνίοτε φυλάττειν τὰς περιόδους ὑπὸ τῶν ἔξωθεν εἰς αὐτὴν ἁμαρτανομένων. οὕτω γοῦν καὶ ὁ πᾶν θαυμαστὸς Ἱπποκράτης ἔλεγε, φύσις ἐξαρκεῖ παντάπασιν. εἰς δὲ ταύτην ἔξωθεν μὲν κατάπλασμα, κατάχρισμα, ἐμβροχὴ ὅλου τε καὶ μέρεος. οὕτω δὲ καὶ τὸν ἰατρὸν ὑπηρέτην φύσεως ὀνομάζει τὸν ὄντως ἰατρὸν, οὐ φαρμακοπώλην τινὰ ἐκ τριόδου. τοσοῦτον γὰρ οὗτος ἀποδεῖ τοῦ φύσεως ὑπηρέτης δικαίως ὀνομάζεσθαι ὥστε τὰς ἐναντιωτάτας αὐτῷ μᾶλλον πρέπειν προσηγορίας, ἐχθρῷ καὶ πολεμίῳ τῆς φύσεως αὐτῆς καὶ τῶν καμνόντων εὐλόγως ἂν ὀνομασθέντι. δεόντως οὖν καὶ ἡμεῖς, ἐπειδάν τις ἀξιώσει ἡμᾶς προειπεῖν ἐπὶ τινος ἀῤῥώστου τὸ μέλλον ἀποβήσεσθαι, μετὰ διορισμοῦ τὴν πρόῤῥησιν ποιούμεθα, κριθήσεσθαι τόνδε τινὰ λέγοντες ἐν τῇδε τῇ ἡμέρα, πρῶτον μὲν ὑφ' ἡμῶν διαιτώμενον, οὐχ ὑπ' ἄλλου τινὸς ἰατροῦ· ἔπειτα δὲ αὐτὸν οὐδὲν ἐξαμαρτόντα καὶ πράξαντα πάντα τὰ προστάττόμενα, καὶ τρίτον εἰ μηδὲν τῶν ἔξωθεν ἁμαρτηθείη τι μέγα. τίνα δὴ ταῦτά ἐστι τὰ ἔξωθεν, ὑπηγγειλάμην γὰρ οὖν καὶ τοῦτο διορίσασθαι,

turae motus ſtatutis periodis pro ſui ratione contingit, interim ab exterioribus peccatis circuitus ſervare prohibetur. Sic itaque Hippocrates undequaque admirabilis inquit: *Natura omnino ſufficit.* Peccatur in hanc extrinſecus cataplasmate, inunctione, et totius et partis inſperſione. Sic etiam *medicum naturae miniſtrum* appellat, re vera medicum, non pharmacopolam quendam ex trivio, tantum enim hic a juſta naturae miniſtri appellatione abeſt ut etiam maxime contrarium nomen ipſi magis conveniat, inimico videlicet et naturae ipſius et aegrotantium hoſti jure appellato. Quapropter nos merito, quum quiſpiam de aegro aliquo eventum jubet praedicere, cum diſtinctione id facimus, dicentes, huic morbus ſolvetur iſto die, primum ſi victus ratione a nobis, non alio quodam medico regatur, deinde ſi nihil ipſe peccet et faciat quae injunguntur omnia, poſtremo ſi nullus magnus extrinſecus error admiſſus fuerit. Quae jam exteriora peccata ſint, quoniam hoc quoque definire

Ed. Chart. VIII. [468.] Ed. Baſ. III. (432. 433.)

καιρὸς ἂν εἴη λέγειν. εἰ δή τις ἐμπρησμοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἢ λῃστῶν ἐπελθόντων, ἢ ποταμοῦ κατακλύσαντος, ἐξαίφνης ἀναγκασθείη φυγεῖν, ὁπόση ἂν αὐτῷ βλάβη προσγένοιτο τί δεῖ καὶ λέγειν; οὕτω δὲ κἂν εἰ καταπίπτοντος ὀρόφου τινὸς ἢ τοίχου γνοὺς ἐξαιφνίδιον ἐκπλαγῇ τε ἅμα καὶ φεύγειν ἐπιχειρήσειεν. εἰ δὲ καὶ διὰ τοῦ κεράμου τι καταῤῥυῇ, ἢ πλείονος ὑετοῦ γενομένου, κἄπειτα τοῦτ' ἐπιχυθῇ τῇ κεφαλῇ τοῦ κάμνοντος, ἢ εἰ καὶ ἄλλος αὐτὸν ὁπωσοῦν βρέξειεν, ὡς ἀναγκάσαι μεταστῆναί τε καὶ ἀγρυπνῆσαι καὶ φοβηθῆναι, καὶ τοῦτ' ἂν μεγάλως τὸν νοσοῦντα βλάψειεν. οὕτω δὲ καὶ θόρυβος γειτόνων, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἀγρυπνίας αἴτιον αὐτῷ γινόμενον, ἢ καί τις ἀγγελία λυπηρὰ, κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ἑαυτοῦ βλάβης καὶ τὴν τῆς προῤῥήσεως ἀκρίβειαν διαφθείρει. ὅσα μὲν γὰρ δι' αὐτὸ τὸ νόσημα μεταξύ τε τῆς προῤῥήσεως καὶ τῆς κρίσεως οἱ νοσοῦν(433)τες ἀγρυπνοῦσιν, οὐδὲν ταῦτα βλάπτει τὴν πρόῤῥησιν· ὅσα δ' ἔξωθεν ἀδόκητα προσγίνεται, τούτων οὐδενός ἐστι προγνωστικὸς ὁ ἰατρός. ὅθεν οὔδὲ τὴν μέλλουσαν ἀπ' αὐτῶν ἔσεσθαι βλάβην ὑπολογίσασθαι δυνα-

pollicitus ſum, opportunum erit dicere, ut ſi aeger incendio domus accidente, aut latronibus invadentibus, aut fluvio inundante, ſubito cogatur fugere, quanta ei noxa advenerit, quorſum attinet referre? Simili modo ſi tegmen aliquod delapſum, vel parietem ſentiens extimeſcat ſimul et fugam repente moliatur; item ſi per tegulam quippiam decidit, vel pluvia copioſior oborta capiti aegrotantis incidat, vel alius etiam quomodocunque ipſum irrigaverit, ut locum mutare, vigil eſſe et timere cogatur, et hoc non mediocrem ipſi offenſam inducit. Eodem pacto vicinorum tumultus, vel alia quaedam talis vigiliae cauſa eveniens, aut nuncium aliquod triſte, pro noxae ipſius magnitudine etiam praedictionis perfectionem corrumpit, vigiliae ſiquidem propter ipſum morbum intra praedictionem et criſim aegris advenientes nihil praeſagia offendunt, quae vero extrinſecus inopinata veniunt, horum nihil medicus praecognoſcit, unde nec futuram inde offenſam conjicere poteſt, nec praedictioni

Ed. Charr. VIII. [468. 469.] Ed. Baſ. III. (433.)

τὸν αὐτῷ καὶ προσθεῖναι τῇ κατὰ τὸν τοῦ νοσήματος λόγον ὑπαγορευομένῃ προῤῥήσει. ταῦτ' οὖν αὐτὰ καὶ Ἱπποκράτης εὐθὺς κατ' ἀρχὰς τῶν ἀφορισμῶν παραινεῖται λέγων· δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα καὶ τοὺς παρεόντας καὶ τὰ ἔξωθεν. εἰ γὰρ, φησὶν, ἐξετάζειν τι καὶ βασανίζειν ἔγνωκας τῶν ἡμετέρων, αὐτός γε σὺ πρῶτον ἅπαντα ποίει τὰ δέοντα, καὶ δεύτερον δὲ καὶ ὁ νοσῶν εὐπειθὴς ἔστω σοι τὰ πάντα καὶ μηδὲν ὑπ' ἀκολασίας ἁμαρτανέτω· καὶ τρίτον οἱ παρόντες αὐτῷ μηδὲν πλημμελείτωσαν, ὡς ἤτοι θυμὸν ἐγείρειν ἐφ' οἷς ἁμαρτάνουσιν, ἢ λύπην ἐφ' οἷς ἀκαίρως ἀγγέλλουσιν, ἢ βλάβην ἐφ' οἷς ἐλλιπῶς παρασκευάζουσιν. ἀλλ' ἡ μὲν παρασκευὴ πᾶσα πρὸ τοῦ τῆς κρίσεως ἑτοιμαζέσθω καιροῦ, τὰ δ' ὄψα καλῶς ἐσκευάσθω, τὰ δὲ τῆς διακονίας ἄμεμπτα πάντα ἔστω. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ τέταρτον γένος ὧν ὑπολο[469]γίζεσθαι προσέταξεν, ὀνομάζει δὲ αὐτὸ περιλαβὼν ἑνὶ ῥήματι τῷ τῶν ἔξωθεν, καίτοι πολυειδὲς ὑπάρχον, ἄμεμπτον ἔστω καὶ αὐτό. καὶ γὰρ ὑετοί καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ θόρυβοι γειτόνων καὶ κύ-

ſecundum morbi rationem factae adjicere. Haec itaque ipſa Hippocrates ſtatim in aphorismorum principio praecipit inquiens, *Oportet non ſolum ipſum quae res poſtulat facere, verum etiam aegrum, aſſidentes et exteriora.* Si namque, ait, disquirere quippiam et indagare ex noſtris cogitas, ipſe primum opportuna facito univerſa. Deinde aeger in omnibus praecipienti obtemperet, nihilque ex intemperantia peccet; poſtea ii qui adſunt ei, nihil erroris committant, ut vel iram ob delicta concitent, vel triſtitiam ex intempeſtivis nunciis afferant, vel offenſam, quod imperfectius in re adminiſtranda ſe gerant, ſed apparatus omnis ante judicii tempus prompte ſtatuatur, obſonia pulchre parentur, miniſterium inculpate exhibeatur. Inſuper quartum genus eorum de quibus rationem habendam juſſit appoſuit, nominat ipſum uno complexus nomine exteriora, multiforme licet exiſtat, atque hoc culpa vacet, etenim pluviae, tonitrua, fulgura, vicinorum tumultus, canum latratus, inſultus la-

Ed. Chart. VIII. [469.] Ed. Baſ. III. (433.)

νες ὑλακτοῦντες, ἔφοδοί τε ληστῶν καὶ καταπτωσις οἰκίας καὶ καταῤῥυὲν ὕδωρ καὶ ποταμὸς ἐπελθὼν, ἐμπρησμοί τε καὶ πληγαὶ καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, τῶν ἔξωθέν ἐστιν ἅπαντα. ταῦτ' οὖν τὰ γένη τὰ τέσσαρα καὶ πολυειδῆ κατὰ μέρος ὑπάρχοντα ταῖς τῆς φύσεως κινήσεσιν ἐμποδὼν ἱστάμενα διαφθείρει πολλάκις τὴν τάξιν τῶν περιόδων. ἐπεί τοι τῆς τετάρτης ἐναργὲς σημεῖον ἐνεγκούσης κριτικὸν, εἰ μήθ' ὁ ἰατρὸς ἁμάρτοι τι μήθ' ὁ κάμνων μήτε τῶν ὑπηρετουμένων μηδεὶς, ἀλλὰ μηδὲ τῶν ἔξωθέν τι πλημμεληθείη, κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἐξ ἀνάγκης ἡ κρίσις ἀπαντήσεται. δῆλον οὖν ἐστιν ὡς οὐκ ἄλλος μέν τίς ἐστιν ὁ ἀκριβῶς προγνωσόμενος, ἄλλος δέ τις ὁ διαιτήσων ὀρθῶς, ἀλλ' εἰς τὸν αὐτὸν ἀναγκαῖον ἄμφω συνελθεῖν, εἰ μὴ μέλλοι διαφθείρεσθαι θάτερον ὑπὸ θατέρου. ὅτι μὲν γὰρ ἁμαρτηθὲν ὁτιοῦν τῶν κατὰ τὴν δίαιταν, οὕτω δὲ ὀνομάζω νῦν ἅπασαν τῆς νόσου τὴν ἐπιμέλειαν, ἐμποδίζει τὴν κρίσιν ἱκανῶς ἐπιδέδεικται· ὅτι δ' οὐδὲ διαιτῆσαι καλῶς οἷόν τε χωρὶς τοῦ προγνῶναι τήν τ' ἀκμὴν τῆς νόσου καὶ τὴν κρίσιν ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου δείκνυται γράμμασιν. εὖπερ οὖν ἀλλήλων δεῖται ταῦτα διὰ παντὸς, οὐκ ἄλλος μέν τις

tronum, domus ruina, defluens aqua, fluvius irruens, incendia, ictus atque ejus generis univerſa exterioribus attribuuntur. Haec igitur quatuor genera, quorum partes etiam ſunt diverſae, dum naturae motus impediunt, ſubinde periodorum ordinem corrumpunt, quoniam ubi quartus dies evidens judicii ſignum attulerit, ſi neque aeger, neque miniſtrorum quiſpiam, imo ſi neque extrinſecus error admiſſus ſit, ſeptimo die neceſſario criſis futura eſt. Ex quo innoteſcit non alium quendam eſſe qui exacte praeſagierit, alium qui rectam victus rationem inſtituet, ſed in eundem utraque convenire neceſſarium, niſi alterum ab altero corrumpendum ſit. Quod ſane peccatum in victus modo quodlibet, ſic autem nunc nomino univerſam morbi curam, judicium impediat abunde oſtendimus; quod autem nec victus ratio proba ſine ſtatus morbi et criſis praeſagio inſtitui poſſit, in medendi methodo declaratur. Si igitur haec mutua opera perpetuo indigent, non alius quiſpiam medicus

Ed. Chart. VIII. [469.] Ed. Baſ. III. (433.)

ἰατρὸς ὀρθῶς θεραπεύσειε, προγνώσεται δὲ ἀκριβῶς ἄλλος, ἀλλ' ὅστις ἂν ἄριστος ᾖ προγνωστικός τέ ἐστιν ἅμα καὶ θεραπευτικὸς ὁ τοιοῦτος. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων ἐπιπλέον ἑτέρωθι λέγεται, νυνὶ δὲ εἰς ὅπερ ἐξ ἀρχῆς προὔκειτο, πάλιν ἐπανίωμεν. ἡ γάρ τοι τετάρτη τῶν ἡμερῶν, ἐπειδὰν ἐνέγκῃ σαφές τι σημεῖον ἀγαθὸν, εἰς τὴν ἑβδόμην ἡμέραν προδηλοῖ τὴν κρίσιν ἀπαντήσεσθαι, μηδενὸς ὧν εἴρηται πλημμεληθέντος ἐν τῷ μεταξύ. γενομένου δέ τινος ἁμαρτήματος, ἐπισκεπτέον αὐτοῦ τὸ μέγεθος. εἰ μὲν γὰρ σμικρὸν εἴη, ἔσται μὲν καὶ οὕτως ἡ κρίσις ἑβδομαία, λείπει δ' αὐτήν τι τῶν τῆς κρίσεως ἀγαθῶν. εἴρηται δ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὅτι τὸ τελέως καὶ ἀσφαλῶς καὶ ἀκινδύνως καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα ταῖς ἀγαθαῖς ὑπάρχει κρίσεσιν· εἰ δ' εἴη μεῖζον τὸ πλημμεληθὲν, οὐδ' ἂν τὴν κρίσιν ἔτι κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἐπιτρέψειε γενέσθαι. προσέχειν οὖν δεῖ πᾶσιν ἐνταῦθ' ἀκριβῶς τὸν νοῦν, καὶ τεκμαίρεσθαι τῆς βλάβης τὸ μέγεθος. ἑρμηνεῦσαι μὲν γὰρ αὐτὸ μὴ ὅτι χαλεπὸν, ἀλλὰ καὶ τελέως ἀδύνατον, τεχνικὸν δὲ ἐργάσασθαι τὸν μαθητὴν, ὥστε καὶ διαγινώσκειν τὰ τοιαῦτ' ἀκριβῶς δυνατόν. ἀλλ' οὐ νῦν ὁ καιρὸς, οἰκειότερος γάρ ἐστι

recte curaverit, alius exacte praeſagiet, verum quicunque optimus fuerit, is praeſagiet una et curabit. Sed de hujusmodi in aliis commentariis plenius tractamus. Nunc quod ab initio ſtatueramus, ad id revertemur. Quartus dies quum evidens aliquod indicium bonum afferat, ſeptimo die judicium fore innuit, nullo, ut diximus, errore interea commiſſo. At ſi quis contingat, magnitudo ejus inſpicienda eſt. Si etenim exiguus extiterit, erit etiam ſic judicium ſeptimanum, verum aliquid de judiciorum bonitatibus ipſi deerit: dictum eſt autem in prioribus quod perfecte, ſalubriter, ſine periculo et ſimilia, bonis adſunt judiciis, ſi majus ſit erratum, in ſeptimo die criſim fieri adhuc non permiſerit. Animus itaque diligenter adhibendus eſt hic omnibus et offenſae magnitudo ſignis colligenda, nam interpretari ipſam non ſolum difficile, ſed prorſus etiam impoſſibile, artificioſum vero diſcipulum reddere, ut haec quoque ex amuſſi perdiſcat, poſſibile; ſed hujus temporis non

Ed. Chart. VIII. [469. 470.] Ed. Baſ. III. (433.)

τῆς περὶ κρίσεως θεωρίας. πάλιν οὖν ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου μεταβῶμεν, ἀναμνησθῶμέν τε τῆς προκειμένης ὑποθέσεως. ὑπέκειτο μέντοι σημεῖον κριτικὸν καὶ σαφὲς, καὶ ἰσχυρὸν ἐν τῇ δ' γεγενημένον ἡμέρᾳ τοῦ νοσήματος ὀξέος τε καὶ περιεστηκότος τὴν φύσιν ὑπάρχοντος, εἶτα ὅτι μηδενὸς πλημμεληθέντος μὲν ἀγαθὴ τὰ πάντα κρίσις εἰς τὴν ἑβδόμην ἡμέραν προδηλοῦται, βραχέος δὲ παντελῶς ἁμαρτηθέντος, εἰς τὴν ζ μὲν ἡμέραν καὶ οὕτως, οὐ μὴν ἀγαθὴ τελέως. εἰ δ' εἴη μέγα τὸ ἁμαρτηθὲν, ὡς ἀφελέσθαι μὲν τῆς ζ τὴν κρίσιν, εἰς δέ τινα τῶν ἐφεξῆς μετατιθέναι, προσέχειν ἐνταῦθα χρῆναι παρακελευόμεθα τῷ ποσῷ τῆς βλάβης. ὁ γὰρ ἀκριβὴς τούτου γνώμων εἴσεται σαφῶς εἴτ' εἰς τὴν θ' ἡμέραν, εἴτ' εἰς τὴν ια' ἡ κρίσις μεταπεσεῖται. τὰ μὲν οὖν ἀκίνδυνα τελέως νοσήματα χρονίζειν εἴωθεν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, τὰ περιεστηκότα μὲν, οὐ μὴν ἄνευ κινδυνωδῶν συμπτωμάτων, ὀλέθρια γίνεται ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι. καίτοι καὶ τὰ τελέως ἀκίνδυνα, πολλῶν καὶ μεγάλων ἐφεξῆς γεγενημένων [470] ἁμαρτημάτων, εἰς τὴν τῶν ὀλεθρίων μεταπίπτει φύσιν· καὶ οὐδὲν οἶμαι θαυ-

eſt, magis ad ſpeculationem de criſi pertinet. Quare rurſus ad ſermonis reliquum redeamus, primam hypotheſim in memoriam revocantes. Quippe poſitum erat decernendi ſignum manifeſtum et validum in quarto die morbi et acuti et natura ſalubris eveniſſe, deinde nullo quidem errore commiſſo, bonam omnino criſim ad ſeptimum diem futuram indicari; ſi porro levis plane contigerit, ita quoque in ſeptimo eventuram, non tamen exacte bonam, ſi vero fuerit magnus, ut a ſeptimo in ſequentium aliquem criſis recidat, attendendum eſſe noxae magnitudini jubemus; nam exacta hujus regula deprehendet clare an in nonum diem, ſive undecimum criſis incidat. Itaque morbi qui prorſus ſine periculo ſunt, ob delicta diuturni eſſe ſolent. Qui incolumitatem pollicentur, non tamen periculoſis ſymptomatis, ob errata lethales ſiunt. Quinetiam illi qui omni periculo vacant, multis magnisque deinceps erroribus commiſſis, in lethalium naturam incidunt. Nec mirum eſſe puto. Quum

EdChart. VIII. [470.] Ed. Baſ. III. (435.)

μαστόν. ὅπου γὰρ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι τὰ μεγάλα τῶν ἁμαρτημάτων αἴτια νοσημάτων ὀλεθρίων γίνεται, τί χρὴ προσδοκᾶν ἐπὶ τῶν νοσούντων; ὥστ' ἤδη δῆλον ὡς ὁ τῶν ἐπιδήλων τε καὶ κρισίμων ἡμερῶν λόγος, ὃν Ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐδίδαξεν, οὐδ' ἐξετασθῆναι πρὸς ἄλλου τινὸς εἰ τοῖς φαινομένοις ὁμολογεῖ δύναται, πλὴν ὅστις ἂν ὁμοίως ἐκείνῳ τεχνικὸς ὑπάρχει περὶ δίαιταν. οὗτος γὰρ μόνος ἐξεταστικὸς καὶ διαγνωστικός ἐστι τῆς τῶν ἁμαρτανομένων δυνάμεως, καὶ μόνος δύναται γνῶναι τῆς τε βλάβης τὸ μέγεθος καὶ τῆς μελλούσης κρίνειν ἡμέρας τὴν μετάπτωσιν. ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς ἀκινδύνοις νοσήμασιν ὑστερίζουσι τοσοῦτον αἱ κρίσεις ὅσον ἂν ὑπὸ τῶν ἐν τῷ μεταξὺ πλημμεληθέντων οἱ κάμνοντες βλαβῶσιν, οὕτως ἐν τοῖς ὀλεθρίοις προλαμβάνουσιν. εἰ γὰρ τῆς δ' ἡμέρας ἐν θανατώδει νοσήματι θανατῶδες σημεῖον προδειξάσης, εἰς τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἡ κακὴ προδηλωθείη κρίσις, ἁμαρτηθείη δέ τι μεταξὺ μὴ πάνυ τι σμικρὸν, οὐκ ἀναμένει τὴν ζ' ἡμέραν ἡ κρίσις, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ τὸ νόσημα κριθήσεται κακὴν δηλονότι κρίσιν. πότερον δὲ κατὰ τὴν ε' ἢ τὴν στ', ἔκ τε τῆς αὐτοῦ τοῦ νοσήματος ὀξύτητος διορισθήσεται κἀκ τοῦ τῆς

enim in ſanis delicta grandia morborum lethalium cauſae fiant, quid in aegrotis expectandum eſt? Proinde jam clarum eſt indicum et decretoriorum dierum ſermonem, quem Hippocrates nos docuit, non examinari ab alio quodam in apparentium conſenſu poſſe quam qui ex aequo par illi victus inſtituendi artifex eſt. Hic enim ſolus errorum vim disquirit pernoſcitque, tum ſolus offenſae magnitudinem et diei judicaturi delapſum intelligere poteſt. Quemadmodum vero in morbis periculo vacantibus judicia tantum remorantur quantum ex peccatis interim offenduntur aegri, ita in lethalibus praeveniunt. Si enim quum dies quartus in lethali morbo ſignum lethale indicarit, in ſeptimum diem male praedicetur criſis, peccatum vero non ita exiguum interea temporis contigerit, ſeptimum diem criſis non expectabit, ſed interdum morbus judicio malo videlicet finietur. Sed an quinto vel ſexto, tum ex ipſius morbi celeritate

Ed. Chart. VIII. [470.] Ed. Baſ. III. (433. 434.)

βλάβης μεγέθους καὶκ τοῦ σχήματος τῶν παροξυσμῶν. ἐν περιτταῖς μὲν γὰρ γινομένων αὐτῶν καὶ τοῦ νοσήματος ὄντος κατόξεος καὶ τῶν ἁμαρτηθέντων οὐ πάνυ σμικρῶν, ἐν αὐτῇ τῇ τετάρτῃ δηλονότι, θαυμαστὸν οὐδὲν ἐν τῇ πέμπτῃ τὸν ἄνθρωπον ἀποθανεῖν. εἰ δ' ἐν ἀρτίαις μὲν παροξύνοιτο, μὴ κάτοξυ δ' εἴη τὸ νόσημα, μηδ' ἡ τῶν ἁμαρτημάτων βλάβη μεγάλη, τὴν στ' ἀναμένει. τὰ δὲ τοιαῦτα πάντα συγχεῖ τῶν ἐπιδήλων τε καὶ κρισίμων ἡμερῶν τὴν θεωρίαν, ὀλίγων μὲν ἰατρῶν ὀρθῶς διαιτώντων, ὀλίγων δ' ἀῤῥώστων εὐπειθῶν ὑπαρχόντων, ὀλίγων δὲ καὶ τῶν τὴν οἰκείαν ὑπηρεσίαν ἄμεμπτον ἐχόντων, ἔτι δ' ἐλαττόνων οἷς οὐδὲν τῶν ἔξωθεν ἠναντιώθη. δεῖ τοίνυν ἀκριβῶς μὲν εἶναι θεραπευτικὸν καὶ προγνωστικὸν τὸν ἰατρὸν, ἀκριβῶς δὲ καὶ τοῦ τῆς βλάβης μεγέθους διαγνωστικὸν, ἵνα εἰ καὶ προείποι (434) ποτὲ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, εἶτ' ἐν τῷ μεταξύ τι βλαβῆναι τὸν κάμνοντα συμβαίη, μεταθεῖναι καὶ αὐτὸς ἀκριβῶς δυνηθείη τὴν πρόῤῥησιν. ἀλλ' ἐν τούτῳ πρόδηλον ὡς ὅστις μὲν μικρὸς καὶ ταπεινὸς τὴν γνώμην ἢ οὐχ ὅπως ἀσκῆσαι διαγινώσκειν

tum ex offenſae magnitudine tum ex acceſſionum figura definietur. Quippe quando in imparibus ipſae fiunt, morbus peracutus eſt et peccata non admodum exigua, in ipſo quarto videlicet, miraculum non eſt in quinto hominem interire. Quando in paribus acceſſiones eveniunt, nec morbus peracutus ſit, nec erratorum magna offenſa, ſextum expectat. Hujusmodi autem omnia indicum et decretoriorum dierum ſpeculationem confundunt, quum pauci medici recte victum praeſcribant, pauci aegri obtemperent, pauci ſuum miniſterii munus legitime obeant, pauciores adhuc quibus nihil externi adverſatum ſit. Quapropter medicum tum accurate curandi tum praeſagiendi peritum eſſe convenit, accurate vero etiam laeſionis magnitudinem diſcernere, ut et ſi aliquando judicii diem praedicat, ſed interea temporis offendi aegrum contingat, mutare ipſe praedictionem exacte poſſit. Hinc perſpicuum evadit quod quicunque animo puſillus humiliſque fuerit non ſolum non ſingula quae recenſui-

Ed. Chart. VIII. [470. 471.] Ed. Baſ. III. (434.)

ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων, ἀλλ' οὐδ' αὐτὴν τὴν θεωρίαν ἐκμαθεῖν ὑπομένοι.

Κεφ. ιβ'. Γενναῖος δέ τις καὶ ἀληθείας ἑταῖρος καὶ ταλαιπωρεῖν ἐπὶ τοῖς καλοῖς οὐκ ὀκνῶν, οὔτε τῶν θεωρημάτων τὸ χαλεπὸν οὔτε τοῦ χρόνου τὸ μῆκος οὔτε τῆς ἀσκήσεως τὸν πόνον ὑπειδόμενος, ἐπὶ τὸ τέλειον ἀφίξεται τῶν εἰρημένων, ὡς μὴ μόνον ἡμέραν ἔχειν εἰπεῖν βεβαίως ἐνίοτε, ἀλλὰ καὶ τὴν ὥραν αὐτὴν ἐν ᾗ κριθῆναί τινα τῶν νοσούντων, ἢ ἀποθανεῖν ἀναγκαῖον. ἐπειδὰν γὰρ προγνῷς τὴν ἡμέραν ἐνίοτε εἰ οὕτως ἔτυχε τὴν τοῦ θανάτου, σκοπεῖσθαι χρὴ τοὐντεῦθεν ἐν τίνι μάλιστα καιρῷ τοῦ παροξυσμοῦ βαρύνεται μεγάλως ὁ κάμνων. εἰ μὲν γὰρ εὐθὺς εἰσβάλλοντος αὐτοῦ καταψύχοιτό τε σφοδρῶς καὶ δυσεκθέρμαντος καὶ ἄχρους μέχρι πλείστου μένοι καὶ μικρόσφυκτος, ἢ ἄσφυκτος καὶ κακόσφυκτος γένοιτο καὶ κινηθῆναι νωθρὸς, ἢ ἀδύνατος, ἢ καὶ [471] κωματώδης, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον πάσχει, τοῦτον ὑφορᾶσθαι μάλιστα τὸν καιρόν. εἰ δ' οὗτος μὲν μέτριος εἴη, περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν ἤτοι παραπαίοντα τὸν ἄῤῥωστον, ἢ κα-

mus in aegris cognoſcere ſtudet, ſed ne ſpeculationem quidem ipſam edifcere ſuſtinet.

Cap. XII. At generoſus aliquis verique amator, tum qui labores in optimis quibusque rebus non refugiat, neque theorematum difficultatem, neque temporis prolixitatem, neque exercitii laborem veritus, ad commemoratorum perfectionem veniet, ut non ſolum diem firmiter aliquando poſſit praedicere, ſed etiam horam ipſam in qua aegrum quempiam liberari, vel mori neceſſarium eſt. Poſteaquam enim diem aliquando, verbi gratia, mortis cognoveris, conſiderandum eſt inde in quo potiſſimum acceſſionis tempore aeger maxime gravetur. Si enim ſtatim invadente ea refrigeretur vehementius, ut vix ad calorem reduci poſſit, calor diutiſſime abſit, pulſus exiguus, aut nullus, aut malus appareat, motus pigritia, vel etiam ſomnus veternoſus, aut aliud quippiam, hoc maxime tempus conſiderandum eſt. Quod ſi hoc quidem moderatum fuerit, in ſtatu autem vel delirantem, vel co-

Ed. Chart. VIII. [471.] Ed. Baſ. III. (434.)

ταφερόμενον, ἢ ἀλύοντα βλέποις, ἢ τοῦ πυρετοῦ τὸ μέγεθος οὐχ ὑπομένοντα, διακαιόμενον δὲ σφοδρῶς καὶ σκοτοδινιῶντα καὶ κεφαλὴν ἀλγοῦντα καὶ καρδιώσσοντα καί τι τοιοῦτον ἕτερον πάσχοντα, τοῦτον ὑποπτεύειν μάλιστα τὸν καιρόν. εἰ δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ παροξυσμοῦ καὶ τῆς ἀκμῆς μετρίως γινομένων ἡ παρακμὴ λειποψυχίας τινὰς καὶ ἱδρῶτας ἀνωμάλους καὶ ψυχροὺς, ἢ περὶ κεφαλὴν μόνον, ἢ τράχηλον, ἢ στέρνον ἐπιφέροι καὶ τοὺς σφυγμοὺς ἀμυδρούς τε καὶ μικροὺς ἐργάζοιτο καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, τοῦτον ὑφορᾶσθαι μάλιστα τὸν καιρὸν, εἰδέναι τε σαφῶς ἐν τῷ χειρίστῳ τοῦ παροξυσμοῦ καιρῷ τεθνήξεσθαι τὸν ἄνθρωπον. καὶ μὴν εἰ τοῦτο διορισθείη τε καὶ γνωσθείη σαφῶς, οὐδὲν ἔτι χαλεπὸν οὐδὲ τὴν ὥραν εἰπεῖν τοῦ θανάτου. εἰ γὰρ καὶ τῆς δευτέρας ἡμέρας εἰ τύχοι καὶ τῆς τετάρτης τὸν σφοδρότατον παροξυσμὸν ἐνεγκούσης ἥπερ τῆς πρώτης τε καὶ τρίτης καὶ πέμπτης, εἰς τὴν ἕκτην ἡμέραν ὁ θάνατος προδηλωθείη, φαίνοιτο δὲ καὶ τὸ χαλεπώτατον μέρος τοῦ παροξυσμοῦ κατὰ τὴν εἰσβολὴν αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ὥραν ἕκτην γένοιτο, οὗ τι χαλεπὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ τεθνήξεσθαι τὸν ἄνθρωπον εἰπεῖν καὶ τοῦτ' ἔστιν ὃ

matoſum, vel anxium videas, aut febris magnitudinem non tolerantem, ſed vehementer inardeſcentem, vertigine laborantem, capite dolentem, cardiogmo laborantem vel id genus aliis, hoc maxime tempus obſervare convenit. Porro ſi in principio acceſſionis vigoreque mediocriter evenientibus, declinatio quaedam animi deliquia, ſudores inaequales, frigidos, vel circa caput ſolum, vel cervicem, vel pectus inferat, pulſus obſcuros exiguosque efficiat et his ſimilia, hoc praecipue tempus obſervandum eſt ſciendumque manifeſto in peſſimo acceſſionis tempore hominem moriturum. Atqui ſi hoc definitum cognitumque aperte ſit, nullum adhuc eſt negotium mortis horam dicere, quippe quum ſecundus dies exempli gratia et quartus vehementiorem acceſſionem adferat quam primus, tertius et quintus, ad ſextum diem mors praemonſtrabitur, appareat vero pars acceſſionis graviſſima in ipſius inſultu, eaque ſexta hora, in hac moriturum hominem non

Ed. Chart. VIII. [471.] Ed. Baſ. III. (434.)

πειρῶμαι κατασκευάζειν νῦν, ὅπερ ἂν ἴσως οἰηθείη τις, ὡς οὐκ ἐνδέχοιτό ποτε σφαλῆναι τὸν ἐκ τοιαύτης θεωρίας ὁρμώμενον, ἀλλ' ὅτι τὰ πλείω τεύξεσθαι τἀληθοῦς, οὐ πιθανοῖς λόγοις, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς ἔργοις διεδειξάμην. ἐκεῖνο δὲ βέβαιον οἶδα ποιοῦντας ἐνίους τῶν βασκαινόντων τοῖς ἀρίστοις. ἀξιοῦσι γὰρ ἀεὶ προλέγειν ἡμᾶς τὸ μέλλον, κἂν μηδὲν ἔχωμεν ἐνίοτε βέβαιον σημεῖον, καίτοι τοῖς ἱεροσκόποις τε καὶ τοῖς οἰωνισταῖς ἐπεκθύεσθαι καὶ ἐπεξοιωνίζεσθαι συγχωροῦσιν, ὅταν ἀσαφῆ γένηται τὰ μαντεύματα, εἶθ' ἅμα μὲν ἀντιλέγουσιν ἡμῖν ὡς μείζονος ἢ κατ' ἄνθρωπον θεωρίας ἐφιεμένοις, ἅμα δ' ἐπὶ τῶν ἔργων οὕτω πικρῶς ἐξετάζουσι τὰς προρρήσεις ὡς οὐδένα τῶν μάντεων. ἀλλὰ γὰρ οὐ πρὸς τούτους ἀποβλέπειν, ἀλλ' εἰς αὐτὴν χρὴ τὴν ἀλήθειαν καὶ τῶν σημείων τὰς δυνάμεις ἀκριβῶς ἀσκήσαντας διαγινώσκειν, ἐπειδὰν ἀσφαλῶς οἷόν τε ᾖ διορίζεσθαι, προλέγειν τηνικαῦτα διατεινόμενον, εἰ δ' ἀσαφὲς εἴη τι, τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἀναμένειν. εἰ δὲ καὶ μὴ κατ' αὐτήν τι δυνάμεθα βεβαίως προειπεῖν, ἄμεινον ἡσυχάζειν ἢ προπετῶς ἀποφηνάμενον σφαλῆναι. ἐγωγ' οὖν ἐκ τῆς τοι-

eſt operoſum dicere. At hoc non dico ut quis putet nunquam tali ſpeculatione fretum falli poſſe, verum majore ex parte veritatem aſſequi, non probabili ſermone, ſed re ipſa oſtendimus. Illud autem novi certo, quosdam qui optimis invident, facere; volunt enim futurum nos ſemper praedicere, licet nullum interdum ſignum firmum habeamus, quanquam aruſpicibus auguribusque denuo augurari immolareque concedant. Deinde ſimul quidem obſtrepunt nobis tanquam majorem quam hominibus conveniat ſpeculationem appetentibus, ſimul vero in operibus tam acerbe praedictiones inquirunt ut nulli vates ita inquirant. Atqui non illos reſpicere, ſed veritatem ipſam et ſignorum facultates diligenti exercitio pernoſcere oportet, et ubi hae tuto definiri poſſunt, praedicere conator; ſi autem quid obſcurum fuerit, ſequentem diem expectare oportet. Porro ſi nihil in ipſo firmiter praeſagire poſſimus, ſatius eſt tacere quam temere pronunciantem falli. Ego ſane ex tali ſe-

Ed. Chart. VIII. [471. 472.] Ed. Baſ. III. (434.)

αὐτῆς ἀσφαλείας ὁρμώμενος οὐκ οἶδα σφαλεὶς ἐν προῤῥήσει χρόνου πολλοῦ, καίτοι κατὰ τὴν πρώτην εὐθὺς ἀρχὴν τοῦ πυρετοῦ πολλάκις ὑπὲρ ὅλης ἀπεφηνάμην αὐτοῦ τῆς φύσεως, ἢ τριταῖον εἰπὼν εἶναι τὸν εἰσβάλλοντα τοῦτον πυρετὸν, ἢ τεταρταῖον, ἢ ἀμφημερινὸν, ἢ τούτων μὲν οὐδένα, συνεχῆ δε τινα καὶ ὀξὺν, οὐκ ἂν ὑπερβάλλοντα τὴν δ' ἡμέραν. ἀλλ' ἐπὶ πάσης ἀρχῆς οὐχ οἷόν τε διαγνῶναι τὸ μέλλον, ἀλλ' εἴ τις ἂν ἀκριβῶς ἐμφανίζει τὴν τοῦ νοσήματος ἰδέαν, καὶ τοῦτο δὲ τῆς περὶ κρίσεών ἐστιν ἤδη πραγματείας.

Κεφ. ιγ'. Πάλιν οὖν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανιτέον καὶ ῥητέον ὡς εἴ τις κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ὀξέως μὲν πυρέττοι, μηδὲν δ' αὐτῷ προσείη κινδυνῶδες σημεῖον, εὑρεθείη δέ τι καὶ τοῖς οὔροις πέψεως γνώρισμα τῆς δ' ἡμέρας, οὐκ ἂν ἐξωτέρω λυθείη τὸ νόσημα. καὶ μὲν δὴ κἂν εἰ πάντα ὀλέθρια κατὰ τὴν α' ἡμέραν εὐθὺς εὑρίσκοιτο, [472] τεθνήξεται πάντως οὐκ ἐξωτέρω τῆς δ'· εἰ δέ γε πυρέττοι μὲν ὀξέως, μηδὲν δὲ αὐτῷ παρείη τῶν ὀλεθρίων, ἀλλὰ μηδέ τι τῆς πέψεως γνώρισμα, τοῦτον οὐκ ἐνδέχεται τεταρταῖον παύσασθαι.

curitate motus, haud novi me in praedictionem longo tempore erraſſe, etſi in primo ſtatim febris initio ſubinde de tota ipſius natura pronunciaverim, vel tertianam eſſe hanc invadentem febrem inquiens, vel quartanam, vel quotidianam, vel harum quidem nullam, continuam vero et acutam aliquam, quartum diem non excedentem. Verum in omni principio futurum cognoſcere non licet, niſi quis ex amuſſi morbi ſpeciem perſpectam referat, et hoc ad opus de criſi pertinet.

Cap. XIII. Iterum igitur ad inſtitutum reverſi dicamus, ſi quis primo die acuta febre infeſtetur, nullum autem periculoſum ſignum ipſi adfuerit, ſed in urinis aliqua coctionis nota inventa fuerit, non extra quartum diem morbus ſolvetur. Quinetiam ſi multa lethalia primo die ſtatim deprehendantur, morietur plane non extra quartum diem. At ſi acute febricitet, nullum vero lethale adſit, imo nec aliqua concoctionis nota, fieri non poteſt ut hic quartanus

Ed. Chart. VIII. [472.] Ed. Baſ. III. (434.)

διορίζεσθαι δεῖ πάλιν ἐνταῦθα πότερον ὥσπερ οὐδὲν ὑπάρχει γνώρισμα πέψεως αὐτῷ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ χρόνου γνώρισμα πολλοῦ, ἢ πρὸς τῷ τὰ τῆς πέψεως ἀπεῖναι σημεῖα καὶ τὰ τοῦ χρόνου πρόσεστιν. εἰ μὲν γὰρ ὥσπερ τὰ τῆς πέψεως, οὕτω καὶ τὰ τοῦ χρόνου τελέως σημεῖα ἀπείη, περὶ τὴν δευτέραν τετράδα τὴν ἀκμὴν ἀπολήψεται τὸ νόσημα· εἰ δὲ καὶ χρόνου μακροῦ σημεῖον παρείη, πάντως μὲν ὑπερπεσεῖται τὴν δευτέραν τετράδα, τουτέστι τὴν ἑβδόμην ἡμέραν. εἰς δὲ πόσον ἐκταθήσεται, τοῦτο οὐκ ἐγχωρεῖ γινώσκειν εὐθὺς κατ' ἀρχάς, ἀλλ' ἐν ταῖς ἑφεξῆς ἡμέραις διορισθήσεται. τοσοῦτον δ' ἂν ἤδη πρὸς τῷ καλῶς διαιτᾷν ἀπολαύσεις ἐκ τῆς εἰρημένης προγνώσεως, γινώσκειν ὅτι χρὴ τρέφειν ἤδη τοσοῦτον ὡς ἂν ἐξ ὑστέρου μελλούσης ἔσεσθαι τῆς ἀκμῆς. ὅκου μὲν γὰρ κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα καὶ τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι· ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ' ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾷν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν ὁπόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτερα τῶν ἐσχάτων ᾖ· δηλονότι τὰ ἔσχατα τὴν ἀκμὴν λέγει τοῦ νοσήματος,

decedat. Diſtinguendum hic rurſus eſt utrum ſicut nulla concoctionis nota adeſt ei, eodem modo neque temporis longi ulla, an praeter quod coctionis indicia deſunt, etiam temporis ſigna adſunt. Si namque ut concoctionis, ita temporis omnino ſigna abſint, in ſecundo quaternario morbus ſtatum accipiet. Quod ſi longi temporis indicium adfuerit, excedet omnino ſecundum quaternarium, hoc eſt diem ſeptimum. Caeterum quantum extendetur, hoc non licet ſtatim ab initio cognoſcere, ſed in ſequentibus diebus diſtinguetur. Tantum autem ex hac praenotione ad probam victus rationem praecipiendam acquires, quod cognoſces ſcilicet tantum alimenti morbo convenire quantum ſtatu poſt futuro. *Quum enim morbus peracutus eſt, ſtatim etiam extremos labores habet, in quo extreme tenuiſſima victus ratione utendum eſt; quum autem ſecus eſt, paulo pleniorem victum tantum admittere convenit quanto morbus extremis mitior clementiorque ſit.* Extrema ſtatum

Ed. Chart. VIII. [472.] Ed. Baf. III. (434.)

εἴ γε δὴ καὶ τὸ κάτοξυ τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχειν αὐτίκα φησὶ, τουτέστι τοὺς παροξυσμοὺς καὶ τὰ συμπτώματα, τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀκμάζειν ἐστὶ τὸ νόσημα. τὸ δὴ τοιοῦτον νόσημα τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθέως ὅτι τὴν δευτέραν ὑπερβήσεται τετράδα δηλοῦν, ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ἐπιγνοίης ἂν ἀκριβέστερον εἰς ὅσον ἂν ἐκταθήσεται χρόνου μῆκος. ἐν δὲ τῇ δ' κἂν ἐγγυτάτω στοχάσαιο τὴν μέλλουσαν ἀκμήν τε καὶ κρίσιν. εἰ μὲν γὰρ τά τε τῆς ἀπεψίας σημεῖα καὶ τὰ τοῦ χρόνου μηδὲν ἀξιόλογον ὑφιέντα φαίνοιτο καὶ τῆς τρίτης τετράδος ἐπὶ πλεῖον ἡ νόσος ἐκταθήσεται. εἰ δέ τινα σαφῆ ποιοῖτο μεταβολὴν, οὐ μὴν ἤδη γέ τι σημεῖον πέψεως ἐν τῇ πρώτῃ τετράδι φαίνοιτο, περὶ τὴν τρίτην τετράδα προσδέχεσθαι τὴν κρίσιν. εἰ δ' ἄπεπτον ἔτι δὴ φαίνοιτο κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν, οὐ μὴν ἐξαίρετόν τι καὶ μέγα χρόνου σημεῖον ἔχον, ἐλπίζειν μὲν εἰς τὴν τετάρτην τετράδα, τουτέστιν εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν ἐκταθήσεσθαι τὴν κρίσιν αὐτοῦ, διορίζεσθαι δ' ἀκριβῶς ἐπὶ τῆς ἐνδεκάτης. ὡς γὰρ ἡ

morbi appellat, ſiquidem peracutum quoque morbum extremos labores ſtatim habere dicit, hoc eſt acceſſiones et ſymptomata; id autem aliud nihil eſt quam morbum vigere. Talis ſane morbus qui ſtatim a principio ſecundum quaternarium exceſſurum ſe indicat, ſecundo et tertio die accuratius a te intelligetur, in quantam temporis prolixitatem extendetur; in quarto vel proxime conjeceris futurum ſtatum et criſim; nam ſi cruditatis ſigna et temporis nihil eſſatu dignum referunt, etiam tertio quaternario longius aegritudo extendetur. Enimvero ſi claram aliquam mutationem faciat, non tamen jam ſignum aliquod concoctionis in primo quaternario appareat, in tertio quaternario criſis expectanda eſt. At ſi crudus adhuc videatur in ſeptimo die, non inſigne quoddam et magnum temporis indicium habens, ſperandum in quartum quaternarium, hoc eſt in decimumquartum diem criſim ejus extenſum iri; definiendum vero eſt exacte in undecimo; ut enim quartus ſeptimi, ſic undecimus decimiquarti index eſt; ubi enim clarum aliquod et fidum ad amuſſim ſignum concoctionis jam eo die antea inno-

Ed. Chart. VIII. [472.] Ed. Baſ. III. (434. 435.)

δ' τὴν ἑβδόμην, οὕτω καὶ ἡ ἐνδεκάτη τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην προδηλοῖ· σαφὲς μὲν δή τι καὶ ἀκριβῶς [435] πιστὸν ἤδε προδείξασα πέψεως σημεῖον ἐν τῇ ιδ' τὴν κρίσιν ἔσεσθαί φησι· ἀμυδρὸν δ' εἰ γένοιτο, προσέχειν ἤδη τὸν νοῦν τοῖς ἄλλοις. εἰ μὲν γὰρ ὀξέως τε κινοῖτο τὸ νόσημα καὶ μηδὲν τῶν ἄλλων κωλύοι, τάχ' ἄν που καὶ ἡ ιδ' κρίνειεν· εἰ δὲ μή, περὶ τὴν ιζ' ἡ κρίσις. εἰ δ' ὅλως μηδὲν ἐπὶ τῆς ια' προδηλωθείη, τὴν μὲν ιδ' οὐκ ἐνδέχεται κρίνειν. σκοπεῖσθαι δὲ καὶ ταύτῃ τήν τε τοῦ νοσήματος ὅλου κίνησιν καὶ τὰ ἄλλα πάντα συμπτώματά τε καὶ σημεῖα, πότερον περὶ τὴν ιζ' ἢ καὶ ιη' ἐλπίζειν χρὴ κρίσιν, ἢ προσωτέρω γενέσθαι. ἐνίοτε μὲν γὰρ καὶ κατὰ ταύτας κρίνεται, τὰ πολλὰ δὲ καὶ κατὰ τὴν εἰκοστήν, ἔνια δὲ καὶ κατὰ τὴν κα'. ἐπίδηλος δ' ἀμφοῖν μὲν ἡ ιζ' καὶ μᾶλλον τῆς κ', ἡ δὲ ιη' μόνης τῆς κα'. εἰ δέ τι καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς νόσημα μὴ σφόδρα ταχέως κινούμενον, ἀλλ' οἷον ἐνδόμυχον εἰσβάλλοι, καὶ τἆλλα αὐτῷ σημεῖα προσείη μακροτέρου χρόνου, τούτου τοῦ νοσήματος οὐχ οἷόν τε κατ' ἀρχὰς προγνῶναι τὴν ἀκμήν. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἐντὸς τῆς ιδ' κριθήσε-

tuerit, in decimoquarto judicium fore ait, obſcurum ſi eveniat, aliis jam attendendum eſt. Si namque morbus celerem motum obtineat et aliorum nullum obſtet, forſan etiam decimusquartus decernet, ſin minus, in decimoſeptimo criſis erit, at ſi nihil in undecimo prorſus ante fuerit indicatum, in decimoquarto judicium eſſe nequit. Conſiderandum autem hic totius morbi motus aliaque ſymptomata omnia et indicia, utrum decimoſeptimo, vel etiam decimooctavo criſis ſperanda ſit, an longius progreſſura; interdum enim in his quoque judicatur, plerumque vigeſimo, interdum vigeſimoprimo, index autem amborum eſt decimusſeptimus et magis vigeſimi, decimusoctavus autem ſolius vigeſimiprimi. Porro ſi morbus quispiam mox ab initio non adeo celeriter moveatur, ſed velut occultus et latens invadat, et alia ſigna longioris temporis adſint, hujus ſtatum praeſagire in principiis nemini licet. Verum quod non intra decimumquartum diem criſim accipiet, liquido conſtat; quousque vero exten-

Ed. Chart. VIII. [472. 473.] Ed. Baſ. III. (435.)

ται δῆλον· εἰς ὅσον δέ γε ἐκταθήσεται μῆκος [473] οὐδέπω δῆλον, ἀλλὰ χρὴ διορίζεσθαι πρῶτον μὲν εἰ κινδυνώδες ἐστιν, ἢ ἀκίνδυνον. κινδυνώδους μὲν γὰρ ὄντος καὶ σὺν τούτῳ τῆς δυνάμεως ἀῤῥώστου, φθάσειεν ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀποθανεῖν πρὶν εἰς μακρὸν ἐκταθῆναι χρόνον· ἀκινδύνου δὲ πόῤῥω πάντως ἡ κρίσις., οὐ γὰρ ἐνδέχεται ταχέως κριθῆναι τὸ χρόνου μακροῦ προδεῖξαν γνώρισμα. πόσος οὖν χρόνος ἀκριβῶς αὐτῷ γενήσεται μὴ ὅτι κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, ἢ τὴν δευτέραν, ἢ τὴν τρίτην, ἀλλὰ μηδὲ κατὰ τὴν τετάρτην, ἐλπίζειν ἐξευρίσκειν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐν ταῖς ἑφεξῆς περιόδοις τῶν κρισίμων ἡμερῶν ἔσται δῆλον. ἐπὶ μὲν τῆς δευτέρας τετράδος ἔστι που στοχαζομένῳ πλατύτερον, ἀκριβέστερον δ' ἐπὶ τῆς τρίτης. εἰ μὲν γὰρ ἕως τῆς ζ ἡμέρας τὰ τῆς ἀπεψίας τε καὶ τοῦ χρόνου σημεῖα φαίνοιτο σφοδρότερα, πρὸ τῆς κ' οὐκ ἐνδέχεται κριθῆναι, μετριωτέρων δὲ γενομένων ἢ ἴσων διαμενόντων ἐνδέχεται. ἐὰν οὖν ὅτι πρὸ τῆς κ' οὐκ ἐνδέχεται κριθῆναι σαφῶς ἂν εἰδείης, εἰ δ', ὡς εἴρηται, σφοδρῶν τῶν γνωρισμάτων τοῦ χρόνου γενομένων, ἐπισκέπτου τὴν τρίτην τετράδα, κἂν ἔτι καὶ κατὰ ταύτην ἐπιτείνηται, τά τε τοῦ χρόνου

detur, non conſtat, ſed diſtinguere oportet prius periculoſusne ſit, an non. Si periculoſus eſt et praeterea vires aegri imbecillae, mors ante quam in longum extendatur tempus, praevertet; ſi periculo vacat, procul omnino criſis eſt, non enim fieri poteſt ut celeriter judicetur morbus qui praemonſtrarit notam longi temporis. Quantum igitur tempus ad amuſſim ei accedet, non modo non primo die aut ſecundo aut tertio, ſed ne quarto quidem invenire abſolute ſperandum, verum in decretoriorum dierum ſequentibus periodis perſpicuum fiet. In ſecundo quidem quaternario latior eſt conjectura, in tertio accuratior. Quod ſi enim ad ſeptimum usque diem cruditatis et temporis indicia vehementiora compareant, ante vigeſimum diem criſis eſſe non poteſt; ſi moderatiora eveniunt, aut permanent aequalia, poteſt. Itaque ſi ante vigeſimum diem decerni non poſſe manifeſto noveris, idque temporis notis vehementibus, inſpice tertium quaternarium, et ſi adhuc temporis cruditatisque

Ed. Chart. VIII. [473.] Ed. Baſ. III. (435.)

καὶ τὰ τῆς ἀπεψίας σημεῖα πόῤῥω που τῆς κ' ἐκταθήσεσθαι τὴν κρίσιν ἔλπιζε. μενόντων δ' ἴσων, ὅτι μὲν κἀνταῦθα μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἤδη καὶ τοῦτο λέγειν ἐγχωρεῖ, τὴν δ' ἡμέραν αὐτὴν οὐχ οἷόν τε γινώσκειν ἤδη. δηλώσει δὲ αὐτὴν ἡ τρίτη τε καὶ τετάρτη τετράς. εἰ γὰρ ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐκλύοιτο τὰ τῆς ἀπεψίας σημεῖα, τῇ μετὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα πρώτῃ τετράδι κριθήσεσθαι τὴν νόσον ἔλπιζε. μὴ πάνυ δ' ἀξιολόγου γενομένης τῆς μεταβολῆς, εἰς τὴν τετάρτην ἑβδομάδα προβήσεται. τὰ δ' ἕως τῆς ιδ' ἡμέρας ἄπεπτά τε παντάπασιν ὑπάρχοντα καὶ βραδύτερόν πως κινούμενα νοσήματα τῆς μ' οὐκ ἂν ἐγγυτέρω κριθείη. μετὰ δὲ τὴν μ' ὅτι τὰ τῶν κρίσεων ἐκλύεται καὶ μάλιστα ταῖς κατὰ βραχὺ πέψεσιν, ἢ ταῖς ἀθρόαις μεταβολαῖς τὰ νοσήματα λύεται καὶ ἡμῖν μὲν ἔμπροσθεν εἴρηται, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ πᾶσιν ὅσοις τῶν ἔργων τῆς τέχνης φροντὶς οὕτω δοκεῖ, καθάπερ οὖν καὶ Ἀρχιγένει. γίνονται μέν ποτε καὶ κατὰ ταύτας ὀξεῖαι μεταβολαὶ, ὥσπερ κἂν τοῖς ἐφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένοις ἀῤῥώστοις ἔστιν εὑρεῖν. ἡ δὲ τῆς προγνώσεως αὐτῶν μέθοδος αὕτη. καθόλου γὰρ χρὴ τὰς

ſigna in hoc intendantur, procul a vigeſimo die criſim productum iri ſpem habeto, aequalibus ſignis manentibus, hic quoque poſt vigeſimum venturam dicere licet, diem vero ipſum cognoſcere jam non eſt, tertius autem et quartus quaternarius eum indicabit. Si namque ſemper magisque cruditatis ſigna exolvantur, primo poſt tertiam ſeptimanam quaternario criſim morbi ſperato, ſi nulla inſignis mutatio fiat, in quartam hebdomadem progredietur. Qui autem morbi ad decimumquartum crudi omnino ſunt et tardius quodammodo moventur, non citius quadrageſimo judicantur. Poſt quadrageſimum vero judicia diſſolvi, et lentis concoctionibus magis quam ſubitis mutationibus morbos ſolvi, et nobis quidem prius dictum eſt et aliis omnibus quibus artis opera curae ſunt ſic videtur, ut etiam Archigeni. Accidunt quidem aliquando in his quoque praecipites mutationes, quemadmodum in aegris ab Hippocrate deſcriptis invenias, praeſagiendi autem ipſarum methodus haec eſt. In ſumma

Ed. Chart. VIII. [473.] Ed. Baſ. III. (435.)

δυνάμεις ἐπίστασθαι τῶν σημείων, ὥσπερ οὖν καὶ Ἱπποκράτης ἐκέλευεν, εἰ μέλλοι τις ἔσεσθαι προγνωστικὸς ἀκριβῶς. οἱ πολλοὶ δὲ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι γε τολμῶσιν ἅπτεσθαι τῆς τοιαύτης θεωρίας, εἰς τὸν ἀριθμὸν ἀποβλέπουσι τῶν σημείων, οὐκ εἰς τὰς δυνάμεις. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων κἀν τοῖς περὶ κρίσεων ὑπομνήμασι λέγεται. καιρὸς δ' ἂν εἴη μοι τοῦ τῆς διαφωνίας ἅπτεσθαι λόγου καὶ κρίνειν αὐτὴν πειρᾶσθαι διά τε τῆς ἐμπειρίας καὶ τοῦ λόγου. ταῦτα γὰρ δὴ καὶ δι' ἑτέρων ἐδείκνυμεν εἶναι κριτικὰ πάντων τῶν ἐν ἰατρικῇ ζητουμένων.

enim ſignorum vires cognoſcere oportet, ſicut Hippocrates etiam praecepit, ſi quis praeſagiendi peritus exacte futurus eſt. Plerique medici qui hujusmodi ſpeculationem audent attingere, ad ſignorum numerum, non poteſtates reſpiciunt. Sed haec et in opere de criſi tractantur. Tempus autem fuerit discordiae ſermonem aggredi et experientia ac ratione eum explorare, has ſiquidem alibi etiam oſtendimus omnium quae in medicina disquiruntur eſſe judices.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΙΜΩΝ ΗΜΕΡΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Chart. VIII. [474.] Ed. Baſ. III. (435.)

Κεφ. α'. Ὅσον μὲν εἰς τὰ τῆς ἰατρικῆς ἔργα χρήσιμον ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ σύμπαν εἴρηται. διὰ τί δ' οὐχ ἅπαντες ὑπὲρ ἁπασῶν ὡσαύτως ἔγραψαν, εἴρηται μὲν καὶ τοῦτ' ἔμπροσθεν. ἀλλ' ὅπῃ σφαλῆναι μέν τισιν αὐτῶν, κατορθῶσαι δ' ἑτέροις ὑπῆρξεν, οὐκέτ' εἴρηται. τοῦτο οὖν ἀναληπτέον ἐν τῷδε τῷ λόγῳ πρῶτον, ἔπειτα καὶ τὴν αἰτίαν ῥητέον δι' ἣν οὐθ' ἁπασῶν ἡμερῶν ἀριθμός ἐστι κριτικὸς οὐθ' ὅσαι κρίνειν πεφύκασιν ἴσην ἅπασαι ἔχουσι δύναμιν, ἀλλ' ἐπειδὴ πάντα τὰ κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην εὑρίσκεταί τε

GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBER II.

Cap. I. Quantum ſane ex diebus decretoriis medicinae operibus utilitatis adveniat ſuperiori commentario univerſum oſtendimus; cur autem non omnes eodem modo de omnibus ſcripſerint, dictum eſt hoc quoque antea, at quo pacto nonnulli ipſorum erraverint, alii recte ſenſerint, nondum expoſuimus. Hoc itaque primum nunc repetendum, deinde cauſa explicanda erit, ob quam neque omnium dierum numerus eſt decretorius, neque decernere nati eandem habent omnes potentiam. Porro quum univerſae medicae

Ed. Chart. VIII. [474. 475.] Ed. Baſ. III. (435.)

καὶ δοκιμάζεται, τὰ μὲν ἐμπειρίᾳ, τὰ δὲ λόγῳ, τὰ δὲ συναμφοτέρῳ, πειρατέον κἀνταῦθα δι' ἀμφοτέρων ὀργάνων ἐξελέγξαι μὲν τὸ ἡμαρτημένον, ἐπαινέσαι δὲ καὶ προσίεσθαι τὸ κατωρθωμένον. ὅτι μὲν οὖν ἡ πεῖρα τὰς εἰρημένας ἡμέρας πρεσβεύει, τοὺς μὲν ὑπ' ἐμοῦ παρατηρηθέντας ἀῤῥώστους εἰ γράψαιμι, τάχ' ἄν τῳ ψεύδεσθαι δόξαιμι, τοὺς δ' ὑφ' Ἱπποκράτους, ὃν ἀληθέστατόν γε πάντων καὶ κρίνειν ἱκανώτατον ἅπαντες εἶναι πεπιστεύκαμεν, ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ παραθέσθαι τῷ λόγῳ, καὶ πρῶτον μὲν τοῦ συγκεχυμένου τε καὶ ἀδιορίστου κατὰ τὴν πεῖραν, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνημόνευσα, πρὸς τοὺς διορισμοὺς ἀναμνήσω.

Κεφ. β'. Λέλεκται δ' ἐν αὐτοῖς πρῶτον ἓν μὲν τὸ μὴ δεῖν ἐπὶ πάντων ἑξῆς τῶν ἀῤῥώστων τὴν ἐξέτασιν τῶν κρισίμων ἡμερῶν ποιεῖσθαι, μόνους δ' ἐκλέγειν ἐκείνους καὶ ἀναλαμβάνειν εἰς τὴν βάσανον, ἐφ' ὧν μήτ' αὐτὸς ὁ ἰατρὸς ἥμαρτέ τι μήθ' ὁ κάμνων, ἀλλὰ μήθ' οἱ παραμένοντες, ἢ καί τι τῶν ἔξωθεν ἀπήντησε βλαβερόν. ἔπειτα δὲ καὶ τὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νοσημάτων οὐκ ἐκ λόγου τινὸς, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς ἐναργείας

artis ſpeculationes aliae experientia, aliae ratione, aliae utroque inveniantur probenturque, conabimur hic quoque ambobus inſtrumentis erratum deprehendere, recte ſcriptum laudare approbareque. At quoniam mentiri forte cuipiam videar, ſi ex aegris a me obſervatis praedictos dies ab experientia commendari tibi perſuadere coner, ſatius eſſe duco illos quos Hippocrates, vir ut caeteris fide dignior, ita omnium conſenſu decernendi peritiſſimus, animadvertit, ſermoni apponere, et primum quidem confuſionem ac indefinitum experimento, cujus et ante memini, ad definita reducam.

Cap. II. Dictum eſt in ipſis primum unum certe, dierum puta decretoriorum inquiſitionem in omnibus deinceps aegrotis fieri non eſſe neceſſarium, illos tantum numerandos probandosque in quibus nec ipſe medicus nec aeger quid peccaverit, imo nec aſſiſtentes, aut etiam extrinſecus offenſa quaepiam obvenerit, deinde morborum initia non ratione quapiam, ſed ex ipſa evidentia capienda, quum pri-

Ed. Chart. VIII. [476.] Ed. Baſ. III. (435. 436.)

λαμβάνειν, ὁπότε πρῶτον ὁ κάμνων αὐτὸς ᾔσθετο σαφῶς, οὕτως εἰσβάλλοντος αὐτῷ τοῦ νοσήματος ἃς κοινώσασθαι βούλεσθαί τινι τῶν παρόντων ἰατρῶν, καὶ τρίτον, ἐπειδὰν εἰς πλείονας ἡμέρας ἐφεξῆς ἀλλήλων οὔσας ἡ κρίσις μερισθῇ, τίνος ἐστὶν οἰκεία δύνασθαι διαγινώσκειν. εἰ μὴ γὰρ διορισάμενός τις ὑπὲρ τούτων ἐπὶ τῇ πείρᾳ τὰς κρισίμους ἡμέρας ἐξετάζειν ἀφίκοιτο, πάμπολυ σφαλήσεται. τὸ μὲν δὴ κατὰ τὴν πεῖραν αὐτὴν τοιόνδε τί ἐστι. τὸ δὲ κατὰ τὸν λόγον, ὡς χρὴ κρίνεσθαι τὴν πεῖραν, ἐφεξῆς δίειμι. φυσικὸν εἶναι χρὴ τὸν ταῦτα κρινοῦντα καὶ πεπεισμένον ἀκριβῶς ὅτι φύσις ἐξαρκεῖ παντάπασιν καὶ ὡς προνοεῖται τοῦ σώματος ἡμῶν ἄκραν τινὰ πρόνοιαν, ὅτι τε ταῖς οἰκείαις κινήσεσιν, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, τεταγμέναις οὕτως καὶ ἡ φύσις χρῆται. τούτων δὲ τὰ μὲν ἐκ τῶν περὶ χρείας μορίων ἔνεστι συλλογίσασθαι. δέδεικται γὰρ ἀκρι(436)βῶς ἄκρα τις ἐν τῇ διαπλάσει τοῦ ζώου τέχνη τῆς φύσεως, τὰ δ' ἐν ταῖς τῶν κυημάτων αὐξήσεσίν τε καὶ τελειώσεσι καὶ ἀποκυήσεσι. καθ' ἕκαστον γὰρ ζῶον ἡ τοῦ γένους οἰκεία προθεσμία τοῖς κυουμένοις ἅπασιν ἀκριβῶς φυλάττεται,

mum aeger ipſe manifeſto ſenſit morbum ſic eum invadentem ut praeſentem quempiam medicum de hoc conſulere deſiderarit; tertium quum in plures ſe ordine conſequentes dies criſis partita ſit, cujus propria dicatur, poſſe dignoſcere. Niſi enim quispiam his definitis experimento decretorios dies disquiſiverit, vehementer errabit, et quidem in experientia ipſa judicium tale eſt, ratione vero quemadmodum judicari experientiam convenit, poſt haec enarrabo. Phyſicum eſſe convenit qui haec judicet, et perſuaſum habere, naturam prorſus ſufficere et ſumma quadam providentia corpori noſtro proſpicere, item propriis etiam motibus ordinatis, ſi quid aliud, et ipſam uti. Horum quaedam ex libris de partium uſu ratiocinari licet, oſtenſum enim eſt ibidem ſummum naturae in animali fingendo artificium, quaedam in conceptuum incremento, perfectione et partu. Nam cujusque animantis conceptui ſuum generis ſtatutum tempus exacte ſervatur, natura videlicet ordinatos motus ſemper ha-

Ed. Chart. VIII. [475.] Ed. Baſ. III. (436.)

τεταγμένας δηλονότι τῆς φύσεως ἀεὶ τὰς κινήσεις ἐχούσης. οὕτω δὲ καὶ ἡ μετὰ τὴν ἀποκύησιν αὔξησις ἑκάστου ζώου γίνεται. ἡ τελείωσις δὲ καὶ ἡ παρακμὴ ἐν χρόνοις ὡρισμένοις γίνεται. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅστις τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ὡμίλησε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὅσα κατὰ μέρος ἡμῖν ὑπὲρ ἑκάστης γέγραπται τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν, οἶμαι πεπεῖσθαι τοῦτον εἰς ὅσον ἤκουσι προνοίας τε ἅμα καὶ τάξεως αἱ τῆς φύσεως κινήσεις. εἰ δή τις ὑπὸ τούτων πέπεισται καὶ θαυμάζει τὴν τέχνην θ' ἅμα καὶ τὴν τάξιν τῆς φύσεως, ἀναμνησθεὶς αὖθις ὅσον ἀπολείπεται καὶ προνοίᾳ καὶ τάξει τῶν κατ' οὐρανὸν, ἀταξίαν τινὰ, οἶμαι, δώσει σύμφυτον τῇ τῆς ἐνταῦθα οὐσίας κινήσει. καὶ τὸ μὲν καλὸν ἅπαν, ὅσον ἂν ᾖ καλὸν ἐνταῦθα, καὶ μέντοι καὶ τὸ τεταγμένον τε καὶ τεχνικὸν ἄνωθεν ἐγγίνεσθαι φήσει, τὸ δ' ἄτακτόν τε καὶ πεπλανημένον ἐκ τῆς ἐνταῦθα ὕλης ὁρμᾶσθαι. καὶ ταῦθ' Ἱπποκράτης πρῶτος ἁπάντων ὧν ἴσμεν ἐπείσθη Ἑλλήνων, μετ' αὐτὸν δὲ ἅπαντες οἱ ἄριστοι τῶν φιλοσόφων. εἰ δὲ μὴ μακρὸς ἔμελλεν ὁ λόγος ἔσεσθαι, τάχ' ἂν ὧν λέγουσιν ἀποδείξεων εἰς

bente. Sic enim poſt partum unumquodque animans ineresſcit, abſolvitur et declinat praefinitis temporibus. Jam vero qui libros de naturalibus facultatibus perlegerit, item alios univerſos, quos particulatim de ſingulis naturalibus actionibus conſcripſimus, perſuaſum, opinor, habebit, quantum providentiae ſimul et ordinationis naturae motus habeant. Si jam haec crediderit, miretur-que artificium pariter et ordinem naturae, recordatus iterum quantum ipſa ſuperetur providentia et ordine a caeleſtibus, inordinationem quandam, puto, ſubſtantiae noſtrae motui connatam tribuet. Atque pulchrum omne quod hic pulchrum ſit, atque etiam ordinatum et artificioſum, ex ſupernis innaſci dicet, inordinatum et erraticum ex materia, quae hic verſatur, provenire. Atque haec primus omnium quorum memoria ad nos pervenit Graecorum Hippocrates credidit, poſt eum philoſophorum praecipui. At niſi ſermo in longum proveheretur, demonſtrationes forſan, quas di-

Ed. Chart. VIII. [475. 476.] Ed. Baſ. III. (436.)

πίστιν τῶν εἰρημένων δογμάτων ἐμνημόνευσα. ἀλλὰ γὰρ ἀρκεῖ τῷ παρόντι λόγῳ καὶ ταῦτα. χρὴ τοίνυν τὸν ἰατρὸν ὅστις ἂν ἄξιος ἔσεσθαι μέλλῃ τῆς Ἱπποκράτους τέχνης, εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο πεπεισμένον ἥκειν ἐπὶ τὸ κρίνειν τὴν πεῖραν, ὡς τεταγμένον τι χρῆμά ἐστιν ἡ φύσις, κἀπειδὰν κρατῇ τῆς ὕλης, ἀναλογίαις τισὶν ὡρισμέναις καὶ περιόδοις τεταγμέναις αἱ κινήσεις αὐτῆς γίνονται. τὰ δ' ἀλόγως παρεμπίπτοντά ποτε καὶ συγχέοντα τὴν τάξιν, ἐπειδὰν μὴ πάντῃ κρατῇ τῆς ὕλης, ἀλλ' ἐμποδίζοιτό ποτε καὶ κωλύοιτο τοῖς ἑαυτῆς λόγοις κινεῖσθαι, τόθ' αὐτῇ συμπίπτει. τοῦτο γὰρ εἴπερ εἴη πεπεισμένος, ἔπειτα ἐκ τῆς ἐμπειρίας ἐπιμάθοι τό τε τῆς ζ' ἡμέρας ἐν ταῖς κρίσεσιν ἀσφαλές θ' ἅμα [476] καὶ τέλειον καὶ ἀκίνδυνον καὶ εὔσημον καὶ πολὺ τότε τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ταύτῃ παραπλήσιον, ἐπιμάθοι δὲ καὶ ὡς ἡ μὲν τετάρτη τῆς ἑβδόμης ἐστὶν ἐπίδηλος, ἡ δὲ ἑνδεκάτη τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, εὐθὺς αὐτοῦ παραστήσεται σκοπεῖσθαί τι περὶ τῆς ἑβδόμης. ὅπου γὰρ καὶ τῆς πρώτης ἑβδομάδος διχῇ διαιρεθείσης ἡ τετάρτη δεξαμένη τὴν τομὴν ὁποῖόν τι τὸ τέλος ἔσται προδηλοῖ καὶ τῆς δευτέ-

cunt, ad finem praedictorum dogmatum adduxiſſem. Verum haec praeſenti ſermoni ſufficiunt. Expedit igitur medicum, qui Hippocratis arte dignus futurus eſt, ſi quid aliud, hoc certe perſuaſum habere, experientiam judicare, naturam rem quandam eſſe ordinatam, et quum materiam ſuperaverit, proportionibus quibusdam definitis et periodis ordinatis motiones ipſius fieri. At quae praeter rationem incidunt aliquando ordinemque confundunt, tunc ipſi obveniunt, quum non plane materiam vicerit, ſed impeditur prohibeturque ſuis proportionibus moveri. Hoc enim ſi tibi perſuaſeris ac dein experientia perdidiceris ſeptimo die criſim eſſe tutam ſimul et perfectam, ſine periculo, cum bonis ſignis et crebram, ad haec ei quae decimoquarto evenit, aſſimilem, inſuper quartum diem ſeptimi eſſe indicem, undecimum vero decimiquarti, ſubibit ſtatim de ſeptimo conſiderare quippiam. Ubi enim prima hebdomade bifariam diviſa quartus ſectionem recipiens, qualis finis futurus erit,

Ed. Chart. VIII. [476.] Ed. Baſ. III. (436.)

ρας ὡσαύτως, πῶς οὐκ ἂν τις εἰς ἔννοιαν ἀφίκοιτο τοῦ τελείαν μέν τινα εἶναι περίοδον ἑκάστην τῶν ἑβδομάδων, ἐπειδὴ τὸ μέσον ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἴσον ἀφέστηκε; καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν πρὸς ἄμφω κοινωνίαν ὁμοίαν ἔχει, τὴν μὲν τετάρτην ὁπόσα διὰ τῆς πρώτης ἡμέρας οὐκ ἐπαύσατο πειρᾶσθαι λύειν αὐτήν· τὴν ια΄ δ᾽ αὖ πάλιν ὁπόσα διὰ τῆς ζ΄. εἰ δ᾽ εἴη μεῖζον ἢ ὥστε μὴ διὰ τῆς τετάρτης ἡμέρας κριθῆναι τὸ νόσημα, προεργάζεσθαι μὲν ταύτην, τὸ τέλος δὲ ἐπιτιθέναι τὴν ἑβδόμην. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἑβδόμην οὐκ ἐπαύσατο, τὴν ια΄ αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν, καὶ οὕτως ἢ αὐτὴν κρίνειν, ἢ προεργάζεσθαι τῇ ιδ΄ καὶ κατ᾽ αὐτὴν εὐθὺς εἰς τὴν θεωρίαν ἵστασθαι. καὶ τὸ μὲν εἴτ᾽ αὐτοὶ πεφύκασιν οἱ ἀριθμοὶ δρᾷν, εἴτε ἔπονται τεταγμέναις κινήσεσιν οὐκ αὐτοὶ δρῶντες, ἀλλὰ ταῖς ἐν χρόνῳ τινὶ δρώσαις οὐσίαις ἑπόμενοι, τοῖς φιλοσόφοις σκοπεῖσθαι παρίημι· τὸ δ᾽ ἀμφοτέροις ὁμολογούμενον κοινῇ λαβών τις, τὸ φαίνεσθαι τάς τε κατ᾽ οὐρανὸν οὐσίας ἀεὶ ταῖς οἰκείαις ἀναλογίαις τῆς κινήσεως κεχρημένας, ἤδη δὲ καὶ ἐν

praenunciat, et ſecunda ſimiliter, quomodo non quis intelliget ſeptimanam quamque perfectam quandam eſſe periodum, quum medium ab utroque extremo ex aequo diſtet et propterea quoque ad ambo conjunctionem ſimilem obtineat? Nam quartus morbos, qui primo die non ceſſarunt, ſolvere conatur, undecimus rurſum quos ſeptimus non diſcuſſit. Quod ſi morbus major ſit quam ut quarto die criſim accipiat, dies quidem quartus praeparat, finem vero imponit ſeptimus. Pari modo qui ſeptimo non deſierunt, undecimus dies ſolvere molitur, atque ſic vel ipſe decernit, vel ipſi decimoquarto praeparet. Ego quidem hic in ſpeculatione ſiſto. Numeri vero an ipſi agere nati ſint, an ordinatos motus ſequantur non agentes ipſi, verum ſubſtantias quae in temporis quodam ſpacio agunt comitantes, philoſophis conſiderandum relinquo. Quum ergo id quis ceperit, quod utrisque communiter in confeſſo eſt, videlicet caeleſtes ſubſtantias ſemper ſuis motus proportionibus uſas apparere,

Ed. Chart. VIII. [476.] Ed. Baſ. III. (436.)

τοῖς ἐπιγείοις ζώοις, ἐπειδὰν ἀκριβῶς ὑγιαίνωσιν, ἄλλην ἄλλῳ καὶ κυήσεως εἶναι καὶ ἀποκυήσεως καὶ αὐξήσεως καὶ τελειώσεως καὶ ἀκμῆς καὶ παρακμῆς καὶ διαλύσεως ἀναλογίαν ἀριθμοῦ, πιστεύσειε δήπου καὶ τὰς κρινούσας ἡμέρας ἀριθμόν τέ τινα τεταγμένον ἔχειν, συγχεῖσθαί τε τοῦτον ὅτε κατὰ τὰς νόσους ὑπὸ τῶν παρὰ φύσιν διαθέσεων. εἰ δή τις, ὡς καὶ πρόσθεν ἔφην, ἐπὶ τὴν πεῖραν ἀφίκοιτο, πάμπολυ μὲν τὰς ἑβδομάδας εὑρήσει δυναμένας, ἐφεξῆς δ' αὐταῖς τὰς τετράδας. ἐπισκέψεται δὲ περὶ τῶν παρεμπιπτουσῶν ἡμερῶν, οἷον τρίτης, ε', στ', θ', ἐκ τίνος ποτὲ λόγου τὸ κρίνειν ἐσχήκασιν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιζητήσεται καὶ διερευνήσεται περὶ τῆς ἑπτακαιδεκάτης καὶ ὀκτωκαιδεκάτης καὶ εἰκοστῆς καὶ εἰκοστῆς πρώτης ἁπασῶν τε τῶν ταύταις ἀνάλογον ἑπομένων. εἰ μὲν γὰρ εἰς τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν αἱ τρεῖς ἑβδομάδες τελευτῶσιν, ὡς Ἱπποκράτης οἴεται, χρὴ δήπου τὴν μὲν ἑπτακαιδεκάτην ἐπίδηλον εἶναι τῆς εἰκοστῆς, ἐκπίπτειν δὲ τοῦ πρώτου λόγου τῶν κρισίμων ἡμερῶν τὴν ὀκτωκαιδεκάτην τε καὶ εἰκοστὴν πρώτην. εἰ δ' ὁλοκλήρους χρὴ συναριθμεῖσθαι τὰς ἑβδομάδας, ἐπίδηλος

jam vero et in terrenis animantibus, quando exacta fruuntur valetudine, aliud aliam impraegnationis, partus, incrementi, perfectionis, vigoris, inclinationis et diſſolutionis numeri proportionem poſſidere, crediderit nimirum et decretorios dies numerum quendam ordinatum habere, interdum hunc in morbis ex diſpoſitionibus naturae contrariis confundi. Nam ſi, ut ante dixi, ad experientiam devenerit, ſeptimanas nimis quam potentes inveniet, proxime his quaternarios, inſpiciet autem dies intercalarios, tertium puta, quintum, ſextum, nonum, qua ratione fiat ut decernere poſſint. Ad haec magis inquiret inveſtigabitque diem ſeptimumdecimum, decimumoctavum, vigeſimum, vigeſimumprimum, omnesque deinceps his reſpondentes. Si etenim in vigeſimum diem tres ſeptimanae finiunt, ut Hippocrates arbitratur, oportet certe decimum ſeptimum vigeſimi eſſe indicem, excidere autem e primo dierum decretoriorum ordine decimumoctavum et vigeſimumprimum. Porro ſi integrae hebdomades connumerandae ſunt, decimus-

Ed. Chart. VIII. [476. 477.] Ed. Baſ. III. (436.)

μὲν ἡ ὀκτωκαιδεκάτη τῆς εἰκοστῆς πρώτης γενήσεται, λόγον δ' οὐδένα κρίσιμον ἔξουσιν ἢ θ' ἑπτακαιδεκάτη καὶ κ'.

Κεφ. γ'. Πρῶτον οὖν ὅπως ἡ πεῖρα περὶ τούτων ἀποφαίνεται διέλθωμεν, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὸν λογον μεταβῶμεν. ἔστω δὲ ἡ τῆς πείρας ἀνάμνησις ἐξ ὧν Ἱπποκράτης ἔγραψεν, ἀρξαμένοις ἡμῖν ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν ἐπιδημιῶν. ἐν μὲν οὖν τῇ δευτέρᾳ καταστάσει τάδε γράφων· οἱ μὲν οὖν καῦσοι ἐλαχίστοισί τε ἐγένοντο καὶ ἥκιστα τῶν καμνόντων οὗτοι ἐπόνησαν. οὔτε γὰρ αἱμορῤῥαγία ἐὶ μὴ πάνυ σμικρὰ καὶ ὀλίγοισιν, οὔτε παράληροι, τά τ' ἄλλα πάντα εὐφόρως. ἐκρίνετο δὲ τούτοισι πάνυ εὐτάκτως, τοῖσι πλεί[477]στοισι σὺν τοῖσι διαλείπουσιν ἐν ἑπτακαίδεκα ἡμέρῃσιν. εἶτα ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς τρίτης καταστάσεως ἐπιμελέστερον ἔτι περὶ τῶν κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην κριθέντων γράφει τόνδε τὸν τρόπον· τὰ δὲ περὶ τὰς κρίσιας, ἐξ ὧν γινώσκομεν εἰ ὅμοια ἢ ἀνόμοια· οἷον οἱ δύο ἀδελφοὶ ἤρξαντο ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην· κατέκειντο παρὰ τὸ θέατρον Ἐπιγένεος ἀδελφοὶ, τουτέων τῷ πρεσβυτέρῳ ἔκρινεν ἑκταίῳ, τῷ δὲ νεωτέρῳ ἑβδομαίῳ, ὑπέστρεψεν

octavus vigeſimiprimi index erit, rationem vero nullam decretoriam habebunt decimuſeptimus et vigeſimus dies.

Cap. III. Primum itaque quo modo experientia hos commendet, percenſeamus, deinde ſic ad rationem veniamus. Caeterum experientiae mentionem ab Hippocratis ſententia ſumemus, auſpicati a primo libro de morbis vulgaribus. Scripſit itaque de morbis, qui ex ſecunda aëris mutatione provenerunt, hunc in modum: *Febre ardentes pauciſſimae ortae ſunt, minimeque his obnoxii laborarunt; neque enim ſanguinis profluvium, niſi exiguum adeo, idque paucis accidit, neque deliria, reliqua omnia facile tulerunt.* Criſis convenienti admodum ordine plurimis his contingit decimoſeptimo die cum remittentibus. Dein ad finem tertiae conſtitutionis exquiſitius adhuc de iis qui decimoſeptimo die judicati ſunt ita pronunciat: *Quae circa judicia unde cognoſcimus, ſimilia aut diſſimilia ſunt. Quippe fratres duo Epigenis eadem ſimul hora febricitare inceperunt, decubuerunt juxta theatrum. Natu majoris*

Ed. Chart. VIII. [477.] Ed. Baſ. III. (436.)

ἀμφοτέροις ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥραν. διέλιπεν ἡμέρας ε', ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἐκρίθη ἀμφοτέροισιν ὁμοῦ τὸ σύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισιν. ἀλλ' οὔπω τοῦτο ἴσως ἀξιόπιστον, εἰς τὸ κρίσιμον ἀποφήνασθαι τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἡμέραν, εἰ δύο τινὲς ἐκρίθησαν ἐν αὐτῇ. προσέχωμεν οὖν τὸν νοῦν τοῖς ἐφεξῆς λεγομένοις. ἔκρινε δὲ τοῖς πλείστοισι πέμπτῃ, διέλιπεν ἑβδόμῃ, ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφῶν ἔκρινε πεμπταίοισιν. ἤδη τοῦτο ἀξιόλογον, εἰ καὶ κατὰ τὴν δευτέραν κατάστασιν ἑπτακαιδεκαταίοις οἶδε κριθέντας πολλούς. καὶ κατὰ τὴν τρίτην οὐ μόνον τοὺς δύο ἀδελφοὺς, ἀλλὰ καὶ παμπόλλους ἄλλους, οὓς ἑκταίους μέν φησι κριθῆναι τὸ πρῶτον, ἔπειτα ἐξ διαλιπόντας, αὖθις πεμπταίους, ὅπερ ἐστὶν ἑπτακαιδεκαταίους ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ἀλλὰ καὶ τούτοις ἐπιφέρων ἐρεῖ· οἷσι δ' ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἑπτά· ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε τριταίους, τουτέστι καὶ τούτους τὸ σύμπαν ἑπτακαιδεκαταίους. εἶτ' ἐφεξῆς πάλιν, οἷσι δὲ πεμπταίοισι διέλιπεν ἑπτά. ἐλάμβανε δὲ

morbus ſexto, junioris ſeptimo die judicatus eſt, eadem utrisque hora ſimul reverſus eſt. Remiſit dies quinque, atque ex recidiva utrique morbus decimoſeptimo ſimul omnino judicatus eſt. At hoc nondum fidei ſatis forſan habet, quo decimumſeptimum diem ordini decretorio numerendum eſſe credamus, quod duos judicaverit. Adhibeamus igitur animum iis quae deinceps dicuntur: *Plurimis quinto die judicium de morbo evenit. Septimo intermiſit. A recidiva quinto die criſis ſubſequuta eſt.* Hoc jam memoratu dignum eſt, ſi et in ſecunda aëris conſtitutione ſeptimodecimo novit permultos ad judicium perveniſſe. Item in tertia non ſolum fratres duos, verum etiam alios complures ſexto die criſim ſuſtinuiſſe primum ait, deinde febrem eis ſex diebus remiſiſſe poſtea, criſim acceſſiſſe die quinto, hoc eſt decimoſeptimo a morbi exordio. Sed his ſubjungit: *Quibus ſeptimo die criſis advenit, ſeptem quoque diebus remiſſiones habuerunt, poſt recidivam tertio judicati ſunt, hoc eſt hi quoque in univerſum decimoſeptimo.* Poſt haec rurſus: *Quibus judicium quinto die obvenit et febris ſeptem diebus remiſit, deinde reverſa triduum eos exercuit,*

Ed. Chart. VIII. [477.] Ed. Baſ. III. (436. 437.)

τρεῖς, διέλιπε μίαν, ἐπελάμβανε μίαν, ἔκρινε δηλονότι καὶ τούτοις τὸ σύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισι. καὶ μὲν δὴ καὶ ἄλλους τινὰς ἑκταίους μὲν κριθῆναί φησι, διέλιπε δὲ ἕξ· ἐλάμβανέ φησι γ', εἶτα διέλιπε α', καὶ α' ἐλάμβανε τὴν ἑπτακαιδεκάτην αὐτὴν δηλονότι καθ' (437) ἣν περ καὶ ἔκρινεν. ἄλλους δέ τινας ἑκταίους μὲν κριθῆναί φησι, διαλείπειν δ' ἑπτά. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινέ, φησι, τεταρταίοις, τουτέστι τὸ σύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοις. οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ τῷ λόγῳ τοῦτῳ παντὶ, καίτοι μεγάλως ἐνδείκνυσθαι δυναμένῳ τῆς ἑπτακαιδεκάτης ἡμέρας τὸ πρὸς τὴν κρίσιν ἰσχυρὸν, ἐπήνεγκεν· οὐδὲ τῶν διανοσησάντων οὐδενὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου οἶδα ὑποστροφὴν γενομένην πάλιν. ὥστ' οὐ μόνον κρίνειν πολλάκις πέφυκεν ἡ ἑπτακαιδεκάτη, ἀλλὰ καὶ βεβαίως. οὔκουν τῶν παρεμπιπτουσῶν ἐστι κρισίμων, ἀλλὰ τῶν ἰσχυρῶν τε καὶ πρώτων. καὶ μὴν εἴπερ ἐξ ἐκείνων ἐστὶν, εὔλογόν τε αὐτὴν ἀναλογίαν τινὰ πρὸς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἀποσώζειν. εἰ μὲν οὖν συνημμένην τὴν τετράδα διανοήσαιμεν καὶ σωζομένην, ὡς ἄρχεσθαι μὲν ἐν τῇ

rurſus die uno remiſit, altero rediit, et his decimoſeptimo die de morbo judicium contigit. Quinetiam alios quosdam ſexto die criſim paſſos ſcribit, ſex item diebus morbum remiſiſſe, dein reverſum tribus diebus occupaſſe, poſtea remiſiſſe rurſus die uno, altero ipſius recidivam accidiſſe, id eſt decimoſeptimo, in quo judicium factum fuit. Verum alios quosdam ſexto die judicatos eſſe commemorat, ſeptem diebus morbum ceſſaſſe, poſt haec repetiiſſe, et quarto die, hoc eſt in ſumma decimoſeptimo, criſi fuiſſe diſcuſſum. Caeterum non contentus toto hoc ſermone Hippocrates, etſi eo ipſo poſſet magnopere oſtendere decimiſeptimi diei vim in judicando validam, intulit: *Nulli aegroto hac ratione recidivam eſſe factam cognovi.* Quare non ſolum frequenter decernere decimuſeptimus, ſed etiam firmiter idoneus eſt. Non igitur eſt ex decretoriis coincidentibus, ſed validis et primis. Atqui ſi ex illis eſt, proportionem quandam ad decimumquartum ſervare rationi eſt conſentaneum. Si itaque conjunctum quaternarium cogitaveris et conſervatum, ut in decimoquarto incipiat, in decimumſeptimum deſinat

Ed. Chart. VIII. [477. 478.] Ed. Baf. III. (437.)

τεσσαρεσκαιδεκάτη, τελευτᾷν δὲ εἰς τὴν ἑπτακαιδεκάτην, ἔχοιμεν ἂν οὕτω σωζομένην τὴν περίοδον· εἰ δὲ διαζεύξαιμεν, ὡς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν τέλος εἶναι τῆς δευτέρας ἑβδομάδος, ἄρχεσθαι δὲ ἀπὸ τῆς πεντεκαιδεκάτης τὴν τρίτην, οὐκ εἰς τὴν ἑπτακαιδεκάτην οὕτως, ἀλλ' εἰς τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡ πρώτη τῆς τρίτης ἑβδομάδος ἀφίξεται τετράς. ἀλλ' εἴπερ τοῦτ' ἀληθές, εἰς τὴν εἰκοστὴν πρώτην ἀναγκαῖον ἔσται τὴν τρίτην ἑβδομάδα τελευτᾷν, ὥσπερ γε εἰ καὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ὑποθοίμεθα πέρας εἶναι τῆς πρώτης κατὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα τετράδος, εἰς τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν ἀφίξεται τὸ πέρας ταύτης τῆς ἑβδομάδος. εὔλογον οὖν ἐνόμισεν ὁ Ἱπποκράτης, ὥσπερ τὴν ιζ' ἡμέραν ἐβασάνισε διὰ τῆς πείρας, οὕτω καὶ τὴν κ' βασανίσαι διὰ τῆς πείρας. [478] κρίσιμος μὲν γὰρ εὑρεθεῖσα μέγιστον ἐμελλεν ἔσεσθαι τῆς ἑπτακαιδεκάτης μαρτύριον· ἐκπεσοῦσα δὲ τῶν κρισίμων ἡμερῶν, ἢ ὅλως τῆς εἰκοστῆς πρώτης ἐλαττωθεῖσα, ζήτημα κινήσειεν οὐ σμικρόν. εὔλογον γὰρ εἶναι δόξει τὴν μὲν ἑπτακαιδεκάτην ἰσχυροτέραν ὑπάρχειν τῆς ὀκτωκαιδεκάτης, τὴν δ' εἰκοστὴν ἀσθενεστέραν τῆς εἰκοστῆς πρώτης· διὰ τοῦτ' οὖν ἐφεξῆς τοῖς περὶ τὴν ἑπτακαιδε-

habuerimus ſic conſervatam periodum. Si porro disjunxerimus, ut decimusquartus ſecundae hebdomadis finis ſit, incipiat autem a decimoquinto tertia, non ad decimumſeptimum ſic, verum ad decimumoctavum primus tertiae hebdomadis quaternarius perveniet. Atqui ſi hoc verum eſt, tertia ſeptimana in vigeſimumprimum neceſſario finiet, quemadmodum, ſi etiam decimum ſeptimum ſtatuerimus primi in tertia ſeptimana quaternarii finem eſſe, ad vigeſimum diem hujus ſeptimanae finis producetur. Merito igitur Hippocrates putavit, ſicut decimumſeptimum experientia inveſtigavit, ita et vigeſimum experientia explorandum. Quum enim decretorius inventus ſit, maximum decimiſeptimi diei teſtimonium erit, ubi ex decretoriorum dierum numero deciderit, vel plane a vigeſimoprimo ſuperetur, quaeſtionem non exiguam movebit. Rationi ſiquidem minime conſonum eſſe videtur xvii quidem ſortiorem decimooctavo, vigeſimum vero imbecilliorem vigeſimoprimo eſſe. Quapropter

Ed. Chart. VIII. [478.] Ed. Baſ. III. (437.)

κάτην γεγραμμένοις ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ὑπὲρ τῆς εἰκοστῆς ὡδί πως γράφει· οἷσι δὲ περὶ τὰ ὦτα ἐγένετο, ἔκρινε μὲν εἰκοσταίοισι, κατέσβη δὲ πᾶσι καὶ οὐκ ἐξεπύησεν, ἀλλ' ἐπὶ κύστιν ἐτράπετο· καὶ τοῦτο μὲν ἱκανόν. ἀλλ' ἐφεξῆς πάλιν ἐρεῖ· οἷσι δ' ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἐννέα, ὑπέστρεψεν, ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς τεταρταίοισι, δηλονότι τὸ σύμπαν εἰκοσταίοισι. εἶτ' ἐφεξῆς πάλιν· οἷσι δ' ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἕξ, εἶθ' ὑπέστρεφε, φησὶ, κἄπειθ' ἑβδομαίοις ἔκρινεν. ὅπερ ἐστὶν εἰκοσταίοισι τὸ σύμπαν, εἶτα βραχὺ προελθών ἔστι δὲ οἷσιν ἔκρινεν ἐνδεκαταίοισι, φησὶ, ὑποστροφὴ τεσσαρεσκαιδεκαταίοισιν, ἔκρινε τελέως εἰκοσταίοισι. εἶτ' ἐφεξῆς συνάπτων· εἰ δέ τινες, φησὶ, ἐπερρίγουν περὶ τὴν εἰκοστὴν, τουτέοισιν ἔκρινε τεσσαρακοσταίοισιν.

Κεφ. δ'. Ὁρᾷς σύ μοι πάλιν ἐνταῦθα τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ἀνδρός· οἶδεν ὅτι τῶν ἰσχυρῶν κρισίμων, τουτέστι τῶν κατὰ τετράδας τε καὶ ἑβδομάδας αὐξανομένων, ἄν τέ τις τὴν ἑπτακαιδεκάτην θῇ καὶ τὴν εἰκοστὴν, ἀναγκασθήσεται θέσθαι

poſt illa quae de xvii in primo libro epidemiωn ſcripſit, de xx hunc in modum ait: *Quibus parotides ortae ſunt xx die, criſim habuerunt. Extinctae autem ſunt omnibus ac in pus verſae non ſunt, verum ad veſicam declinaverunt.* Atque de hoc ſatis. Iterum deinde ait: *Quibusdam ſeptimus dies judicium attulit, novem diebus remiſſiones fuerunt, poſt recidivam quarto die criſis advenit, in univerſum videlicet xx.* Ad hos deinceps addit nonnullos, *quibus vii die criſis apparuit, ſex diebus remiſſiones, mox recidiva, deinde ſeptimo judicium, ſummatim xx.* Poſtea paululum progreſſus: *Sunt*, ait, *qui xi die criſim abſolute xx.* His deinde ſubnectit: *Si vero*, inquit, *nonnulli ſuperrigueruntcirca vigeſimum, his judicium quadrageſimo contingit.*

Cap. IV. Vides hic, arbitror, rurſus viri diligentiam. Novit enim quod ſi quis validis decretoriis, hoc eſt qui in quaternariis et ſeptimanis augentur, xvii adſcribat, cogetur ſtatim xx et quadrageſimum attribuere, quemadmodum et

Ed. Chart. VIII. [478.] Ed. Baſ. III. (437.)

καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν, καὶ ὥσπερ τὴν εἰκοστὴν τετάρτην καὶ τὴν τριακοστὴν πρώτην, ἄν τε τὴν εἰκοστὴν, εὐθὺς δηλονότι καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἑπτακαιδεκάτην τε καὶ τὴν τεσσαρακοστήν. καὶ μὲν δὴ καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν εἴ τις ἐν ταῖς ἰσχυρῶς κρινούσαις τιθεῖτο, δῆλον ὡς καὶ τούτῳ τὴν ἑπτακαιδεκάτην καὶ τὴν εἰκοστὴν ἀναγκαῖον ἔσται προϋποθέσθαι. μέχρι μὲν γὰρ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης οὐδεμία διαφωνία τὸ δὲ ἀπὸ τῆσδε συγκέχυται πᾶν, οὐ πάνυ τι τῇ πείρᾳ προσχόντων τὸν νοῦν ἐνίων, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μόνῳ, ὡς ὁλοκλήρους ἑβδομάδας οἴεσθαι δεῖν ἐπιπλέκειν, εἶθ' οὕτω τὴν πρώτην καὶ εἰκοστὴν ἐν ταῖς ἰσχυραῖς κρισίμοις ἀριθμούντων. ἐξ ἀνάγκης δὲ διὰ ταῦτα καὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν δευτέραν, τὴν μὲν ὡς ἐπίδηλον τῆς εἰκοστῆς πρώτης, τὴν δ' ὡς ἓξ ἑβδομάδας συμπληροῦσαν. εὐχερεστέρα δὲ κατὰ τοῦτο ἡ βάσανος γίνεται τῶν κρισίμων ἡμερῶν. εἰ μὲν γὰρ ὁ ἀπὸ τῆς ἑπτακαιδεκάτης στοῖχος ἅπας ἰσχυρότερος φαίνοιτο, διχόθεν ἑκάστη τῶν ἡμερῶν ἕξει τὴν πίστιν ἔκ τε τῆς ἰδίας πείρας κἀκ τῆς τῶν ἄλλων μαρτυρίας. εἰ δ' αὖ πάλιν ὁ ἀπὸ τῆς ιη΄ πλεονάκις κρίνων εὑρίσκοιτο καὶ τελέως καὶ βεβαίως,

xxiv et xxxi, ſi vigeſimum apponat, ſtatim nimirum cogetur et xiv, xvii et XL adjicere, quinetiam XL ſiquis valide judicantibus attribuat, liquet etiam xvii et xx eſſe annumerandum. Etenim usque ad xiv nulla de diebus eſt inter medicos diſſenſio, verum ſequentium hos ordo totus ab illis confunditur, quia nonnulli non adeo experientiae mentem, ſed rationi ſoli adhibent, quo factum eſt ut integras hebdomadas putent eſſe complicandas. Poſtea quum ſic xxj fortibus decretoriis adjungant, neceſſe eſt ideo xviii quoque et XLii eos adſcribere, hunc quidem ut ſeptimanas ſex complentem, illum ut xxi indicem. Porro hac ratione decretoriorum dierum exploratio magnam operam non deſiderat. Si namque totus dierum a xvii ordo validior appareat, bifariam ſinguli dies fidem habebunt, ex propriis experimentis et aliorum teſtimonio. At ſi rurſus a xviii numerus frequenter decernere inveniatur et perfecte et firmiter, tum qui ſeptimumdecimum ſequitur, imbecillior appa-

Ed. Chart. VIII. [478, 479.] Ed. Baf. III. (437.)

ἀσθενέστερος οὗτος ὁ ἀπὸ τῆς ιζ′ φανεῖται. ταῦτ᾽ ἐννοήσας ὁ Ἱπποκράτης ἁπάσας ἁπάσαις παρέβαλε, τὴν μὲν ιζ′, ἐνταῦθα γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς διαφωνίας, τῇ ιη′· τῇ δὲ κ′ τὴν κα′. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὴν κδ′ τῇ κε′, τὴν δ᾽ αὖ κζ′ τῇ κη′, καὶ τὴν μὲν λα′ τῇ λβ′, τῇ δὲ λδ′ τὴν λε′, τὴν δ᾽ αὖ μ′ τῇ μβ′. ὁποτέρῳ δὲ τῶν στοίχων ἡ ἐμπειρία μαρτυρεῖ, διὰ τῶν ἐπιδημιῶν ἐδήλωσεν, αὐτά τε ταῦτα γράψας ἃ περαθέμην ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἔτι τε πρὸς τούτοις ἐπὶ μὲν τῆς τρίτης καταστάσεως ὧδέ πως· [479] ἔκρινε δὲ τουτέοισιν ὡς τὸ πολὺ ἐνδεκαταίοισιν, ἔστι δὲ οἷσιν εἰκοσταίοισιν. ἐφεξῆς δὲ τῶν ὀνομαστὶ γραφέντων ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀῤῥώστων τὸν μὲν τρίτον τῇ τάξει μετὰ τὰς τρεῖς καταστάσεις γεγραμμένον, Ἡροφῶντα, κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἡμέραν κριθῆναί φησι· τὸν δὲ τέταρτον, ἡ Φιλίνου δὲ ἦν αὕτη γυνή, κατὰ τὴν εἰκοστὴν ἀποθανεῖν. ἐφεξῆς δὲ αὐτῇ τῆς Ἰφικράτους γυναικὸς μνημονεύει, περὶ ἧς ἐπὶ τέλει τῆς ὅλης διηγήσεως ὧδέ πως γράφει· τεσσαρακοστῇ ἥμεσεν ὀλίγα, χολώδεα, ἐκρίθη τελέως, ἄπυρος ὀγδοηκοστῇ. μετὰ δὲ ταύτην

rebit. Quod quum intellexiſſet Hippocrates, omnes omnibus contulit, decimumſeptimum, hinc enim discordiae initium inter medicos ſubortum eſt, decimooctavo, vigeſimo vigeſimumprimum, pari modo vigeſimumquartum vigeſimoquinto, rurſus vigeſimumſeptimum vigeſimooctavo et trigeſimumprimum trigeſimoſecundo, trigeſimumquartum trigeſimoquinto, quadrageſimum quadrageſimoſecundo. Quem vero ordinem experientia probet, in epidemiis indicavit, ut qui tum haec ipſa ſcripſerit quae paulo ante citavi, tum vero praeter haec in tertia quidem conſtitutione hoc fere modo: *His frequenter undecimo die criſis advenit, ſunt quibus vigeſimo contigit.* Dein aegris nominatim citatis, Herophontem ordine tertium poſt tres aëris ſtatus ſcriptum, decimo die judicium accepiſſe ait. Quartum Philini uxorem vigeſimo die mortem oppetiiſſe. Poſt hanc Epicratis uxoris meminit, de qua ad finem totius hiſtoriae haec verba apponit. Quadrageſimo bilem modicam vomuit, octogeſimo die perfecte judicata eſt et febre liberata. Sextum ordine Cleo-

Ed. Chart. VIII. [479.] Ed. Baf. III. (457.)

ἕκτον τῇ τάξει μνημονεύει Κλεανακτίδου, γράφων ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ λόγου τουτί· ὀγδοηκοστῇ ἐῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν, ἴδρωσε πολλῷ, οὔροισιν ὑπόστασις ἐρυθρὴ, λείη, τελείως ἐκρίθη. δέκατος δέ ἐστιν ἄῤῥωστος ὁ Κλαζομένιος, ὃν καὶ αὐτὸν ἐν τῇ μ΄ κριθῆναί φησι. καὶ μὴν ἡ μ΄ τοῦ στοίχου τῆς ἑπτακαιδεκάτης ἐστὶν, ὥσπερ οὖν ἡ π΄· ἔδει δὲ τὴν μ΄ δευτέραν εἶναι κρίσιμον, εἰ καθ' ἑβδομάδας ὁλοκλήρους ἡ συναρίθμησις ἐγίνετο τῶν ἡμερῶν. οὕτω καὶ τὴν πδ΄ ἐχρῆν εὑρίσκεσθαι κρίνουσαν. οὐ μόνον τοίνυν ἐξ ὧν διηγεῖται κριθέντας πολλοὺς ἐν τῷ κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἡμέραν στοίχῳ πρόδηλόν ἐστιν ὡς ἰσχυρότερος οὗτος θατέρου ὑπάρχει, ἀλλὰ κἀξ ὧν οὔτε τῆς ὀκτωκαιδεκάτης ἐμνημόνευσεν οὔτε τῆς κα΄ οὔτε τῆς κε΄ οὔτε τῆς κη΄, ἀλλ' οὔτε τῆς τριακοστῆς δευτέρας οὔτε τῆς λε΄ οὔτε τῆς μβ΄ οὔτε τῆς ξγ΄ οὔτε τῆς πδ΄, ἐν γὰρ τοσούτων ἀῤῥώστων καταλόγῳ, τῶν τ' ἰδίᾳ γραφέντων αὐτῷ κατ' ὄνομα καὶ τῶν δι' ἑνὸς ἑκάστου κεφαλαίου περιλαμβανομένων ἐν ἑκάστῃ καταστάσει, τὸ μὴ πώποτε τῶν εἰρημένων ἡμερῶν μη-

nactidem recenſet, et de ipſo ſub finem ſermonis ita ſcribit: Octogeſimo rigore inſeſtatus eſt, febris acuta eum prehendit, ſudor multus ſubſequutus, in urinis rubrum et laeve ſedimentum, perfecte judicatus eſt. Decimus aeger eſt Clazomenius, quem et ipſum quadrageſimo die liberatum per criſim eſſe ſcribit. Atqui dies quadrageſimus ex ordine decimiſeptimi eſt, quemadmodum octogeſimus, conveniebat autem quadrageſimumſecundum eſſe decretorium. Quod ſi dierum computatio ſecundum ſeptimanas integras fieret, non quadrageſimus, verum quadrageſimusſecundus dies decretorius inveniendus erat, ſic non octogeſimus, ſed octogeſimusquartus. Quare decimiſeptimi diei ordinem altero longe fortiorem eſſe nemo ignorat, non ſolum quod multos in eo criſim accepiſſe recenſet Hippocrates, ſed quod nec decimioctavi, nec vigeſimiprimi, nec vigeſimiquinti, nec vigeſimioctavi, imo nec trigeſimiſecundi, nec trigeſimiquinti, nec quadrageſimiſecundi, nec ſexageſimitertii, nec octogeſimiquarti meminit Nam in tot aegrorum catalogo, quos partim nominibus propriis adduxit, partim ſumma quadam

Ed. Chart. VIII. [479.] Ed. Baſ. III. (437. 438.)

δεμίαν εὑρεθῆναι κρίνουσαν, ἐναργῆ τὴν θατέρου τῶν στοίχων ὑπεροχὴν ἐνδείκνυται. ὅταν γὰρ ἐξ ἐκείνου μὲν καὶ πολλαὶ καὶ πολλάκις καὶ τελείως καὶ βεβαίως καὶ ἀγαθῶς καὶ ὀρθῶς εὑρίσκωνται κεκρικυῖαι, θατέρου δὲ τῶν στοίχων μηδεμία καθ' ὅλον τὸ α' τῶν ἐπιδημιῶν ἀσφαλῆ κρίσιν ἢ πεποιημένη, τὸ μὴ ὅτι τελείως ἢ ἀγαθῶς, ἀλλὰ μηδ' ὥστε ἀποκτεῖναι, παμπόλλην τινα τὴν ὑπεροχὴν εἶναι νομιστέον. ἆρ' οὖν ἐν τῷ πρώτῳ μὲν οὕτως, ἐν τῷ τρίτῳ δ' ἑτέρως; ἢ κἀκεῖ τοὺς μὲν ἐν τῇ καταστάσει διηγημένους ἑνὶ κεφαλαίῳ περιλαμβάνων εἶπεν ἅπαντας σχεδὸν τοὺς διασωθέντας τῇ π' κριθῆναι· τῶν δὲ κατὰ μέρος ὧν ἐμνημόνευσεν ὀνομαστὶ, τοὺς μὲν ἐν τῇ μ' κριθῆναί φησι, καὶ ναὶ μὰ Δία γέ τινας ἐξ αὐτῶν οὐκ ἀγεννῶς οὐδὲ ἀσήμως, καθάπερ τὸν τρίτον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ βιβλίου γεγραμμένον, τὸν ἐν τῷ Δεάλκους κήπῳ κατακείμενον. τί γάρ φησι; μ' διεχώρησε φλεγματώδη, λευκά, ὑπόσυχνα, ἴδρωσε πολλῷ, διόλου τελέως ἐκρίθη. τοὺς δέ τινας εἰς πάνυ μακρὸν ἐμπεσόντας, ὁμοίως καὶ αὐτοὺς κριθῆναι (438) τῷ τῆς εἰκοστῆς ἡμέρας

comprehendit, in uno quoque aëris ſtatu, nullum ex commemoratis diebus decretorium eſſe inventum, alterius ordinis evidentem excellentiam indicat. Quum enim ex hoc ordine multi ſaepe perfecte, firmiter, bene et recte inveniantur judicaſſe, ex altero ne unus quidem in uno primo epidemiωn libro, qui tuto decreverit, nedum perfecte, vel ſalubriter, ut non occidat, inſignem alterius eminentiam eſſe putabimus. An igitur in primo ſic, in tertio aliter ſcriptum reliquit? Certe et illic aegrotos quidem in conſtitutione enarratos una ſumma complectens, dixit omnes fere, qui ſuperſtites fuere, octogeſimo judicatos, ex particularibus autem, quorum nominatim meminit, aliquos quidem in quadrageſimo judicatos eſſe dicit et per Jovem nonnullos ipſorum haud ignobiliter, nec ſine ſignis, ut tertium ab initio libri ſcriptum, in Dealcis horto decumbentem. Quid enim dicit? Quadrageſimo die pituotoſa recrementa, alba et copioſa dejecit, largiter ſudavit per totum, abſolute judicatus eſt. Quosdam vero qui in longum nimis morbum inciderant, ſimiliter et ipſos ratione vigeſimi diei multiplicati cri-

Ed. Chart. VIII. [479. 480.] Ed. Baſ. III. (438.)

πολλαπλασιαζομένης λόγῳ, καθάπερ καὶ τὸν ἔννατον ἀπὸ τῆς καταστάσεως γεγραμμένον, Ἡρόπυθον, ὃν κ' τε καὶ ἑκατοστῇ ἡμέρᾳ κριθῆναι τελέως φησίν. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν κδ' καὶ κατὰ τὴν κζ' καὶ προσέτι κατὰ τὴν λδ' ἀνέγραψέ τινας κριθέντας ἀγαθῶς θ' ἅμα καὶ ἀσφαλῶς καὶ τελέως. ἐν μὲν τῇ κδ' τὸν δέκατον ἀπὸ τῆς καταστάσεως ἄῤῥωστον ᾧδέ πως γράφων, τετάρτῃ καὶ κ' οὔρησε πολὺ λευκὸν, πολλὴν ἔχον ὑπόστασιν, ἵδρωσε θερμῷ, διόλου ἀπύρετος. ἐν ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ τὴν ἐν Ἀβδήροις παρθένον, ἀλλὰ καὶ ταύτην ἱδρώσασαν πολλῷ, τελέως ἀπύρετον γενέσθαι φησί. γέγραπται δ' αὕτη μετὰ τὴν κατάστασιν ἑβδόμη. ἐν δ' αὖ τῇ δ' καὶ λ' τὸν ὄγδοον ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσεως, Ἀναξίωνα, καὶ αὐτὸν ἱδρώσαντα, τελέως ἀπύρετον διόλου γενέσθαι φησὶ καὶ κριθῆναι πιστῶς. [480] οὐδεὶς δὲ οὐδ' ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ κέκριται κατά τινα τῶν ἐκ θατέρου στοίχου κρισίμων ἡμερῶν. ἀλλὰ τὴν μὲν Δεάλκους γυναῖκα κατὰ τὴν κά ἀποθανεῖν φησι, σωθῆναι δ οὐδένα κατ' οὐδεμίαν ἡμέραν τῶν ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ὀκτωκαι-

ſim accepiſſe, quemadmodum nonum aegrum ex aëris ſtatu, Heropython, centeſimo et vigeſimo die perfecte judicatum fuiſſe refert Hippocrates. Sic aliquos vigeſimoquarto die et vigeſimoſeptimo, item trigeſimoquarto, judicatos eſſe bene ſimul et tuto et perfecte memoriae prodidit, in vigeſimoquarto ſane decimum ex aëris ſtatu aegrotum, hoc fere modo ſcribens. *Vigeſimoquarto die urinam minxit copioſam, albam multum habentem ſedimentum, ſudores calidi e corpore toto manabant, ſine febre fuit.* Vigeſimo ſeptimo die puellam in Abderis, ſed et ipſam ſudore largo prorſus febre liberatam eſſe refert, hanc autem poſt aëris conſtitutionem aegrotaſſe ſeptimam commemorat. Porro trigeſimoquarto die octavum ex aëris ſtatu aegrum, Anaxionem, ſudore quoque ipſum febre prorſus levatum fuiſſe percenſet, fidamque ei criſim obtigiſſe. Caeterum nullus hoc libro in altero quodam decretoriorum dierum ordine judicatus eſt, verum Dealcis uxorem in vigeſimoprimo deceſſiſſe commemorat, nec ullum in aliquo die, qui in decimioctavi ſecta continetur,

Ed. Chart. VIII. [480.] Ed. Baſ. III. (438.)

δεκάτην στοίχου. λέγεται μὲν οὖν κατὰ τὸ δεύτερον, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, σημαινόμενον οὐχ ὁ σωθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀποθανὼν κεκρίσθαι, ἀλλ' ὡς εἶπον, οὐ μόνον οὐδεὶς ἐσώθη κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας, ἀλλ' οὐδ' ἀπέθανε, χωρὶς τῆς Δεάλκους γυναικός. ἐν δέ γε θατέρῳ στοίχῳ πάμπολλοι μὲν οἱ σωθέντες, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπέθανόν τινες, ὥσπερ ἑπτακαιδεκαταία μὲν ἡ ἐν Κυζίκῳ τεκοῦσα τὰς διδύμους θυγατέρας. ἐν τετάρτῃ τε καὶ εἰκοστῇ ὁ ἐν Μελιβοίῃ νεανίσκος, ὁ πάντων ὕστατος ἀναγεγραμμένος. ἑβδόμῃ δὲ καὶ εἰκοστῇ ὁ τρίτος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Ἑρμοκράτης. πρώτῃ δὲ καὶ τριακοστὴ ὁ ἐν Ἀβδήροις Ἀπολλώνιος, ὁ τρισκαιδέκατος ἀπὸ τῆς καταστάσεως γεγραμμένος, τριακοστῇ τετάρτῃ ἀπέθανε. ὡς οὖν ἑβδομαίους πολλοὺς ἀποθανόντας εἶδε καὶ εἰκοσταίους κατὰ τοῦτο τὸ βιβλίον, ὡς ἂν τῶν ἰσχυρὰν δύναμιν ἐχουσῶν ἡμερῶν οὐ μόνον σωζουσῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπολουσῶν ἐνίοτε, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἑκάστην τῶν εἰρημένων ἐθεάσατο καὶ σώζουσα πολλοὺς ἐνίοτε καί τινας ἀποκτείνουσαν. καὶ γὰρ οὖν καὶ τὸν δεύτεραν ἀπὸ τῆς καταστάσεως ἄῤῥωστον ὀγδοη-

ſuperſtitem manſiſſe. Dicitur itaque ſecundo ſignificatu, uti prius interpretati ſumus, non ſolum ſuperſtes, verum mortuus etiam judicatus fuiſſe. Sed ut retuli, non modo in eis diebus nemo ſervatus eſt, ſed ne mortuus quidem, ſi Dealcis uxorem excipias. In altero ordine complures ſervati, quamvis nonnulli etiam vita defuncti, quemadmodum mulier quae Cyzico binam foemininam prolem peperit, decimoſeptimo die periit. Adoleſcens autem in Meliboea, omnium poſtremus ab Hippocrate citatus, vigeſimoquarto interiit. At Hermocrates tertius a principio vigeſimoſeptimo die fatis conceſſit. Apollonius autem in Abderis decumbens decimustertius ab aëris conſtitutione aegrotus ſcriptus, trigeſimoquarto periit. Ut igitur ſeptimo die et vigeſimo complures interire vidit, quippe quum dies ii qui validam virtutem habent, non modo ſervent, ſed etiam interimant interdum, ſic unumquemque eorum quos recenſui conſpexit nunc ſervantem aliquos, nunc occidentem. Jam vero ſecundum ab ambientis aëris ſtatu aegrum octogeſimo

Ed. Chart. VIII. [480.] Ed. Baſ. III. (438.)

κοστῇ φησιν ἀποθανεῖν, καὶ τὸν πρῶτον ἐν εἰκοστῇ καὶ ἑκατοστῇ, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τῆς πρώτης καταστάσεως τεσσαρεσκαιδεκαταῖον, τοὺς δὲ τρεῖς τοὺς πρὸς αὐτοῦ ἑβδομαίους. καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν; οὐδεὶς γὰρ ἄλλος οὔτε ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν οὔτε ἐν τῷ τρίτῳ σωθεὶς ἢ ἀποθανὼν εὑρίσκεται κατὰ τὸν ἀπὸ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης ἡμέρας στοῖχον, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ μὲν ἐντὸς τῶν ἑπτακαίδεκα, κατὰ τὰς ὁμολογουμένας κρισίμους ἡμέρας, ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς τῶν περὶ ταῦτα ἐχόντων διαφέρεται· τῶν δὲ ἐξωτέρω προελθόντων εἷς μόνος ἀῤῥωστος εὑρίσκεται κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν καὶ εἰκοστὴν ἀποθανών. ἤρκει μὲν οὖν καὶ ταῦτα εἰς ἐπίδειξιν τοῦ μὴ λόγῳ τινὶ πεισθέντα τὸν Ἱπποκράτην τὴν ιζ ἡμέραν ὑποθέσθαι εἶναι κρίσιμον, τῆς δὲ εἰκοστῆς πρώτης ἀφελέσθαι τὸ δραστήριον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς πείρας διδαχθέντα τηνικαῦτα ζητῆσαι τὴν αἰτίαν. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὸ τέταρτον καὶ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν ἢ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐστὶν, ἢ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Θεσσαλοῦ γράμματα, καὶ τούτων ἐπὶ βραχὺ μνημονεύσωμεν. εὑρεθήσεται δὲ κἀνταῦθα

interiiſſe ait et primum centeſimo vigeſimo, ſicut, arbitror, et ultimum laborantem ante peſtilentem conſtitutionem, decimoquarto die mortuum eſſe, tres ante ipſum, ſeptimo die periiſſe. Quid opus eſt multis verbis? nullum enim alium nec in primo, nec tertio epidemiωn libro, vel ſuperſtitem, vel mortuum in ordine dierum, qui a decimooctavo numerantur invenies, ſed omnes qui intra ſeptimumdecimum judicati ſunt, judicium habuere in diebus, qui communi conſenſu decretorii habentur. Porro qui decimumſeptimum exceſſerunt, illorum unus tantum vigeſimoprimo interiit. Proinde haec ſufficiunt ad demonſtrandum, Hippocratem non ratione quadam perſuaſum ut decimumſeptimum decretorium eſſe ſtatueret, vigeſimo autem primo efficaciam adimeret, ſed uſu et experientia doctum cauſam inquiſiviſſe. At quoniam ſecundus, quartus et ſextus epidemiωn liber vel ipſius Hippocratis eſt, vel ejus filii Theſſali, pauca etiam inde ſumemus. Inveniemus ſiquidem et hic in ſecundo

Ed. Chart. VIII. [480. 481.] Ed. Baſ. III. (438.)

κατὰ μὲν τὸ δεύτερον τὴν κ΄ τε καὶ μ΄ ἡμέραν ἀναγράφων κεκρικυῖαν, οὔτε δὲ τὴν κα΄ οὔτ᾽ ἄλλην τινὰ τῶν ἀπ᾽ αὐτῆς. κατὰ δὲ τὸ τέταρτον τῶν ἐπιδημιῶν οὕτως ὀξέων μνημονεύων, ὡς ὀλιγάκις μὲν ἕως τῆς εἰκοστῆς ἀφικέσθαι, προελθεῖν δ᾽ ἅπαξ ἐξωτέρω μέχρι τῆς κδ΄, ὥστε κἀνταῦθα τὴν μὲν κ΄ ὡσαύτως ἔστιν καὶ τὴν κδ΄ ἐπίστασθαι κεκρικυῖαν, οὐ μὴν τῶν θατέρου στοίχου τινά. καὶ μὴν καὶ κατὰ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν ὀλίγων μὲν ἀῤῥώστων καὶ καταστάσεων μέμνηται, φαίνεται δ᾽ οὐδ᾽ ἐνταῦθα γινώσκων τινὰ κατὰ τὰς ἐκ θατέρου στοίχου κεκριμένον. εἰ δέ τι δεῖ καὶ τοῦ πέμπτου τῶν ἐπιδημιῶν μνημονεῦσαι, ὅτου περ ἂν ᾖ, κἀνταῦθα πεντήκοντα μέν εἰσιν οἱ σύμπαντες ἀῤῥωστοι, κέκριται δ᾽ οὐδεὶς αὐτῶν οὔτε κατὰ τὴν ιή οὔτε κατὰ τὴν κα΄ οὔθ᾽ ὅλως ἐν ἄλλῃ τινὶ τῶν ἐκ τοῦδε τοῦ στοίχου. τῆς πείρας οὖν ἀκριβῶς προεισαγούσης εἰς τὰς κρισίμους ἡμέρας τὴν ιζ καὶ τὴν εἰκοστὴν, ἔτι δὲ καὶ τὰς ἀπ᾽ αὐτῶν πάσας, [481] ἔνιοι τῶν ἰατρῶν οὐ πάνυ τι τῷ φαινομένῳ προσέχοντες τὸν νοῦν, ὡς ἐφ᾽ ἕτοιμον ἀφίκοντο τὸν ἐκ τῆς τελείας ἑβδομάδος ἀριθμὸν, εἶτά που καὶ κριθέντα

vigeſimum et quadrageſimum decretoriis eſſe ab illo poſitos, ſed nec vigeſimumprimum, nec alium quemvis ei reſpondentem. In quarto morborum adeo acutorum mentionem facit, ut raro videlicet ad vigeſimum pervenerint, proceſſerint autem ſemel ulterius usque ad vigeſimumquartum. Unde jam vigeſimum et vigeſimumquartum judicaſſe de morbis licet intelligere, non tamen alterius ordinis quenquam. Quinetiam in ſexto epidemiωn paucos tum aegros tum aëris ſtatus commemorat, neque hic quenquam in alterius ſectae diebus judicatum eſſe novit. Si jam et quinti libri meminiſſe convenit, cujuscunque fuerit, hic etiam quinquaginta ſunt univerſi aegri, nullus autem ipſorum vel decimooctavo, vel vigeſimoprimo, vel ut ſummatim dicam, in alio quodam hujus generis die judicatus eſt. Quum igitur ipſa experientia decimumſeptimum et vigeſimum diem, inſuper qui ipſis reſpondent, univerſos decretoriis apponat, nonnulli medici, qui non adeo evidentibus animum adhibent, ad perfectae hebdomadis numerum tanquam ad faci-

Ed. Chart. VIII. [481.] Ed. Baf. III. (438.)

τινὰ κατὰ τὴν πρώτην καὶ εἰκοστὴν θεασάμενοι, πολὺ δὴ μᾶλλον ἐβεβαίωσαν τὴν ὑπόληψιν.

Κεφ. ε'. Καὶ γὰρ οὖν καὶ τὸ διαγνῶναι ποίας ἐστὶν ἡμέρας ἴδιος ἡ κρίσις, ἐπειδὰν εἰς πλείονας τύχῃ μερισθεῖσα, διορισμοῦ δεῖται, καθότι καὶ τῷ πρώτῳ δέδεικται λόγῳ. συμβαίνει δὲ καὶ χρονιζόντων τῶν νοσημάτων τὰς κρίσεις ἀποτίθεσθαι μὲν τὸ τῆς ταραχῆς σφοδρὸν καὶ τῆς ἀλλοιώσεως τὸ σύντομον, καὶ εἰς δύο δὲ πολλάκις ἡμέρας, ἢ τρεῖς ἐκτείνεσθαι. πρόχειρον οὖν ἐν τούτῳ προσνέμειν τὴν κρίσιν τῶν τριῶν ἡμερῶν ᾗ τις ἂν βουληθῇ. πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν ἰατρῶν οὐδ' ἀριθμοῦσιν ἔτι μετὰ τὴν ιδ' ποσταῖος ὁ κάμνων ἐστὶ, καὶ μάλιστα ἢν ἐν τῷ μεταξὺ δόξας ἀπύρετος γεγονέναι πάλιν ἀναπυρέξειεν. ἔνιοι δὲ κἂν ἀριθμήσωσι τὸ μερίζεσθαι τὰς κρίσεις εἰς πλείους ἡμέρας, ἀδιορίστως τε καὶ προπετῶς ᾗ βούλονται τῶν ἡμερῶν ἀνατιθέασι. διὰ ταῦτα γοῦν αὐτὰ καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων ἐνίοτε μὲν ζ' φησὶν, ἢ ἑνδεκάτῃ, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κριθῆναι τὴν νόσον, ἐνίοτε δὲ

liorem viam devenerunt. Deinde quum etiam judicatum aliquem in vigeſimoprimo conſpexerint, multo ſane magis opinionem ſuam confirmarunt.

Cap. V. Etenim ut diſcernas cujusnam diei proprium ſit judicium, quum in plures partitum fuerit, diſtinctione opus eſt, quemadmodum in ſuperiore libro demonſtratum eſt. Contingit autem morbis inveteraſcentibus et judicia vehementiam perturbationis et alterationis brevitatem remittere et ad duos ſaepe dies, vel tres extendi. Promptum eſt igitur in hoc criſim cuicunque ex tribus diebus volueris attribuere. Multi ſiquidem medicorum ne vel numerare quidem poſt xiv dignantur, quot jam diebus aeger decumbat, praeſertim ſi dum febris ſoluta interea eſſe videatur, denuo repetat. Nonnulli vero etſi numeraverint, judiciorum in plures dies partitionem indiſtincte et temere cui dierum volunt annumerant. Quapropter etiam Hippocrates in aegrotis aliquando quidem ſeptimo dicit, vel undecimo, vel decimoquarto, judicatum eſſe morbum, inter-

Ed. Chart. VIII. [481.] Ed. Baſ. III. (438.)

περὶ τὴν εἰκοστὴν, ἢ μ', ἤ τινα ἄλλην, ὥσπερ εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ καταστάσει τοῦ πρώτου τῶν ἐπιδημιῶν. ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ φησίν· ἔκρινε δὲ τούτων οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο περὶ τὴν εἰκοστὴν, τοῖσι δὲ πλείστοισι περὶ τὴν μ', πολλοῖσι δὲ περὶ τὴν ὀγδοηκοστήν. ἐν δ' αὖ τῇ δευτέρᾳ καταστάσει, ἔστι δ' οἷσι, φησὶν, ἔκρινεν αὐτῶν ὀλίγοισιν, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο περὶ εἰκοστήν. ἐν δὲ τῇ τρίτῃ αἱμορῥαγέειν, φησὶ, μικρὸν ἤρξατο περὶ τετάρτην καὶ εἰκοστὴν, καὶ ἐγένοντο εἰς αἱμορῥαγίην αἱ ἀποστάσιες Ἀντιφῶντι Κριτοβούλου. ἀπεκρίθη καὶ ἐπαύετο τελείως περὶ τὴν τεσσαρακοστήν. οὐκ ἐμνημόνευσα δὲ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς τούτων τῶν ῥήσεων, ὁπότε κἀκ τοῦ πρώτου τῶν ἐπιδημιῶν παρετιθέμην, ἄμεινον εἶναι νομίσας ἁπάσας πρότερον ἐκθέσθαι τὰς ἡμέρας ἐν αἷς ἀκριβῶς μόναις ἐθεάσατο τὰ νοσήματα κρινόμενα. διὰ τοῦτο οὐδὲ γεγραπται τοὐπίπαν οὐδαμόθι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ περὶ τὴν ε ἢ τὴν ἑβδόμην, ἢ τὴν θ' κριθεὶς οὐδεὶς, ἀλλ' ἁπλῶς ἢ πεμπταῖος, ἢ ἑβδομαῖος, ἢ

dum vero circa XX vel XL. vel alium quempiam, ſicuti exempli gratia in prima et ſecunda conſtitutione primi epidemiorum. In prima enim ait: *Judicabantur autem quibus inter hos breviſſimi eſſent circa vigeſimum, plurimis circa qradrageſimum, multis circa octogeſimum.* In ſecunda vero conſtitutione, *Quibusdam vero*, inquit, *ipſorum judicabantur, iisque paucis, quibus breviſſimi eſſent, circa vigeſimum.* In tertia autem, *Sanguinis*, inquit, *parum erumpere coepit circa vigeſimumquartum, et in ſanguinis eruptionem fiebant abſceſſus Antiphonti Critobuli filio; quievit et perfecte judicatus eſt circa* XL. Sed horum verborum ab initio ſtatim non memini, quum ex primo epidemiῶn quoque apponerem, melius eſſe ratus omnes dies qui exacte ſoli de morbis decernere viſi ſunt, prius exponere. Hujus rei gratia nec in ipſius usquam commentariis in totum ſcriptum eſt, circa quintum, aut ſeptimum aut nonum diem, ullum judicatum eſſe, ſed ſimpliciter vel quinto, vel ſeptimo, vel nono die; ſubito enim et univerſim hi judi-

Ed. Chart. VIII. [481. 482.] Ed. Baſ. III. (438. 439.)

ἐνναταῖος. ἀθρόως γὰρ αὗται κρίνουσιν. ὅσῳ δ' ἂν ἐξωτέρω προΐῃ τὰ νοσήματα καὶ χρονίζῃ, παύεται μὲν ἡ πρὸ τῆς ὀξείας ἀλλοιώσεως ταραχὴ, κατὰ βραχὺ δὲ αἱ κρίσεις γινόμεναι δύο που ἢ τρεῖς ἡμέρας ἐπιλαμβάνουσι τοὐπίπαν. ὡς γὰρ οὐδὲ μετὰ ἐκκρίσεως εἴωθε λύεσθαι τὰ πλεῖστα τῶν χρονισάντων, ἀλλ' ἤτοι δι' ἀποστάσεων, ἢ πέψεων, οὕτως οὐδ' ὅταν ἐπὶ σαφέσιν ἐκκρίσεσιν, ἢ ἀποστάσεσιν ἡ λύσις αὐτῶν γίνηται, διὰ μιᾶς ἡμέρας τελειοῦται μόνης. ὅθεν, οἶμαι, τῶν ἰατρῶν ἔνιοι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ κρίνεσθαί φασι τὰ χρονίζοντα τῶν νοσημάτων. οὐ γὰρ τὴν λύσιν ἁπλῶς (439) εἶναι κρίσιν, ἀλλ' ἤτοι τὴν ἀθρόαν ἢ τὸν πρὸ ταύτης σάλον. ἀλλ' ὅτι γε τὸ σημαινόμενον τῆς κρίσεως οὐκ ἀπηκριβωμένον φυλάττεται διὰ παντὸς, ἀλλὰ τὴν λύσιν αὐτὴν μόνην, ὅπως ἂν γένηται, κρίσιν ὀνομάζουσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν, ἐξ αὐτῶν τε τῶν Ἱπποκράτους ἔνεστι μαθεῖν γραμμάτων, οὐχ ἥκιστα δὲ κἀξ ὧν οἱ ἄλλοι παλαιοὶ γράφουσιν. [482] οὕτως οὖν καὶ Διοκλῆς τὴν πρώτην ἡμέραν ἐν ταῖς κρινούσαις ἀριθμεῖ, σαφῶς ἐνδεικνύμενος ὡς οὐδὲν ἄλλο τὴν κρίσιν ὅ τι μὴ τὴν λύσιν

cant. Quanto autem ulterius morbi excedunt diuturnioresque fiunt, perturbatio ſane quae praecipitem alterationem praecedit, conquieſcit. Judicia vero paulatim venientia duos, aut tres dies maxima ex parte occupant. Sicut enim plurimi longi affectus neque cum excretione diſſolvi conſueverunt, ſed vel abſceſſu vel concoctione, ita nec ubi cum manifeſtis excretionibus, vel abſceſſibus ipſorum ſolutio contigerit, uno duntaxat die perficitur. Unde medicorum quidam diuturnos morbos nequaquam judicari inquiunt, ſiquidem non ſolutionem ſermone abſoluto criſim eſſe, ſed vel ſubitam, vel quae ipſam praecedit commotionem. Verum quod judicii ſignificatum non exacte diſquiſitum perpetuo ſervatur, ſed ſolutionem ipſam tantum, quomodocunque fiat, complures medici judicium appellant, ex Hippocratis libris diſcere cuivis eſt integrum, maxime vero et ex iis quae veteres alii pertractant. Sic igitur et Diocles primum diem decretoriis annumerat, manifeſto indicans nihil

Ed. Chart. VIII. [482.] Ed. Baſ. III. (439.)

ὀνομάζει τοῦ νοσήματος. ἔσται δὲ δῆλον ἐξ αὐτῆς τῆς λέξεως ἐχούσης ὧδε· αὐτῶν δὲ τῶν πυρετῶν, ὧν τὰ αἴτια μήτ' ἐν αὐτῷ τῷ σώματι διαλύεται κενούμενα καὶ μειούμενά πως μήτ' ἐξικμάζεται μήτ' ἀθρόως ὠμὰ ἐξάγεται, κατὰ δέ τινας χρόνων περιόδους πεφθέντα φαίνεται, ὁ μὲν ἐπιπυλαιότατος ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ κρίνεται, ἐν ἐλαχίστῳ γὰρ χρόνῳ τούτῳ τὰ αἴτια αὐτῶν διαλύεται. καὶ γὰρ τὰ σηπόμενα καὶ πῦον γινόμενα, ἔτι δὲ καὶ γάλα καὶ σὰρξ πᾶσα ἀποτελουμένη καὶ ὅλως τὰ πολλὰ τῶν κατὰ τὸ σῶμα γινομένων καὶ κινουμένων καὶ ἀλλοιουμένων κατ' εἶδος, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ φαίνεται πρῶτον. καὶ ταυτὶ μὲν ὁ Διοκλῆς. ὁ δ' Ἱπποκράτης οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πάνυ πολλάκις ἔν τε τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν καὶ μάλιστα κἀν τῷ τρίτῳ τὴν λύσιν μόνην τοῦ νοσήματος ὀνομάζει κρίσιν, οὐδεμιᾶς οὔτ' ἐκκρίσεως οὔτ' ἀποστάσεως σαφῶς προγεγενημένης. οὐ μὴν τούτου γ' ἕνεκεν ἠγητέον ἄνευ ἐκκρίσεως πάσης φανερᾶς κρίνεσθαι τὰς χρονιζούσας νόσους, ὥσπερ οὐδὲ τὸ πλείους ἡμέρας ἐξ ἀνάγκης ἐπιλαμβάνειν. ὀγδοηκοστῇ γοῦν κριθῆναί τινα γράφων ὁ

se aliud judicium quam morbi ſolutionem nominare. Fiet autem perſpicuum ex ipſius verbis, quae hunc in modum habent: *Quarum febrium cauſae neque in ipſo corpore vacuatae ac imminutae diſſolvuntur, neque exiccantur, neque ſubito crudae educuntur, temporum vero periodis quibusdam coctae apparent, per ſumma quidem extantes, nocte et die judicantur. Nam pauciſſimo tempore cauſae ipſarum diſcutiuntur, quippe putreſcentes et in pus converſae, ad haec lac et caro omnis abſoluta, breviter omnia, quae in corpore tum fiunt, tum moventur et ſpeciatim alterantur, in hoc tempore primum apparent.* Atque haec Diocles. Hippocrates autem non ſemel neque bis, ſed frequenter admodum in primo epidemiῶn et potiſſimum in tertio morbi ſolutionem criſim vocat, nulla neque excretione, neque abſceſſu evidenter praegreſſo. Non tamen hujus gratia putandum eſt diuturniores morbos ſine quavis manifeſta excretione judicari, quemadmodum neque plures dies neceſſario aſſumere. Itaque octogeſimo criſim quendam ae-

Ed. Chart. VIII. [482.] Ed. Baſ. III. (429)

Ἱπποκράτης ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ῥιγῶσαί τέ φησιν αὐτὸν καὶ ὀξέως πυρέξαι καὶ ἱδρῶσαι πολλῷ. παρεθέμην δὲ τὴν λέξιν ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὁπότε τοῦ Κλεονακτίδου, κατὰ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν ἕκτου τὴν τάξιν γεγραμμένου, τὴν διήγησιν ἐποιούμην. εὕροις δ' ἂν καὶ ἄλλους ἀῤῥώστους, οὓς τ' ἤδη παρεθέμην ἐν τῷδε τῷ λόγῳ καὶ ὧν οὐδ' ὅλως ἐμνημόνευσα κεκριμένους ἐναργῶς ἡμέρᾳ μιᾷ δι' ἐκκρίσεως ἐπὶ προήκοντι καὶ χρονίῳ νοσήματι. ταύταις οὖν μάλιστα προσέχειν χρὴ τὸν νοῦν ὡς ἀκριβῶς διδασκούσαις τὴν τάξιν τῶν κρισίμων ἡμερῶν. εἰ γὰρ ὁ Κλεονακτίδης οὗτος ὀγδοηκοστῇ ῥιγώσας τε καὶ ὀξέως πυρέξας ἐκρίθη ἱδρώσας, δῆλον ὡς μεγάλην τινὰ δύναμιν ὁ τῆς εἰκοστῆς ἀριθμὸς ἔχει. τούτου γὰρ πολλαπλασιαζομένου τὴν ὀγδοηκοστὴν, ὥσπερ καὶ τὴν μ καὶ τὴν ἑξηκοστὴν καὶ τὴν ἑκατοστὴν εἰκοστὴν γενέσθαι συμβέβηκεν. εὑρήσεις δὲ καὶ ἄλλους ἀῤῥώστους ἑξωτέρω τῆς ιδ' κεκριμένους δι' ἐκκρίσεως ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις, ὧν ἐνίους ἤδη παρεθέμην, οἵ γε τοὺς μὴ νομίζοντας ἀθρόαν γε-

cepiſſe in primo De morbis popularibus Hippocrates commemorat, aitque rigore ipſum fuiſſe correptum, acuteque febricitaſſe et ſudaſſe largiter. Appoſui autem paulo ante ſententiam, quum Cleonactidae, in primo epidemiῶn ſexti ordine ſcripti, mentionem facerem. Invenias autem alios quoque aegros hoc ſermone jam mihi citatos, item quos nequaquam appoſui, judicatos evidenter die uno per excretionem in procedente diuturnoque morbo. His igitur maxime advertendum eſt, ut quae dierum decretoriorum ordinem exacte doceant. Si enim Cleonactides hic, poſtquam octogeſimo quum rigore ſuiſſet infeſtatus acuteque febricitaſſet, per ſudorem judicatus eſt, liquet vigeſimi numerum non mediocrem quandam potentiam obtinere. Hoc enim multiplicato octogeſimum, ſicut et quadrageſimum et ſexageſimum, ad haec conteſimum et centeſimum vigeſimum fieri contingit. Reperies autem alios aegros decimumquartum egreſſos per excretionem in epidemiῶn libris judicatos fuiſſe, quorum nonnullos jam protulimus. Qui autem eos,

Ed. Chart. VIII. [482.] Ed. Baf. III. (439.)

νέσθαι κρίσιν ἔξωτέρω τῆς μ' ἐξελέγχουσι καὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν ἐνδείκνυνται τὴν τάξιν. ὅτι μὲν γὰρ ἐκλύεται κατὰ βραχὺ τὸ δι' ἀγῶνός τε καὶ σάλου παύεσθαι τὰ νοσήματα χρονίζοντα καλῶς εἴρηται· τὸ δὲ μηδεπώποτε διὰ μιᾶς ἡμέρας ὀξεῖαν αὐτῶν γενέσθαι μεταβολὴν, οὐκέτ' ὀρθῶς. ὅταν γὰρ καὶ ῥῖγος εἰσβάλλῃ σφοδρὸν, ἅμα τῷ παροξυσμῷ τέως οὐ γεγενημένον, ὅ τε πυρετὸς ὀξύτατός τε καὶ σφοδρότατος καὶ θερμότατος καὶ δύσφορος ἐπιγένηται, καὶ μετὰ ταῦθ' ἱδρὼς ἔξεκρίθη πολὺς, ἀπύρετον ἀκριβῶς τὸν ἄνθρωπον ἐργαζόμενος, εἴ τις οὐ φήσει τοῦτο κρίσιν εἶναι, προδήλως ἐρίζει. ἐγὼ δ' οὐκ εἴωθα τοῖς ἐριστικοῖς ἐπὶ πλέον ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἐκεῖνό χρὴ μᾶλλον εἰδέναι γινόμενον. ὡς ἡμῖν τε γὰρ παραφυλάττουσιν ἐφάνη πολλάκις ἔν τε τοῖς ὑφ' Ἱπποκράτους ἀναγεγραμμένοις ἀῤῥώστοις ἔστιν εὑρεῖν, τὸ τὰς τοιαύτας λύσεις τῶν χρονιζόντων νοσημάτων, οὐχ ὅταν ἐφεξῆς εἴῃ μηδαμόθεν διακοπτόμενα, συμπίπτειν, ἀλλ' ἐπειδὰν λελύσθαι δοκοῦντα, πάλιν δευτέρας ὑποστροφῆς ἐνάρξηται. συμβαίνει δὲ πολλά-

qui ſubitam fieri criſim ultra quadrageſimum non putant, arguunt, etiam decretoriorum dierum ordinem oſtendunt. Quod etenim ſolutio quae per certamen et commotionem fit, in morbis diuturnis paulatim exolvatur, pulchre dictum eſt, at non amplius ſubitam eorum mutationem uno die fieri, non recte dictum eſt. Quum enim rigor vehemens ſimul cum acceſſione antea non factus invadat et febris acutiſſima, vehementiſſima, calidiſſima et toleratu difficilis accedat, ſudorque copioſus e corpore manarit, febre hominem prorſus liberans, ſi quis hoc criſim non eſſe dicet, manifeſte contentioſus eſt. Ego ſane id genus hominibus contradicere diffuſius non conſuevi, ſed illud, quod accidit, magis cognoſcendum eſſe mihi propoſui. Hoc enim nobis obſervantibus plerumque apparuit, atque in aegris ab Hippocrate ſcriptis invenire licet hujusmodi morborum longiorum ſolutiones non, quum deinceps nulla ex parte interſecantur, incidere, at quum, ubi ſoluti eſſe videntur, iterum ſecundo recidivam incipiunt. Contingit autem ſaepe diebus quibus-

Ed. Chart. VIII. [482. 483.] Ed. Baſ. III. (439.)

ἕως τῆς ἑξηκοστῆς ἡμέρας προέβη δεόντως. ἐπεὶ γὰρ οὐ περὶ τῶν ὀξέων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκ τούτων γινομένων ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, προσηκόντως, οἶμαι, κἂν ταῖς κρισίμοις αὐταῖς, κἂν τῇ περὶ ῥήξεως τῶν ἀποστημάτων διδασκαλίᾳ τῆς ἑξηκοστῆς ἡμέρας ἐμνημόνευσε. ταύτην οὖν τὴν διδασκαλίαν οἱ μὴ νοήσαντες εἰκῇ καὶ μάτην ἐν τούτοις πλέκουσι ζητήματα, μάχεσθαι νομίζοντες τῷδε τῷ λόγῳ τῷ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰρημένῳ τῷ φάσκοντι, τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι κρίνεται, [491] ὥσπερ οὐκ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἀκριβῶς ἐνδειξαμένου τῷ λόγῳ τῶν ἐκ μεταπτώσεως ὀξέων τὴν φύσιν ἑτέραν τῆς τῶν ἁπλῶς ὀξέων. αὐτὸ γὰρ δὴ τοῦτ' ἐναντίον ἐστὶν ἢ ἐκεῖνοι νομίζουσιν. εἰ μὴ γὰρ διττὴν ἠπίστατο τῶν ὀξέων τὴν φύσιν, ἑτέραν μὲν τῶν ἁπλῶς ὀξέων, ἑτέραν δὲ τῶν ἐκ μεταπτώσεως, οὐκ ἂν διωρίσατο τῇ προσθήκῃ τὴν ἀπόφασιν, ἀλλ' ἁπλῶς εἶπεν ἄν, εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίαν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι. νυνὶ δὲ ἐπειδὴ τὴν τοιαύτην λέξιν ἠπίστατο τῶν ἁπλῶς ὀξέων ἐσομένην ἐνδεικτικήν, οὐ μὴν ἐβούλετό γ' οὕτως, ἀλλὰ σὺν

ad ſexageſimum usque diem non abs re proceſſit. Quoniam enim non de acutis ſolum, verum etiam de iis qui inde progrediuntur, ſermonem inſtituit, nec inepte, puto, tum in ipſis decretoriis tum in doctrina de abſceſſuum ruptione ſexageſimi diei meminit. Qui ergo hanc doctrinam non intellexerunt, ii nequicquam ac fruſtra quaeſtiones in his texunt, diſſentire putantes cum iis quae in aphorismis tradiderit, morbos inquiens acutos quatuordecim diebus judicari, quaſi ipſe Hippocrates non accurate ſermone indicaſſet naturam acutorum ex decidentia aliam eſſe a natura abſolute acutorum. Longe enim ſecus eſt quam illi putant, quoniam ſi non acutorum duplicem naturam cognoviſſet, aliam abſolute acutorum, aliam ex decidentia, non ſane diſtinxiſſet appoſitione ſuam ſententiam, verum ſimpliciter dixiſſet: *Facilis ſpiratio in acutis morbis valde magnum ad ſalutem momentum habere putanda eſt.* Nunc autem quum hujusmodi dictionem ſimpliciter acutos indicaturam ſciret, non tamen ita, verum cum his etiam alia

Ed. Chart. VIII. [491.] Ed. Baſ. III. (443.)

αὐτοῖς καὶ τἄλλα περιλαβεῖν, εὐλόγως προσέθηκε πρῶτον μὲν τὸ ὁπόσα σὺν πυρετοῖς εἰσι, μηκέτι προσγράψας τοῖσι συνεχέσιν, ὅπερ ἴδιον ἦν τῶν ἁπλῶς ὀξέων· ἔπειτα δὲ καὶ τὸ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται, ὡς ἂν ἄλλων τινῶν ὄντων ὀξέων, ἃ οὐκ ἐν μ' ἡμέρῃσι κρίνεται. πανταχόθεν οὖν αὐτῷ διώρισταί τε καὶ δέδεικται σαφῶς ἡ φύσις τῶν νοσημάτων, ὑπὲρ ὧν ὁ σύμπας ἐστὶ κατὰ τὸ προγνωστικὸν λόγος. οἱ δ' ἐξηγηταὶ τὰ σαφῶς εἰρημένα ζητοῦσιν ἀσαφῆ ποιῆσαι. τὸ μὲν οὖν ὀνόματος προσθήκη λύειν ἐπιχειρεῖν ὃ πλέκουσι ζήτημα συγγνωστὸν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ποιήσουσιν οἱ οὕτω γράφοντες· εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίαν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ὁκόσα σὺν πυρετοῖς ἐστι καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται. τινὲς δὲ καὶ μὴ προσγράφοντες ἐν τῇ ῥήσει τὸ καὶ ὁκόσα, συννυπακούειν δεῖ, φασὶν, ἵν' ὁ λόγος αὐτῷ γένηται διπλοῦς, ὃ μὲν ἕτερος περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων, ὑπὲρ ὧν ἀπεφήνατο κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς, ὁ δ' ἕτερος ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ὅσα σὺν πυρετοῖς ἐστι καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται. τὸ

complecti vellet, non ſine ratione appoſuit, primum quibus febris copulatur, non adſcribens, continua, quod abſolute acutorum erat proprium; deinde, qui intra quadraginta dies judicantur, perinde ac ſi alii quidam acuti ſint, qui diebus quadraginta non judicentur. Quare undequaque morbi naturam, quo de in prognoſtico tota diſputatio eſt, clare diſtinxit Hippocrates et demonſtravit. At interpretes luculenter dicta obſcura reddere moliuntur. Quod ergo nominis appoſitione quaeſtionem quam contexunt ſolvere conentur condonandum eſt, at hoc faciunt qui ita ſcribunt: *Facilis ſpiratio in omnibus acutis morbis, quibus febris copulatur, quique intra quadraginta dies judicantur, magnam ſane vim ad ſalutem obtinere cenſenda eſt.* Nonnulli etiam non adſcribunt, *quique*, inaudiendum eſſe dicentes, ut ſermo ejus duplex fiat, alter de acutis morbis, quos in aphorismis expoſuit, alter de aliis, qui febrem junctam habent et quadraginta diebus judicantur. Quod vero

Ed. Chart. VIII. [491.] Ed. Baf. III. (443.)

δὲ μηδὲ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς οἴεσθαι τὴν ιδ' ἡμέραν κρίσιμον, ἀλλὰ κἀκεῖ δεκατέσσαρας τὰς πάσας ὑπολαμβάνειν ἀποφαίνεσθαι τὸν Ἱπποκράτην κρισίμους ἡμέρας ὑπάρχειν, εἶναι γὰρ τοσαύτας, εἴ τις ἀπὸ τῆς τρίτης, ἣ πρώτη πασῶν κρίνειν πέφυκεν, ἀριθμήσειεν ἄχρι τῆς μ', οὐ μικρᾶς καταγνώσεως ἄξιον. οὔτε γὰρ ὡς ἰατροὶ τοῦτο λέγουσιν οὔθ' ὡς ἀριθμεῖν γινώσκοντες οὔθ' ὡς ἀναγινώσκειν εἰδότες. ἰατροὶ γὰρ ὄντες ἠπίσταντό τε ἂν πρῶτον μὲν ὡς οὐδὲν τῶν ἀκριβῶς ὀξέων εἰς τὴν μ' ἡμέραν ἀφικνεῖται μὴ προκριθέν· ἔπειτα δὲ καὶ ὡς οὐδὲ τεσσαρεσκαίδεκα τὸν ἀριθμόν εἰσιν αἳ μέχρι τῆς μ' κρίσιμοι. κατὰ τοῦτο δὲ οὐδὲ ἀριθμεῖν ἄν τις αὐτοὺς ἐπίστασθαι φαίη. πλείους γάρ εἰσι τῶν δεκατεσσάρων τό τε ἀληθὲς αὐτὸ καὶ τὸ φαινόμενον ἐπὶ τῶν ἔργων σκοπουμένοις καὶ μέντοι καὶ τὸ πρὸς Ἱπποκράτους ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἰρημένον. ἔμπροσθεν δὲ παρέγραψα τὴν λέξιν ἐκείνην, ἐν ᾗ διδάσκει τὰς κρισίμους ἡμέρας ἁπάσας, εἴ τις ἀριθμεῖν ἐπίσταται, πλείους εὑρήσει τῶν ιδ' μέχρι τῆς μ' γενομένας. εἰ δὲ τὰς

nec in aphorismis decimumquartum diem decretorium, ſed illic quatuordecim omnes decretorios dies Hippocratem pronunciaſſe arbitrentur, eſſe enim tot, ſi quis a tertio, qui primus omnium decernere natus eſt, ad quadrageſimum usque numeraverit, non parvam reprehenſionem merentur. Neque enim ut medici hoc dicunt, nec ut qui numerare ſciant aut legere. Nam ſi medici eſſent, primum ſane nullum exacte acutum morbum ad quadrageſimum diem non prius judicatum pervenire ſcirent, deinde ne quatuordecim quidem numero eſſe ad quadrageſimum decretorios. In hoc autem ne vel numerare ipſos noviſſe quis jure dixerit, plures namque ſunt ac quatuordecim, iis ſane qui veritatem ipſam rerumque evidentiam inſpiciunt, item id quod Hippocrates in primo epidemiῶn ſcriptum reliquit. Superius verba ipſius appoſui, quibus decretorios dies univerſos edocet, ubi ſi quis numerare didicit, plures indubie ad quadrageſimum diem evenientes quam quatuordecim inveniet. Si quis autem ſolos eos, qui per quaternarium

Ed. Chart. VIII. [491. 492.] Ed. Baſ. III. (443.)

κατὰ τετράδα μόνας ἀριθμεῖ τις, ἴσως γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἐξελεγχόμενοι πάλιν μεταβήσονται, ἐλάττους εἰσὶν, αἱ δὲ τῶν ιδ'. ὅτι δ' οὐδ' ἀναγινώσκειν ἴσασιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες ᾧδ' ἂν μάλιστα γνοίης. εἰ μὲν οὖν ἐν τῷ προγνωστικῷ τὴν μ' ἡμέραν κρίσιμον εἶπεν εἶναι τῶν ὀξέων, ἔπειτα ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι ταῖς πάσαις ἔλεγεν αὐτὰ κρίνεσθαι, τότε γ' ἐνεχώρει τι τοιοῦτον οἷον ἐκεῖνοι λέγουσιν ἐπινοεῖν. ἐπεὶ δὲ κἂν τῷ προγνωστικῷ ἐν τεσσαράκονθ' ἡμέρῃσιν ἔφησιν αὐτὰ κρίνεσθαι, κἂν τοῖς ἀφορισμοῖς ἐν τεσσαρεσκαίδεκα, γελοιότατόν ἐστι τῆς αὐτῆς λέξεως ἄλλοτ' ἄλλως ἀκούειν. ἀμείνους δὲ τούτων οἱ μὴ ζητοῦντες τοὺς λόγους ἀποδεῖξαι, ὁμολογοῦντες ἄλλου μὲν εἶναι τοὺς ἀφορισμοὺς ἀνδρος, ἄλλου δὲ τὸ προγνωστικὸν, ἀλλ' οὗτοι θαυμαστοὶ τῆς μεγαλοψυχίας. [492] ὅτι δὲ τὸ χρήσιμον εἰς τὴν τοιαύτην διδασκαλίαν ὁ Ἱπποκράτης ἐπισκοπούμενος ἀεὶ τὰ μὲν ἁπλῶς ὀξέα τὴν ιδ' ἡμέραν ὅρον ὀρθῶς ἔφησεν ἔχειν, τῶν δ' ἐκ μεταπτώσεως ὀξέων τὰ μὲν τὴν μ', τὰ δὲ τὴν ξ', αὐτάρκως ἐπιδέδεικται.

computantur, numeret, forſan enim errare deprehenſi ad hoc rurſus devenient, pauciores ſane hi ſunt ac quatuordecim. Quod autem ne legere quidem noverint qui hujusmodi effatiunt, ſic maxime diſces. Si igitur in prognoſtico quadrageſimum diem decretorium eſſe acutorum dixiſſet, deinde in aphorismis quatuordecim diebus ſummatim eos judicari, nunc nimirum tale quippiam ac illi conſiderare licebat; at quum in opere prognoſtico quadraginta diebus judicari eos dicat et in aphorismis quatuordecim, maxime ridiculum eſt ſententiam ejus alibi aliter inaudire. Meliores his ſunt qui non ſermones demonſtrare conantur, concedentes alterius quidem hominis aphorismos eſſe, alterius prognoſticon, ſed hi ob animi magnitudinem ſunt nobis miraculo. Quod jam utilitatem hujus doctrinae ſemper inſpiciens Hippocrates, ſimpliciter quidem acutos XIV dierum terminum habere recte dixit, ex decidentia vero acutos nunc XL nunc LX diem aſſequi, abunde oſtendimus.

Ed. Chart. VIII. [492.] Ed. Baf. III. (443.)

Κεφ. ιγ. Χρὴ δὲ εἰδέναι καθόλου περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ὡς ὅσα ποσοῦ τινος εἰς μόρια διαιρουμένου γίνεται, ἔχει τὴν σωριτικὴν ἀπορίαν ἑπομένην. δεῖ τοιγαροῦν οὕτω τέμνειν ἐπιχειρεῖν ὡς μήτε τὰ πολὺ διαφέροντα μόρια συνάπτειν ἀλλήλοις, ὅπερ εἰς ὀλίγα τεμνομένου τοῦ παντὸς ποσοῦ γίνεται, μήθ' οὕτω πολλὰ ποιεῖν ὡς τὸ τῆς διδασκαλίας χρηστὸν ὑπερεκπίπτειν. ὡς οὖν ἐνδέχεται τὰ κάλλιστα διελεῖν, οὕτω μοι φαίνεται τέμνεσθαι τὰ πρὸς Ἱπποκράτους. πρῶτον μὲν γὰρ τὰ κατόξεα μέχρι τῆς ἑβδόμης ἐνδείκνυται προϊέναι, δι' ὧν, ὡς ἔφην, ἐν ἀφορισμοῖς εἶπεν ἐσχάτως χρῆναι λεπτῶς διαιτᾶν αὐτά. εἶτα μετὰ ταῦτα ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, ἄχρι τῆς ἑβδόμης τινὰς ἐν ἀσιτίᾳ φυλάττειν παντελεῖ. ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ιδ' τῶν ἁπλῶς ὀξέων τέλος ἔθετο, κἄπειτα μέχρι τῆς κ' προὔβη. αὖθις δὲ καθ' ἑκάτερον εἶδος νόσου, ἄχρι τῆς μ', καὶ αὖθις δὲ καθ' ἑκάτερον ἕως τῆς ξ', εἶτ' αὖθις ὅρον ἔσχατον τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν τὴν ρ' τε καὶ εἰκοστὴν ἐποιήσατο, τεττάρων δηλονότι μηνῶν ὑπάρχοντα

Cap. XIII. Sciendum autem eſt communiter de omnibus ejusmodi, quod quae ex quantitatis ejusdem in particulas diviſione fiunt, ſoriticam dubitationem comitem habent. Itaque ſic dividendum eſt, ut nec particulae multum alioqui differentes ſibi mutuo conjungantur, quod dum quaevis in pauca ſecatur quantitas accidit, nec adeo multas feceris, ut doctrinae utilitas excidat. Quamobrem ſiquid optime dividi poſſit, Hippocrates praeter caeteros hoc mihi feciſſe videtur. Primum peracutos ad ſeptimum usque diem pervenire demonſtrat, in quibus, ut dixi, in aphorismis tenui admodum victu tractandos eſſe praecipit, deinde in commentario de victus ratione in morbis acutis, quosdam in abſoluta inedia ſervandos eſſe usque ad diem ſeptimum, poſtea vero xiv abſolute acutis terminum ſtatuit, poſt haec ad XX procedit, rurſus alterius ſpeciei morbum ad XL, alterius itidem ad LX, poſtremo decretoriorum dierum ſupremum finem centeſimum et vigeſimum diem conſtituit, quatuor videlicet menſium tempus, deinceps alios menſium decretoriorum nu-

Ed. Chart. VIII. [492.] Ed. Baſ. III. (443. 444.)

χρόνον. ἐξῆς δὲ τὰ μὲν ἐν μηνῶν ἀριθμῷ κριτικῶν, τὰ δὲ ἐν ἑτῶν λύεσθαι λέγει. τὸ μὲν οὖν εἰς τὴν διδασκαλίαν χρήσιμον τοῦτ' ἐστι. παρεμπίπτει δέ τινα λογικὰ ζητήματα παραμυθίαν ἐπιζητοῦντα, καθάπερ, οἶμαι, καὶ τόδε, τῶν ὀξέων ὁμολογουμένων εἶναι νοσημάτων, ἔνια τὴν ιδ' ἡμέραν ὑπερβαίνοντα φαίνεται, καὶ διὰ τοῦτο καὶ Διοκλῆς οὐ τὴν ιδ', ἀλλὰ τὴν εἰκοστὴν ὅρον αὐτῶν ἐτίθετο, κατὰ (444) τοῦτο μὲν ἁμαρτάνων, ὅτι μὴ τὴν κ' μᾶλλον, ἀλλὰ τὴν κα' ὅρον αὐτῶν ἔτι ἐτίθετο, οὐ μὴν ἐκεῖνός γε πάντως σφαλλόμενος ἐν τῷ ιδ' ὑπερβαίνειν. ἴσμεν γάρ τινας τῶν ὀξέως διανοσησάντων ἑπτακαιδεκαταίους τε καὶ εἰκοσταίους κριθέντας, ὥσπερ ἀμέλει καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐπιδημίοις ἔστιν εὑρεῖν. πῶς οὖν, εἴπερ τοῦτο οὕτως ἔχει, καὶ φαίνεταί τινα τῶν ὀξέων νοσημάτων ὑπερβαίνοντα τὴν ιδ' ὅρον αὐτῶν, τήνδε τὴν ἡμέραν ἐν ἀφορισμοῖς ἐποιήσατο; πρόχειρον μὲν ἦν φάναι σπάνιον μὲν εἶναι τοῦτο, πλειστάκις δὲ θάτερον ἀποβαίνειν εἰώθεν. ἔστω δ' ὅτε τὸν Ἱπποκράτην μόνον ἀποφαίνεσθαι τὸ πλειστάκις ὀφθὲν, ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὸ σπάνιον

mero, alios annorum, ſolvi ſcribit. Atque haec doctrinae utilitas eſt. Coincidunt autem nonnullae quaeſtiones logicae, quae caſtigationem requirunt, ſicut et haec, opinor, quod morborum, qui apud omnes acuti habentur, nonnulli xiv diem excedere videantur, ideoque Diocles etiam non xiv, ſed vigeſimumprimum terminum eorum poſuit. Atque hic quidem erravit xxi magis quam xx terminum ipſis praeſtituens, quamquam non omnino falſus ſit quartumdecimum excedendo, nam quosdam qui acuto morbo laborant, xvii et xx judicatos eſſe cognovimus, uti apud Hippocratem quoque in ipſis epidemiis invenire licet. Quomodo igitur ſi hoc ita habet et quidam acuti morbi decimumquartum diem excedere videntur, terminum ipſis hunc diem in aphorismis conſtituit? promptum quidem erat dicere hoc raro, illud ſaepiſſime accidere conſuevit. Quin etiam Hippocrates aliquando ſolum id quod creberrime oculis uſurpatum eſt, pronunciat, id quod raro evenit, nullo in libro ſcribit.

Ed. Chart. VIII. [492. 493.] Ed. Baſ. III. (444.)

τιθέμενον. ἀλλὰ καὶ βαθυτέρας τινὸς ἔχεται γνώμης ἡ ἀπόφασις, ἄν τις αὐτὴν ἐξετάζῃ προσηκόντως. ὅσα γὰρ εἰς τὴν ιζ' ἡμέραν, ἢ τὴν εἰκοστὴν ἐξέπεσεν ἀκριβῶς ὀξέα νοσήματα, πάντως ἤρξατο ταῦτα καθάπερ ὑποβρύχια βραδέως τε καὶ οἷον μεμολυσμένως κινεῖσθαι. κἄπειτα τὰ μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τετράδι, τὰ δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ τὴν τῶν ἀκριβῶς ὀξέων ἀπολαμβάνοντα κίνησιν, εἰς τὴν ιζ' τε καὶ κ' ἐξέπεσεν, ἐντὸς τῆς κδ' καὶ ταῦτα τῆς ἑαυτῶν κριθέντα. τὰ γὰρ ἐν τῇ τετράδι τῶν ἡμερῶν ἀπαρξάμενα τῆς ὀξύτητος, ἔπειτα ἑπτακαιδεκαταῖα κριθέντα, δῆλον ὡς οὐχ ὑπερέβη τὴν ἑαυτῶν τεσσαρεσκαιδεκάτην. οἶδε δὲ τοῦτο καὶ αὐτὸς μὲν ὁ Διοκλῆς καὶ οἱ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες οἱ παλαιοί. φρενιτικοὺς γοῦν εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας οὐ πάνυ τι γίνεσθαί φησιν. εἰ τοίνυν τις ἀρξάμενος φρενιτίζειν, ἤτοι πεμπταῖος, ἢ ἑβδομαῖος, ἢ ἑπτακαιδεκαταῖος, ἢ εἰκοσταῖος κριθείη, [493] πρόδηλον ὡς ἐντὸς τῆς ἑαυτοῦ κδ' ἐκρίθη. κατὰ τοῦτο δὴ καὶ μάλιστα νομίζω τὴν κ' ἡμέραν εἰς ἀμφιβολίαν ἐμπεσεῖν, ἐπαμφοτερίζουσαν τῇ δυνάμει τῷ πολλάκις μὲν τὰ μετὰ τὰς πρώτας ἡμέρας, ὀξέα

At profundiorem quandam habet ſententiam pronunciatum, ſi quis ipſum commode disquiſierit. Qui namque ad xvii diem aut xx prorſus acuti morbi exciderunt, hi plane inceperunt tanquam ſubmerſilento motu gravique moveri, deinde alii in primo quaternario, alii in ſecundo exacte acutorum motum recipientes ad xvii et xx exciderunt, quamquam et hi intra xiv ſuum judicati ſint, nam in dierum primo quaternario vehementiam incipientes, deinde decimoſeptimo judicati, decimumquartum ſuum diem non exceſſerunt. Novit hoc quoque Diocles ipſe et alii prope omnes veteres. Phreniticos ſane a primo die ſtatim non adeo fieri ait. Igitur ſi quis phrenitide quinto die laborare coeperit et xvii judicatus fuerit, vel inceperit ſeptimo die et judicatus fuerit vigeſimo, nulli dubium hunc intra xiv ſuum diem judicatum fuiſſe. In hoc jam maxime etiam xx diem ambiguitatem adferre puto, quippe qui potentiae ancipitem naturam habeat, tum quod ſaepe poſt primos dies morbos acutos factos judi-

Ed. Chart. VIII. [493.] Ed. Baſ. III. (444.)

νοσήματα γενόμενα κρίνειν, ἐνίοτε δὲ ἐπικρίνειν τὰ προκριθέντα. τῶν γὰρ ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ὀξέων οὐδὲν εἰς ταύτην ἐμπίπτει μὴ προκριθέν. εἰ δ' ἔν τινι τῶν ἔμπροσθεν ἡμερῶν ἐλλιπῶς κεκριμένον αὖτη τελείως ἀπαλλάξειεν, οὐκ ἀναιρεῖ τὸ τῶν ὀξέων νοσημάτων τὴν ιδ' εἶναι πέρας. ὅσα δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν ὑποβρύχιά τε καὶ μολυνόμενα φανεῖται καὶ μετὰ ταύτην ἕως τῆς μ' τοιαῦτα μείναντα, πάλιν ἐπιταθῇ, ταῦτα χρόνια δικαίως ἄν τις ὀνομάσειεν. ὥσπερ γε τῶν ὀξέων μὲν σαφῶς παθῶν, ἀλλ' ἔν τινι τῶν πρὸ τῆς κ' κριθέντων οὐκ ἀσφαλῶς, εἶτα διαλιπόντων, κἄπειθ' ὑποστρεψάντων, εἶτ' αὖθις ὀξέων γινομένων, κἄπειτ' ἐν τῇ μ' κριθέντων, διαπορήσειεν ἄν τις, εἴθ' ἁπλῶς ὀξέα καλεῖν αὐτὰ προήκει, εἶτ' ἐκ μεταπτώσεως ὀξέα, πολὺ δὲ μᾶλλον εἰ χρόνια. ἐν μὲν δὴ τοῖς ἀμφιβόλοις τε καὶ ἀσαφέσιν οὐ χρὴ ζητεῖν ἀπόφασιν ἀσφαλῆ. κατὰ γὰρ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ἀεὶ χρὴ γίνεσθαι τὰς ἀποφάσεις ἀσφαλεῖς. ἐν οἷς δέ ἐστιν ἡ τῶν πραγμάτων φύσις ἀκριβῶς ἁπλῆ, σαφῆ καὶ ἁπλῆν ἐνταῦθα χρὴ ποιεῖσθαι τὴν ἀπόφασιν. ἐπεί τοι καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς ἀφορισμοὺς ὁ Ἱπποκράτης, ἡνίκα τὴν ιδ' ἡμέραν ὅρον ἔθετο τῶν

cet, interdum de prius judicatis iterum decernat, nullus enim a primo die acutus in hunc illabitur, qui non prius judicatus ſit. Sin autem in priore quodam die imperfecte judicatus, ipſe quum prorſus liberaverit, non impedit quo minus acutorum morborum xiv dies terminus exiſtat. Qui vero ab initio ſubmerſi lentique appareant et inde ad XL tales perdurantes rurſus intendantur, hos jure diuturnos appellaveris. Quemadmodum acutos quidem manifeſto, ſed qui ante XX non ſecure judicati ſunt, deinde remiſerint, poſt haec reverſi mox rurſus acuti facti fuerint, noviſſime XL die judicati, dubitaveris abſolutene an ex decidentia acuti nominandi veniant, imo magis an diuturni. Quippe in ambiguis et obſcuris certum judicium quaerere non oportet, nam pro rerum natura ſententiam ſemper pronunciare convenit, ubi vero rerum natura ſimplex prorſus eſt, ibi et manifeſto et ſimpliciter pronunciandum eſt, quoniam et Hippocrates in ipſis aphorismis, quum xiv diem acutis morbis

Ed. Chart. VIII. [493.] Ed. Baſ. III. (444.)

ὀξέων νοσημάτων, εὐθὺς καὶ τῆς ιζ' ἐμνημόνευσε γράφων ὡδί· θεωρητὴ πάλιν ἡ ιζ'· αὕτη γάρ ἐστι δ' μὲν ἀπὸ τῆς ιδ', ζ' δὲ ἀπὸ τῆς ια'. ἐμφαίνει γὰρ κἀνταῦθα περὶ τῆς κ' ὡς ἂν δευτέρου τινὸς ὅρου τῶν ὀξέων. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον αὐταρκες ἤδη μῆκος ἔχει, καταπαύσω τῇδε τὸν ἐνεστῶτα λόγον. ὅσον δ' ὑπόλοιπόν ἐστι τῆς περὶ κρισίμων ἡμερῶν θεωρίας ἐν τῷ μετὰ τοῦτο σύμπαν εἰρήσεται.

finem ſtatuiſſet, ſtatim etiam decimiſeptimi his verbis meminit: *Contemplabilis rurſus decimusſeptimus eſt; hic enim quartus a decimoquarto, ſeptimus ab undecimo eſt;* ſignificat namque hic vigeſimum tamquam ſecundum quendam acutorum terminum. Quoniam vero hic liber magnam ſatis prolixitatem modo habet, finire ipſum jam cogito. Quod de dierum decretoriorum ſpeculatione reliquum eſt, id univerſum in tertio exequar.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΙΜΩΝ ΗΜΕΡΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

Ed. Chart. VIII. [493. 494.] Ed. Baſ. III. (444.)

Κεφ. α'. Ὅτῳ δὲ καὶ τὰς αἰτίας ἐσκέφθαι κάλλιον εἶναι δοκεῖ δι' ἃς οὐκ ἐν ἁπάσαις ἡμέραις αἱ νόσοι κρίνονται, τούτῳ καὶ τάδε σύγκειται. χρὴ μέντοι καὶ τὰς ἀρχὰς τῆς εὑρέσεως τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν αὐτῶν ὁμολογεῖσθαι, [494] *καθότι κἂν τῷ πρὸ τούτου γράμματι λέλεκται. διτταὶ δ' εἰσὶν αὗται κατὰ γένος, ὑπὸ μὲν τῆς πείρας ἐναργῶς μαρτυρούμεναι, τῷ τε μὴ πᾶσαν ἡμέραν ὁμοίως εἶναι κρίσιμον, ἰσχυροτάτην δὲ δύναμιν ὑπάρχειν ταῖς καθ' ἑβδομάδα περιόδοις, δευτέραν δὲ ταῖς κατὰ τετράδα, παρεμπίπτειν δέ τινας*

GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBER III.

Cap. I. Qui jam cauſas cur non in omnibus diebus morbi judicentur conſiderare melius eſſe duxerit, is haec ſibi compoſita eſſe cenſeat. Et quidem inventionis dierum decretoriorum principia fateri convenit, quemadmodum etiam ſuperiore commentario dictum eſt. Sunt autem genere duplicia, nempe experimentum et ratio. Experimentum ſane quod non omnes ſimiliter dies de morbis decernant, evidens affert teſtimonium, quodque circuitus ſeptimani validiſſima ſint virtute praediti, poſt hos quaternarii,

Ed. Chart. VIII. [494.] Ed. Baſ. III. (444.)

ἔξω τούτων. ἀλλὰ καὶ τὸ μήτε πάσας ἀλλήλων διεζεῦχθαι τὰς ἑβδομάδας, ἀλλὰ καί τινας ἐξ αὐτῶν καὶ συνάπτεσθαι, μήτε πάσας τὰς τετράδας, ἀλλὰ καὶ τούτων τὰς μὲν διαζεύγνυσθαι, τὰς δὲ καὶ συνάπτεσθαι καὶ τὸ τὰς κρίσεις γίνεσθαι τοὐπίπαν ἐν μὲν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν ἐν περιτταῖς ἡμέραις, ἐν δ' αὖ τοῖς χρονίοις ἐν ταῖς ἀρτίαις, ἅπαντά γε τὰ τοιαῦτα περὶ ὧν ἔμπροσθεν εἴρηται, πρὸς τῆς ἐμπειρίας ἱκανῶς μαρτυρεῖται. τῷ λόγῳ δ' ἐξιχνεύουσιν ἡμῖν τὰς τούτων αἰτίας ἐφαίνετο δύο ἀρχὰς θέσθαι χρῆναι τὰς πρώτας ἁπάντων τῶν γινομένων, ἄτακτον μὲν τὴν ἐκ τῆς ἐνταῦθ' ὕλης ὁρμωμένην, ἐν τάξει δέ τινι καὶ κόσμῳ προϊοῦσαν ἀεὶ τὴν ἐκ τῶν κατ' οὐρανὸν, ἅπαντα γὰρ τὰ τῇδε πρὸς ἐκείνων κοσμεῖται. καὶ δὴ καὶ νῦν ἐπὶ συναμφοτέροις, τοῖς τε ἐκ τῆς πείρας γνωσθεῖσι καὶ οἷς ὁ λόγος ὑφηγήσατο, πειρᾶσθαι χρὴ πάντων τῶν κατὰ τὸν λόγον, καὶ κατ' αὐτὴν πεῖραν τῶν κατὰ τὰς κρισίμους ἡμέρας ἐξευρίσκειν τὰς αἰτίας ἐνθένδε ποθὲν ἀρχομένους.

Κεφ. β'. Πάντων μὲν τῶν ἄνωθεν ἄστρων ἀπολαύο-

quidam vero extra hos coincidant, imo quod nec omnes ſeptimanae invicem ſeparentur, ſed aliquae ipſarum etiam conjungantur, nec omnes quaternarii, ſed ex iis quoque alii ſejungantur, alii conjungantur, inſuper quod acutis morbis impari dierum numero, longis pari, judicia maxima ex parte accidant. Omnia hujusmodi quae prius recenſui, experientia ſatis approbat. Porro cauſas horum ratione nobis indagantibus, duo prima omnium quae fiunt, primordia eſſe ſtatuenda videntur: inordinatum videlicet, quod ex hac mundi materie proficiscitur, ordine vero quodam ornatuque procedens ſemper, quod caeleſtibus orriginem refert acceptam, omnia ſiquidem in hoc orbe ab illis decus ornamentumque capeſſunt. Atque jam et nunc ex his duobus principiis, quae ex experientia cognita ſunt et ratio ſuppeditavit, omnium quae ratione et experientia ipſa, in diebus decretoriis intelliguntur, cauſas invenire conabimur, hinc facto ſermonis exordio.

Cap. II. Omnium certe ſuperiorum aſtrorum po-

Ed. Chart. VIII. [494.] Ed. Baſ. III. (444.)

μεν τῆς δυνάμεως, ἀλλ' ὁ μάλιστα κοσμῶν τὰ τῇδε καὶ ῥυθμίζων καὶ διατάττων ὁ ἥλιός ἐστιν. οὐ γὰρ δὴ ἄλλος γέ τις ἦρος καὶ θέρους, φθινοπώρου τε καὶ χειμῶνος αἴτιος, οὐδ' ἄλλος ἐπιφανῶς οὕτως οὔτ' ἐξ ἰλύος γηΐνης ζῶα γεννᾷν πέφυκεν, οὔτε καρποὺς τελειοῦν, οὔτ' εἰς ὀχείαν τε καὶ τὴν τοῦ γένους διαμονὴν ἐκκαλεῖσθαι τὰ ζῶα. μεγάλα μὲν καὶ τὰ τῆς σελήνης ἔργα περὶ τὴν ἐνταῦθα οὐσίαν, ἀλλὰ τῶν ἡλίου δεύτερα. καὶ γὰρ ἀεὶ τοὺς μῆνας αὕτη διατάττει, καὶ μάλιστ' ἐπιφανῶς ἐν τοῖς θαλαττίοις ζώοις. ἀλλά τοι καὶ αὐτὸ τοῦτο δι' ἥλιον ἔχει. νέον μὲν γὰρ αὐτῇ τὸ φῶς, ὅταν ἡλίου πρῶτον ἀπολαύει, τοσοῦτον δὲ αὐτῆς ἀεὶ πεφώτισται μέρος, ὁπόσον ὁ ἥλιος ὁρᾷ. τελέως δ' ἐκλείπει καὶ ἀφώτιστος γίνεται τῆς γῆς ἐπισκοτούσης αὐτῇ, ὥστε ἐκ τῶν πρὸς ἥλιον ἀποστάσεων ἁπάσας ἔχει τὰς μεταβολάς. καὶ γὰρ καὶ πλήρης ἐστὶν, ἐπειδὰν διάμετρος ᾖ, καὶ διχότομος, ἐπειδὰν τετράγωνος, καὶ ἀμφίκυρτος, ἐπειδὰν τρίγωνος, καὶ μηνοειδὴς, ἐπειδὰν ἑξάγωνος, καὶ νέα τότε πρῶτον, ὅταν ἀπὸ συνόδου

tentia fruimur, verum qui maxime hunc orbem exornat et concinnat et diſponit eſt ſol, quippe veris, aeſtatis, autumni et hiemis auctor alius nemo extat, nec alius tam manifeſto vel ex terreſtri limo animalia generare poteſt, neque fruges maturare, neque ad coitum et generis propagationem animantia provocare. Magna ſane et lunae opera in hanc rerum ſubſtantiam apparent, verum ſolis effectibus poſteriora. Etenim menſes haec perpetuo diſponit, idque evidenter adeo in marinis animalibus, quanquam et hoc ipſum ſolis beneficio habet. Novum enim ipſa lumen ſortitur, quum ſole primum fruitur. Tanta vero ejus portio ſemper illuminata eſt, quantam ſol aſpicit. Prorſus autem deficit lucisque expers redditur, ubi terra ſuo interventu ipſam obtenebrat. Quapropter ut illa diſtat a ſole omnes mutationes ſuſcipit, etenim plena eſt, quum diametra eſt, aequa proportione diviſa, ſeu ſemilunaris, quum quadrangula eſt, utrinque gibba, quum triangnla, et ſalcatam ſpeciem refert, ubi ſexangula eſt, atque tunc primum nova eſt, quum poſt ſolis

Ed. Chart. VIII. [494. 495.] Ed. Baſ. III. (444. 445.)

φαίνηται καὶ ἀφανὴς παντάπασιν, ἐπειδὰν ὑπ' ἐκείνου περιλάμπηται. καὶ καρποὺς οὖν παχύνει καὶ τὰ ζῶα πιαίνει καὶ τὰς τῶν καταμηνίων ταῖς γυναιξὶ προθεσμίας διαφυλάττει καὶ τὰς τῶν ἐπιλήπτων τηρεῖ περιόδους, ἐξ ὧν ἡλίου πλέον, ἢ ἔλαττον μεταλαμβάνει. πάντα μὲν γὰρ ἃ δρᾷν πέφυκεν, ἀμυδρὰ γίνεται, μηνοειδοῦς γενομένης αὐτῆς· (445) ἅπαντα δὲ ἰσχυρὰ πεπληρωμένης, ὥστε καὶ τοὺς καρποὺς ἐν τῷδε πεπαίνει καὶ αὐξάνει τάχιστα καὶ τὰ νεκρὰ σώματα διασήπει καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν αὐγὴν αὐτῆς κοιμηθέντας, ἢ καὶ ἄλλως ἐπιπλέον διατρίψαντας, ὠχροὺς καὶ καρηβαρικοὺς ἀπεργάζεται. [495] ὡς μὲν οὖν ἡλίου σελήνη τὰ πάντα δεῖται, οὕτω δ' ἥλιος εἰς οὐδὲν τῶν μεγίστων οὔτ' ἄλλου τινὸς ἄστρων οὔτ' αὐτῆς τῆς σελήνης. οὐδεὶς γὰρ ὁ κωλύσων αὐτὸν οὐ θέρος δημιουργεῖν, ἡνίκα κατὰ κορυφὴν ἡμῶν ἵστηται, οὐ κρύος ἐπιφέρειν, εἰ ταπεινὸς ἐπιφέρηται, οὐκ ἰσημερίας διατάττειν ἑκατέρας, εἰ συμμέτρως ἦ λοξός· ἀλλ' αὐτὸς μὲν οἷον βασιλεύς τις μέγιστός ἐστιν, ἡ σελήνη δ' ὕπαρχος οὐ σμικρός. ἐν μέσῳ τε γὰρ ἐκείνου καὶ ἡμῶν τεταγμένη τὸν περίγειον εἰκό-

congreſſum apparet, obſcurata omnino, quum ſolis lumine circumvallatur. Igitur fructus auget incraſſatque, animantia implet, ad haec menſtruorum ſtatum tempus mulieribus conſervat, item comitialium circuitus cuſtodit, inde quod ſolis plus vel minus participat. Omnia ſiquidem haec facere nata eſt, ubi falcis figuram repraeſentat, languida fiunt, valida omnia, quum plena fuerit. Quapropter et fructus interea adauget maturatque celerrime, mortua corpora putrefacit, ſomnoque ſopitis ſub ejus lumine, vel aliter diutius immoratis, pallorem et capitis gravitatem conciliat. Ut igitur luna ſolis auxilio in omnibus indiget, ita ſol ad nullam rem maximam vel alterius cujusdam aſtri, vel ipſius lunae operam deſiderat. A nullo enim impeditur, quo minus aeſtatem faciat, quum in vertice noſtro conſiterit, aut frigus adducat, ſi humilis feratur, aut aequinoctium utrumque disponat, ſi mediocriter obliquus ſit, ſed ipſe velut rex quispiam maximus eſt, luna vero ut hyparchus non exiguus; inter illum enim et nos media conſtituta, ter-

Ed. Chart. VIII. [495.] Ed. Baſ. III. (445.)

τως ἐπιτροπεύει τόπον, οὐ δυνάμεως ὑπεροχῇ παρὰ τοὺς ἄλλους πλανήτας, ἀλλ' ἐγγύτητι πλεονεκτοῦσα. διὰ τοῦτο πάντως μὲν κρύος κατέχει τὸν παρ' ἡμῖν τόπον, ἐπειδὰν ὁ ἥλιος εἰς τὰ χειμέρια τρέπηται, καὶ πάντως θάλπος, ἐπειδὰν κατὰ κορυφὴν ἡμῶν ἢ πλησίον τε ταύτης φέρηται. τὰς κατὰ μέρος δ' ἐν ἑκάστῳ τῶν μηνῶν ἡμέρας ἡ σελήνη διατάττει, σμικρᾶς μεταβολῆς ἔξουσίαν ἔχουσα. καὶ ταύτην οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐξ ὧν ὑφ' ἡλίου βλέπεται.

Κεφ. γ'. Σφοδρότεραι μὲν οὖν αἱ μεταβολαὶ κατὰ τὰς πρὸς ἥλιον αὐτῆς εἰσι συνόδους καὶ προσέτι τὰς πανσελήνους φάσεις ὀνομαζομένας· ἐλάττους δὲ τούτων ἐν ταῖς διχοτόμοις, ἀμυδραὶ δ' ἐν ταῖς ἀμφικύρτοις τε καὶ μηνοειδέσιν. ἰσχυροτάτων μὲν γὰρ εἰς ἀλλοίωσιν τῶν ἔμπροσθεν ὄντων τῷ συνεῖναί τε καὶ καταλάμπεσθαι, φαινομένη γὰρ τέως, ἀφανὴς νῦν ἐστιν, ἐφεξῆς δ' ἡ διάμετρος στάσις, ὡς ἂν διορίζουσα καὶ δίχα τέμνουσα τὰς ἐναντιωτάτας τῆς σελήνης διαθέσεις, ἰσχυροτάτη τῶν ἄλλων ἐστίν. ὅτι δ' ἐναν-

reſtrem regionem merito gubernat, non potentia caeteros planetas, ſed vicinitate exuperans. Hujus rei gratia omnino frigus locum noſtrum occupat, quum ſol ad hiemalem plagam declinaverit, tunc calor omnino nos exercet, ubi ſupra verticem noſtrum aut prope ipſum fertur. Luna vel particulares cujusque menſis dies diſponit, parvae mutationis facultatem habens, eamque non ſimpliciter ex ſe, verum ex ſolis aſpectu conſequitur.

Cap. III. Vehementiores itaque mutationes eveniunt ubi ipſa cum ſole coit, inſuper in apparitionibus plenilunii, minores his contingunt dum dimidia apparet, imbecillae, dum utrinque gibba et falcata videtur. Nam validiſſima eorum quae prius erant mutatio committitur dum luna cum ſole coit ac ejus lumine circumvallatur, quippe quae prius apparebat, nunc nulli conſpicitur. Dein diametra lunae ſtatio tanquam diſtinguens in binasque partes ſecans contrarias maxime lunae diſpoſitiones, aliarum omnium eſt validiſſima; quod vero incrementum diminutioni maxime ſit

Ed. Chart. VIII. [495.] Ed. Baſ. III. (445.)

τιωτάτη διάθεσις αὔξησις μειώσει, οὐδὲν δέομαι δεικνύειν. ἐφεξῆς δὲ ταύτης τῆς συνόδου τε καὶ τῆς πανσελήνου αἱ διχότομοι εἰς δύο μέσον ἑκάτερα τέμνουσα, τὸν μὲν τῆς αὐξήσεως χρόνον ἡ προτέρα, τὸν δ' αὖ τῆς μειώσεως ἡ δευτέρα. πάντων δ' ἔσχαταί τε καὶ ἀμυδρόταται τροπαὶ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος ἐν ταῖς μηνοειδέσι καὶ ταῖς ἀμφικύρτοις φάσεσι γίνονται, καὶ μᾶλλόν γε ἐν ταῖς ἀμφικύρτοις· οὐδεμία γὰρ ἐν αὐταῖς μεγάλη μεταβολὴ, καθάπερ ἐν ταῖς μηνοειδέσιν. ὥστε οὐδὲ Ἄρατος κακῶς αὐτῶν κατεφρόνησεν, ὡς ἂν ἀμυδρῶν ὑπαρχουσῶν, ἐπαινεῖν τε χρὴ τοὺς γράψαντας ὑπὲρ αὐτῶν ὡς οὐδὲ τὸ σμικρότατον παραλιπόντας. ἴδιον δ' ἐξαίρετον αἵ τ' ἐν ταῖς πανσελήνοις τροπαὶ καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον αἱ κατὰ τὰς συνόδους ἴσχουσιν, αἱ μὲν γὰρ ὀξυτάτας εὐθὺς ποιοῦνται τὰς μεταβολὰς, αἱ σύνοδοι δ' ἀνωμάλους τε καὶ χρονίας. οὐδὲν γὰρ ἔχεις σαφῶς ἀποφῆσαι, πρὶν φανῆναι τὴν σελήνην. πολὺς δ' οὗτος ὁ χρόνος ὁ τῆς κρύψεώς ἐστιν ὅλου σχεδὸν τοῦ ζωδίου. τὴν δ' ἐκ τῆς αὐξήσεως εἰς τὴν μείωσιν μεταβολὴν ἀκριβῶς διορίζει στιγμὴ, καὶ ταύτην ἡ σελήνη

contraria diſpoſitio, oſtendere non eſt opus. Deinde poſt hunc congreſſum et plenilunium duae dichotomi medium utraque ſecans, augmenti tempus prior, diminutionis altera. At omnium extremae imbecillimaeque aëris nos ambientis converſiones in falcatis et in utrinque gibbis apparitionibus fiunt, magis autem in utrinque gibbis, nulla ſiquidem in eis magna mutatio ſicut in falcatis apparet. Quare nec Aratus male ipſas neglexit, tanquam imbecillas exiſtentes, convenitque eos laudare, qui de eis ſcripſerint, tanquam ne vel minimum quidem omittentes. At in pleniluniis converſiones et his adhuc magis in congreſſibus, proprium hoc praeter caeteras habent, illa ſiquidem celerrimas ſtatim mutationes faciunt, congreſſus vero inaequales et diuturnas; quid enim ante lunam apparentem manifeſto pronuncies non eſt. Longum autem hoc tempus occultationis eſt, integri fere ſigni ſpatium explens, mutationem vero ex incremento ad diminutionem punctum exacte definit, liquetque hoc lunam mo-

Ed. Chart. VIII. [495. 496.] Ed. Baſ. III. (445.)

δῆλον ὡς ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ παραλλάττει. κατὰ λόγον μὲν οὖν ὀξεῖαι μὲν αἱ πανσέληνοι καὶ χρόνιαι δὲ αἱ συνοδικαὶ μεταβολαί. καὶ γὰρ ὁ τῆς κρύψεως χρόνος ὅμοιος ἑαυτῷ καὶ ὁ τῆς πρώτης φάσεως ἐγγὺς κρύψεως, καὶ τῇ σμικρότητι τοῦ φαινομένου τῆς πανσελήνου μορίου, καὶ τῇ τῆς αὐγῆς ἀμυδρότητι, καὶ τῷ βραχυχρονίῳ τῆς ὑπεργείου φορᾶς.

Κεφ. δ'. [496] Ἀσφαλὴς οὖν ἡ κρίσις ἀποτελεῖται τῆς ἐν ὅλῳ τῷ μηνὶ γενησομένης καταστάσεως ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν, ἐν ᾗ πρώτη καὶ σαφὴς ἡ σελήνη καὶ χρόνον ἀξιόλογον ὑπὲρ γῆς ἤδη φαίνεται καὶ φῶς αἰσθητὸν ἀποπέμπει καὶ σκιὰν ἐναργῶς δείκνυσιν. ἡ πρώτη δ' ἡμέρα μέχρι τοσούτου τὴν σελήνην ὑπὲρ γῆς ἔχει φερομένην, μέχρις ἂν ἔτι καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἐπέχῃ τὸ μετὰ τὴν δύσιν, ὥστ' ἐν ταύτῃ μὲν τῷ τοῦ ἡλίου συγκαταδύεται φωτὶ, πολλάκις δὲ καὶ προκαταδύεται. πρῶτον δὲ σαφὴς ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν φαίνεται, καὶ ποτὲ μὲν μᾶλλον, ποτὲ δ' ἧττον. καὶ τοῦτο δ' αὐτῇ συμπίπτει παρὰ τὸ ποσὸν τῆς πρὸς ἥλιον ἀποστάσεως. αὐτὸ δὲ τὸ ποσὸν τῆς ἀποστάσεως διά τε τὴν ἰδίαν τῆς

mentaneo tempore pertranſire. Itaque vere celeres plenilunii mutationes ſunt, diuturnae conjunctionales, nam occultationis tempus ſibi ipſi ſimile eſt et primae apparitionis tempus occultationi vicinum eſt, tum propter parvitatem ejus particulae, quae de tota luna apparet, tum ob luminis imbecillitatem, tum ob brevitatem temporis, quo ſupra terram fertur.

Cap. IV. Tuta igitur criſis evadat, quum in toto menſe ſtatus in ſecundo die accidet, quo primo et manifeſto luna et longo ſatis tempore ſuper terram jam apparet et lumen ſenſile de ſe mittit, ad haec umbram evidenter. Primus autem dies tamdiu lunam ſupra terram vagantem habet, quamdiu is adhuc quoque ſolis lumen, quod poſt occaſum eſt, retinet; quare in hoc luna ſimul cum ſolis lumine occidit, ſaepe vero et prior eſt occidiva; primum vero manifeſta in ſecundo die apparet, nunc quidem magis, nunc vero minus. Atque hoc ei accidit pro quantitate diſtantiae a ſole, haec autem ipſa quantitas diſtantiae tum propter pe-

Ed. Chart. VIII. [496.] Ed. Baſ. III. (445.)

σελήνης γίνεται κίνησιν, οὐ γὰρ ἴσον ἀεὶ κινεῖται, καὶ διὰ τὴν τοῦ πλάτους ἐξάλλαξιν, καὶ διὰ τὴν τῶν ζωδίων δύσιν οὐκ ἰσόχρονον οὖσαν, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι διὰ τὸν τῆς προγεγονυίας συνόδου καιρὸν, ὥστ᾽ οὐκ ἀεὶ μὲν εἷς ὁ χρόνος ἐστὶν ἐν ᾧ φαίνεται σαφῶς ἡ σελήνη. τοὐπίπαν δὲ τρεῖς ἡμέρας τὰς περὶ σύνοδον ἢ ἀόρατος γίνεται τελέως, ἐν αἷς οὔπω τὰ παρ᾽ ἡμῖν ἀλλοιοῦν ἱκανή. καί πως εἰς ταὐτὸν ὁ χρόνος αὐτῆς συμβαίνει τῆς τ᾽ οἰκείας περιόδου τῆς τ᾽ εἰς ἡμᾶς ἐνεργείας. ἡ μὲν γὰρ περίοδος ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν ἐστιν, ἐπιλαμβανουσῶν τρίτον ἐγγιστα μέρος· ἐν τῷ τοσούτῳ γὰρ χρόνῳ τὸν τῶν ζωδίων κύκλον ἅπαντα διέρχεται· ἡ δὲ τῆς πρὸς ἡμᾶς φάσεως, ὅτι καὶ ἥδε πρὸς τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ὁμολογεῖ, σαφῶς εἴρηται, τοῦ παντὸς χρόνου μηνιαίου τὸν τῆς κρύψεως ἀφελών. ὅτι δ᾽ ὁ μηνιαῖος χρόνος οὐ τελέως τριάκοντά ἐστιν ἡμερῶν, ἀλλ᾽ ἡμισύ που, καὶ τούτῳ προσδεῖ μιᾶς ἡμέρας, Ἱππάρχῳ μὲν ἀποδέδεικται δι᾽ ἑνὸς ὅλου βιβλίου, γινώσκεται δὲ ἤδη καὶ τοῖς ἰδιώταις σχεδὸν ἅπασιν ὡς τῶν μηνῶν ὁ μὲν ἕτερος ὁ κυλλὸς ὑπ᾽ αὐτῶν ὀνομαζόμενος ἐννέα καὶ κ΄

liarem lunae motum fit, non enim ex aequo ſemper movetur, tum propter latitudinis immutationem, tum propter ſignorum occaſum non aequali tempore evenientem, inſuper ob praeteriti congreſſus tempus. Unde non ſemper unum tempus eſt, quo clare luna conſpicitur, ut plurimum tamen tribus diebus, qui circa congreſſum ſunt, plane inviſibilis fit, in quibus nondum haec terrena immutare poteſt. Et quodam modo tempus tum peculiaris ejus circuitus tum in nos actionis in idem recidit; etenim circuitus vicenis diebus ſeptenisque et tertia fere diei parte peragitur, in tanto enim tempore totum ſigniferi circulum percurrit; at quo nobis luceſcit, circuitus quod is quoque eidem conveniat numero, plane intelliges, ſi occultationis tempus de toto menſtruo eximas. Quod autem menſtruum tempus non omnino triginta diebus conſtet, ſed minus unius diei fere dimidio, Hipparchus integro uno libro demonſtravit. Quin et vulgus jam prope univerſum novit menſium alium, quem Graeci nominant mutilum et imperfectum, dies vigintinovem

Ed. Chart. VIII. [496.] Ed. Baſ. III. (446.)

ἡμερῶν ἐστιν, ὁ δ' ἕτερος ὁ πλήρης τριάκοντα. χρὴ γὰρ ἀμφοτέρων ἐννέα καὶ πεντήκοντα γίνεσθαι τὰς πάσας, εἴπερ ὅλως ἐστὶν ἑκάτερος ἡμίσους ἀποδέων τριάκοντα.

Κεφ. ε'. Ὥσπερ οὖν τὸν ὅλον ἐνιαυτὸν ὁ ἥλιος, οὕτως ἡ σελήνη διατάττει τὸν μῆνα, καθ' ἑβδομάδας τῆς ἀλλοιώσεως ἐν αὐτῇ γιγνομένης. ἀπό τε γὰρ τῆς πρώτης φάσεως ἐπὶ τὴν διχότομον, ἀπό τε ταύτης ἐπὶ τὴν πανσέληνον ἑκάτερος μὲν ὁ χρόνος ἡμερῶν ἐστιν ἑπτὰ, συναμφότερα δὲ τεσσαρεσκαίδεκα. κατὰ ταὐτὰ δὲ κἂν εἰ μετὰ τὴν διχοτομηνιαίαν ἕως τῆς δευτέρας διχοτόμου συναριθμήσῃς, ἑπτὰ καὶ ταύτας εὑρήσεις τὰς ἡμέρας, καὶ τὰς λοιπὰς δὲ τὰς μέχρι τοῦ παντελῶς ἀφανισθῆναι τὴν σελήνην ἑπτά. τὸ δ' ὅτι μεταβάλλει μεγάλας μεταβολὰς ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ ἔν τε τῷ πρώτως κρύπτεσθαι καὶ πάλιν αὖ πρώτως φαίνεσθαι τὴν σελήνην, οὔτ' ἄλλος τις τῶν ἀνθρώπων ἀγνοεῖ καὶ μάλιστα πάντων οἷσπερ δὴ καὶ μάλιστα μέλει τούτων, γεωργοῖς τε καὶ ναύταις, καὶ στάσιν γε καλοῦσι τηνικαῦτα τοῦ ἀέρος, ἐπειδὰν ἡ σελήνη πρώτως φανεῖσα κατά τινα τῶν

obtinere, alium nempe abſolutum, triginta. Nam univerſos amborum dies quinquagintanovem eſſe oportet, ſiquidem uterque omnino triginta minus dimidia diei parte continet.

Cap. V. Quemadmodum igitur annum integrum ſol disponit, ita luna menſem mutatione per ſeptimanas ei accidente. Nam a prima apparitione ad dichotomum et ab hac ad plenilunium utrumque quidem per ſe tempus dierum eſt ſeptem, ambo vero ſimul quatuordecim. Simili modo ſi inde, ubi ipſa aequali portione menſem dividit, usque ad ſecundam dichotomum connumeraveris, ſeptem et hos invenies dies, reliquos etiam qui usque ad abſolutam lunae occultationem ſunt, ſeptimum. Caeterum aëra nos ambientem magnas ſuſcipere mutationes, dum luna primum occultatur et rurſus primum apparet, nemo mortalium ignorat, maxime ii quibus hoc ſtudii eſt, agricolae et nautae, qui ſtatum aëris tunc vocant, quum luna primum apparens ſecundum aliquem ventum ſtet. Quamobrem Aratus quo-

Ed. Chart. VIII. [496. 497.] Ed. Baſ. III. (445. 446.)

ἀνέμων ἱστῆται. λέγει γοῦν που καὶ ὁ Ἄρατος ἀληθέστατα λέγων, ἀπὸ τῆς πρῶτον ἀπὸ συνόδου φανείσης σελήνης·

[497] Εἰ δέ κεν οἱ κεράων τὸ μετήορον εὖ ἐπινεύοι,
Λειδέχθαι Βορέω, ὅτε δ' ὑπτιά εἰσι, Νότοιο.
Αὐτὰρ ἐπὴν τριτόωσαν ὅλην περὶ κίκλος ἑλίσσῃ,
Πάντῃ ἐρευθόμενος, μάλα κεν τότε χείμερος εἴη.

καὶ μὲν δὴ καὶ ταῦτα λέγει κατὰ τὴν αὐτὴν βίβλον·

Σήματα δ' οὔτ' ἄρα πᾶσιν ἐπ' ἤμασι πάντα τέτυκται.
Ἀλλ' ὅσα μὲν τριτάτῃ τε τεταρταίῃ τε πέληται,
Μέσφα διχαιομένης, διχάδος γε μὲν ἄχρις ἐπ' αὐτὴν
Σημαίνει διχόμηνον. ἀτὰρ πάλιν ἐκ διχομήνης
Ἐς διχάδα φθιμένην. ἔχεται δέ οἱ αὐτίκα τετρὰς,
Μηνὸς ἀποιχομένου, τῇ δὲ τετάρτῃ ἀπιόντος.

οὐκ εἰς ἅπαντά φησι τὸν ἐξ ἀρχῆς χρόνον ἐξαρκεῖν τὰ σημεῖα τῆς πρώτης φάσεως, μεταβολὰς δέ τινας φέρειν τάς (446) τε

dam loco veriſſime ſcribit de luna, ubi primum poſt coitionem apparuerit, modo inquiens:

Cynthia ſi cornu, quod ſi ſuſtollit in altum,
Incurvum ſpecie velut annuat, adfore caelo
Saeva procelloſi praedicet ſlabra aquilonis.
Rurſus eo veniet pluvius Notus, hanc ubi partem
Pone ſupinari conſpexeris, inque reclivem
Sponte habitum, verum ſi lumen tertius ortus
Proferat, atque Deae convolvat circulus oras
Suffuſus rutilo, mox tempeſtate ſonora
Spumoſum late pelagus caneſcere cernes.

Quinetiam haec in eodem libro ſcribit:

Non unum deprehenſa diem tibi ſigna loquuntur.
Sed quae ſigna novo dederit nox tertia motu
Quartave, ſuſtollat medios dum Cynthia vultus,
Durabunt caelo, medio quae edixerit ore,
Altera proviſae ſignantur tempora Luna.
Illa dehinc donec germani luminis igneis
Accedat Phoebe, menſis poſtrema notabunt.

Non ad omne tempus quod ab initio eſt usque ad finem primae apparitionis ſigna ſufficere ait, ſed dichotomos

Ed. Chart. VIII. [497.] Ed. Baſ. III. (446.)

διχοτόμους καὶ παυσελήνους. ἅπασα δ' ὀξύῤῥοπος μεταβολὴ κρίσις ὀνομάζεται. καὶ τήν γε σύστασιν ἐπὶ τῆς μηνοειδοῦς σελήνης μάλιστα λέγουσιν, ἐφεξῆς μεταφέρουσιν ἐπὶ τὴν πανσέληνον, ὡσαύτως ὀνομάζοντες. ἰσχυρὰς ἂν γὰρ καὶ ἥδε δυνάμεις ἔχῃ, ταύτης δ' ἀσθενέστεραι μὲν, ἀλλὰ κρίνουσαι μὲν καὶ αὗται τὸ περιέχον αἱ διχότομοι στάσεις εἰσὶν, ὥσθ' ὅτι μὲν ὁ μὴν ὑπὸ σελήνης ἀλλοιοῦται καθ' ἑβδομάδας ἤδη πρόδηλον· ὅτι δὲ καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα πράγματα, τοῦτο μὲν οὐκέτι ὁμοίως ἅπασι γνώριμον, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα παραφυλάξασιν ἐπιμελῶς ὁμολογεῖται· καὶ ἡ μετὰ τὴν σύλληψιν τοῦ σπέρματος ἅπασα κύησις, οὐδὲν δ' ἧττον αὐτῆς καὶ ἡ μετὰ τὴν ἀποκύησιν αὔξησις, ἅπασά τε πράξεως ἀρχὴ τὰς μεγάλας ἀλλοιώσεις εἰς ἑβδομαδικὰς ἴσχει περιόδους. ὅσα γὰρ ἐφήμερα συμπίπτει πᾶσι τοῖς οὖσι, τούτων ἡ σελήνη τετήρηται τὴν αἰτίαν ἔχειν, καὶ μάλιστα ἀλλοιοῦσα αὐτὰ κατὰ τὰς τετραγώνους καὶ διαμέτρους στάσεις. εἰ γὰρ ἐν ταύρῳ τῆς σελήνης οὔσης ἐγένετο σύλληψις τοῦ σπέρματος, ἢ ἀποκύησις, ἤ τινος ὅλως ἀρχὴ πράγματος, ἐπειδὰν ἐν λέοντι καὶ σκορπίῳ καὶ ὑδροχόῳ περι-

et plenilunia mutationes quasdam affere. Omnis autem velox mutatio criſis appellatur, et ſtatum quidem in luna falcata potiſſimum dicunt, deinde ad plenilunium transferunt ſimiliter vocantes, hoc enim validas vires etiam obtinet, hoc autem imbecilliores quidem ſunt ſemilunares ſtationes, attamen et hae quoque de aëre decernunt. Quare menſem a luna immutari ſecundum ſeptimanas jam eſt perſpicuum. Quod autem aliae res univerſae inde quoque mutantur omnibus non perinde conſtat, ſed iis qui hujusmodi accurate obſervarint, in confeſſo eſt. Ad haec poſt ſeminis conceptionem omnis impraegnatio. Inſuper nihilo minus hac et poſt partum adauctio. Item omne actionis initium magnas alterationes in ſeptimanos circuitus obtinet. Quae namque quotidie omnibus quae ſubſiſtunt, incidunt, horum cauſam luna habere obſervata eſt, maximeque tetragonis et diametris ſtationibus ea immutans. Nam ſi luna in tauro exiſtente ſemen concipiatur, vel partus, vel omnino alterius cujusdam principium contigerit, magnas ejus muta-

Ed. Chart. VIII. [497.] Ed. Baſ. III. (446.)

ἐρχομένη τοῦ ζωδιακοῦ γίνηται, τὰς μεγάλας αὐτοῦ ποιήσεται μεταβολάς. ἀλλ' ἡ μὲν ἐν τῷ λέοντι τετράγωνος στάσις ἑβδομάδος ἐστὶ μιᾶς· ἡ δὲ διάμετρος ἡ ἐν τῷ σκορπίῳ δυοῖν. οὕτω δὲ καὶ ἡ κατὰ τὸν ὑδροχόον, ἡ δευτέρα τετράγωνος στάσις εἰς τὴν τρίτην ἑβδομάδα προήκει καὶ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης γίνεται διὰ τὸ τὴν σελήνην, ὡς εἴρηται καὶ πρόσθεν, ὅλον τὸν ζωδιακὸν ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις διεξέρχεσθαι, μετά τινος ἐπικειμένου μορίου, τρίτου μάλιστα μιᾶς ἡμέρας. εἰ γὰρ δεῖ τὸν ὅλον κύκλον ἐν τοσούτῳ χρόνῳ διέρχεσθαι, πρόδηλον ὡς τὸ τέταρτον αὐτοῦ μέρος ὀλίγου δεῖν ἐν ἡμέραις ζ' διανύσει. τούτου μὲν οὖν καὶ πάνυ χρὴ μεμνῆσθαι πρὸς τὰ μέλλοντα, τοῦ μὴ τελείας ἡμέρας ζ περιγράφεσθαι τὴν εἰς τὸ τετράγωνον τῆς σελήνης μετάστασιν.

Κεφ. στ'. Ἐκεῖνο δ' αὖθις ἀναληπτέον, ὅπερ καὶ ἡμεῖς παραφυλάξαντες ἀληθέστατον εὕρομεν ἀεὶ τὸ πρὸς τῶν Αἰγυπτίων ἀστρονόμων εὑρημένον, ὡς ἡ σελήνη τὰς ἡμέρας ὁποῖαί τινες ἔσονται δηλοῦν πέφυκεν οὐ τοῖς νοσοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν. εἰ μὲν γὰρ πρὸς τοὺς εὐκράτους

tiones faciet, quando ſigniferum percurrens in leone, ſcorpio et aquario fuerit. Verum in leone quadrata ſtatio ſeptimanae unius exiſtit. In ſcorpio diametra duas ſeptimanas habet: ita quoque in aquario ſecundo quadrangularis ſtatio in tertiam ſeptimanam procedit, idque neceſſario, quod luna, ſicut ante diximus, vicenis diebus ſeptenisque et particula quadam adjecta, maxime tertia diei parte, univerſum ſigniferi ambitum peragit. Si namque in toto tempore totum orbem pertranſire oportet, conſtat quartam ipſius partem in ſeptem prope diebus eam expedituram. Proinde hujus te admodum meminiſſe ad futura convenit, nempe lunae transpoſitionem tetragonon non diebus ſeptem integris circumſcribi.

Cap. VI. Porro illud denuo repetendum eſt, quod nos quoque obſervantes veriſſimum ſemper eſſe comperimus ab Aegyptiis aſtronomis inventum, lunam non modo aegris, ſed etiam ſanis, dies quales tandem futuri ſint, poſſe praenunciare. Si etenim ad planetas temperatos ſteterit, quos

Ed. Chart. VIII. [497. 498.] Ed. Baſ. III. (446.)

ἴσταιτο τῶν πλανητῶν, οὓς δὴ καὶ ἀγαθοποιοὺς ὀνομάζουσιν, ἀγαθὰς ἀπεργάζεσθαι τὰς ἡμέρας· [498] εἰ δὲ πρὸς τοὺς δυσκράτους, ἀνιαράς. ἔστω γὰρ ἀποκυϊσκομένου τινὸς ἐν μὲν τῷ κριῷ τοὺς ἀγαθοποιούς, ἐν δὲ τῷ ταύρῳ τοὺς κακοποιοὺς εἶναι, πάντως οὗτος ὁ ἄνθρωπος, ἐπειδὰν μὲν ἐν κριῷ καὶ καρκίνῳ καὶ ζυγῷ καὶ αἰγοκέρωτι γένηται ἡ σελήνη, καλῶς ἀπαλλάσσει. ἐπειδὰν δ' ἤτοι τὸν ταῦρον αὐτὸν, ἢ τι τῶν τετραγώνων, ἢ τὸ διάμετρον αὐτοῦ ζῴδιον ἐπέχῃ, κακῶς τηνικαῦτα καὶ ἀνιαρῶς διάγει. καὶ δὴ καὶ νοσημάτων ἀρχαὶ τῷδε κάκισται μὲν ἐν ταύρῳ καὶ λέοντι καὶ σκορπίῳ καὶ ὑδροχόῳ τῆς σελήνης οὔσης, ἀκίνδυνον δὲ καὶ σωτήριον τὸν κριὸν καὶ τὸν καρκίνον καὶ τὸν ζυγὸν καὶ τὸν αἰγόκερων διερχομένης, καὶ τὰς ἀλλοιώσεις τὰς μεγάλας ἃς ἐν τοῖς τετραγώνοις τε καὶ διαμέτροις ἔφαμεν γίγνεσθαι καθ' ἑβδομάδα, ἐν μὲν τοῖς ὀλεθρίοις νοσήμασιν ὀλεθρίας καὶ αὐτὰς, ἐν δ' αὖ τοῖς περιεστηκόσιν ἀγαθὰς ἀνάγκη γίνεσθαι. καὶ διὰ τοῦθ' Ἱπποκράτης μέμφεται μάλιστα τὰς ἐν ταῖς κρινούσαις ἡμέραις ἀλλοιώσεις ἐπὶ τὸ χεῖρον. ὀλεθρίου γὰρ νοσήματος σύμπτωμα, καθάπερ, οἶμαι, τοὐναντίον ἐπιεικοῦς. εἰ δέ τις καὶ αὐτοῦ τούτου ζη-

jam nominant, ſalutares ſauſtos ac bonos dies producere, ſi ad intemperatos, graves moleſtosque. Fingamus enim homine quodam naſcente ſalutares planetas in ariete, malignos in tauro eſſe, is homo nimirum, quum luna in ariete, cancro, libra et capricorno fuerit, pulchre deget, quum vero taurum ipſum, vel tetragonum aliquod, vel diametrum ſignum occupat, male tunc et moleſte vitam tranſiget. Atque jam morborum initia huic, quum luna in tauro, leone, ſcorpio et aquario fuerit, peſſima, ſine periculo autem et ſalutaria ſunt, quum arietem, cancrum, libram et capricornum luna permeat. Ad haec alterationes magnas, quas in tetragonis et diametris per ſeptimanas fieri diximus, in lethalibus quidem morbis lethales et ipſas, in ſalubribus bonas evenire neceſſe eſt. Quamobrem Hippocrates etiam damnat maxime mutationes, quae in diebus decretoriis ad pejora declinant, quippe quod lethalis morbi ſymptoma ſit, quemadmodum, ut arbitror, benigni contrarium. Quod ſi quis

Ed. Chart. VIII. [498.] Ed. Baſ. III. (446.)

τεῖ τὴν αἰτίαν, τοῦ τὸ μέγιστον δύνασθαι τὰς τετραγώνους τε καὶ διαμέτρους στάσεις, ἐπὶ πλεῖστον ἀποχωρεῖ τοῦ προκειμένου. πρόκειται γὰρ νυνὶ οὐ τὰς πρώτας αἰτίας ἁπάντων τῶν κατ' ἀστρονομίαν ζητεῖν, ἀλλὰ τὰς εἰς τὰ παρόντα χρησίμους. χρήσιμοι δ' εἰσὶν αἰτίαι τῆς ἑβδομάδος ἐξηγούμεναι φύσιν. πάλιν οὖν αὐτὰς ἀναλάβωμεν ἐπὶ κεφαλαίων. αἱ τῆς σελήνης τετράγωνοί τε καὶ διάμετροι στάσεις ἐπι μὲν ἀγαθαῖς ταῖς ἀρχαῖς ἀγαθὰς ποιοῦσι τὰς ἀλλοιώσεις, ἐπὶ δὲ μοχθηραῖς μοχθηράς. καὶ τοῦτο πρὸς τῷ τοῖς ἀστρονόμοις ὁμολογεῖσθαι πάρεστιν, εἰ βούλει, καί σοι παραφυλάξασθαι. εἰ δὲ μήτ' αὐτὸς παρατηρεῖν ἐθέλεις τὰ τοιαῦτα μήτε τοῖς τηρήσασι πιστεύεις, τῶν νῦν ἐπιπολαζόντων τις εἶ σοφιστῶν· οὐ λόγῳ κατασκευάζειν ἡμᾶς ἀξιοῦσι τὰ σαφῶς φαινόμενα, δέον αὐτὸ τοὐναντίον ἐκ τῶν ἐναργῶς φαινομένων ὁρμωμένους ὑπὲρ τῶν ἀδήλων συλλογίζεσθαι. πρὸς τὴν ἰδίαν οὖν ἀρχὴν ἅπαν πρᾶγμα τας ἐφεξῆς περιόδους ἁπάσας ὁμολογούσας ἔχει.

Κεφ. ζ'. Περίοδοι δ' εἰσὶν αἱ μὲν δι' ἡμερῶν ἀριθ-

et hujus ipſius cauſam, cur quadratae et diametrae ſtationes ſint potentiſſimae quaerat, is longiſſime a propoſita diſputatione digreditur. Nam in praeſentia non primas cauſas omnium, quae ad aſtronomiam pertinent, ſed quae propoſito noſtro utiles ſint, inquirere cogitamus. Utiles autem cauſae ſunt, quae ſeptimanae naturam interpretantur, rurſus igitur eas in ſummam colligamus. Lunae tetragonae et diametrae ſtationes in principiis bonis bonas faciunt alterationes, in malis malas. Atque hoc praeterquam quod aſtronomis in confeſſo eſt, integrum eſt et tibi obſervare. Sin autem hujusmodi nec obſervare volueris nec iis qui obſervarunt, fidem adhibere, indubie ſophiſtarum ubique nunc obſirepentium aliquis es, qui ratione manifeſto apparentia nos approbare poſtulant, quum e contrario ex evidenter apparentibus de abditis ratiocinandum eſſet. Ita ſuo quaeque res principio circuitus ſequentes univerſos conſonos habet.

Cap. VII. Circuituum vero alii numero quodam

Ed. Chart. VIII. [498.] Ed. Baſ. III. (446.)

μοῦ τινος, αἱ δὲ διὰ μηνῶν. αἱ μὲν δὴ διὰ τῶν ἡμερῶν ἑβδομαικαί εἰσι καὶ πρὸς τὴν σελήνην ἀνήκουσιν, αἱ δὲ διὰ μηνῶν εἰς ἥλιον ἀναφέρονται τόνδε τὸν τρόπον γιγνόμεναι. πάλιν γὰρ ἀπὸ τῶν Ἱπποκράτους ἀρκτέον ῥήσεων, τὰς μὲν θερινὰς νόσους ἐν χειμῶνι λέγοντος λύεσθαι, τὰς δὲ χειμερινὰς ἐν θέρει. αὕτη μέν σοι προθεσμία κρίσεών ἐστι χρονίων τε καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἐνιαυσιαίων νοσημάτων, οἷά περ ἐν τοῖς ὀξέσιν ἡ τῆς ιδ'. ὁ γὰρ μέχρι τῆς πανσελήνου χρόνος, ἥμισυς ὑπάρχων ὅλης τῆς σεληνιακῆς περιόδου, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον τῷ μέχρι θέρους ἐκ χειμῶνος διαστήματι. καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ ἀπὸ τῆς παυσελήνου μέχρι τῆς κρύψεως χρόνος ἀνάλογός ἐστι τῷ μέχρι χειμῶνος ἐκ θέρους διαστήματι. τούτων δ' ἑκατέρου διχῇ τμηθέντος, ἐν μὲν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν ἡ ἑβδομάς ἐστιν, ἐν δ' αὖ τοῖς χρονίοις αἱ τῶν ἐπιφανεστάτων ἄστρων εἰσὶν ἐπισημασίαι, καθ' ἃς ἔαρ καὶ θέρος καὶ χειμὼν καὶ φθινόπωρον ἀφορίζονται. οὐ γὰρ δὴ ἴσων γε ἡμερῶν ἀριθμῷ διῄρηται ταῦτα κατ' οὐδένα τῶν ἀστρονόμων, ἀλλὰ ταῖς τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος μεταβολαῖς ἐπισήμοις οἰακίζεται. καί σοι

dierum conſtant, alii menſium. Jam vero qui dierum numero conſtant, ſeptimani ſunt et lunae modo incedunt, qui autem menſium, ad ſolem referuntur, eodem modo evenientes. Iterum enim ab Hippocratis verbis initium ſumendum, *aeſtivos morbos* dicentis *hieme ſolvi, hiemales aeſtate.* Hoc quidem longorum morborum et quaſi dicas annalium judicii ſtatutum tempus eſt, quemadmodum acutorum decimusquartus dies. Tempus enim quod ad usque plenilunium eſt, totius lunaris circuitus dimidium exiſtens, eandem rationem habet cum intervallo, quod ab hieme ad aeſtatem usque intercedit, quin etiam a plenilunio ad usque occultationem tempus, ſpatio quod ab aeſtate ad hiemem usque porrigitur proportione reſpondet. Sed horum utrumque biſariam ſectum in acutis morbis ſeptimana eſt, in diuturnis clariſſimorum ſiderum exortus, quorum ratione ver, aeſtas, hiems et autumnus deſcribuntur. Non etenim pari dierum numero haec ſecundum ullius aſtronomi ſententiam diviſa ſunt, verum manifeſtis ambientis aëris mutationibus

Ed. Chart. VIII. [498. 499.] Ed. Baſ. III. (446.)

πάλιν ἑτέρῳ λόγῳ. καθάπερ ἡ ἑβδομὰς ὀξέων νοσημάτων κριτικὴ, [499] τὸν αὐτὸν τρόπον ὥρας ἐνιαυσιαίου μεταβολὴ χρονίων ἔσται νοσημάτων λυτικὴ, ἵνα τὴν μὲν ἐν χειμῶνι συστᾶσαν νόσον ἔαρ λύσῃ, τὴν δ' ἐν ἦρι θέρος, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν μὲν ἐν θέρει φθινόπωρον, τὴν δ' ἐν ἐκείνῳ χειμών. ἐν δὲ ταῖς ἐν τῷ μηνὶ τετράσιν ἀνάλογον αἱ τῶν ὡρῶν εἰσιν ἑκάστης διχῇ τμηθείσης μοῖραι. καὶ λέγεταί γε πρὸς τῶν ἀστρονόμων ὥσπερ ἀρχή τις εἶναι καὶ τελευτὴ τῶν ὡρῶν ἑκάστης ἐπιτολαῖς, ἢ δύσεσιν ἄστρων ἐπιφανῶν ὁριζομένη, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ μεσότης ἑτέρου πάλιν ἄστρου φάσει διωρισμένη. τὰς οὖν τῶν νοσημάτων ἐν μέρει μεταβολὰς ἁπάσας ἢ ὡς πρὸς τὴν ἰδίαν ἀρχὴν αὐτῶν, ἢ ὡς πρὸς τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος τροπὴν ἀνάγκη γίγνεσθαι. τῶν μὲν οὖν πρὸς τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἐξηγεῖσθαι τὴν σελήνην, τῶν δ' ὡς πρὸς τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος τροπὴν ἐν ὅλῳ μὲν τῷ ἐνιαυτῷ τὸν ἥλιον, ἐν ἑκάστῳ δὲ τῶν μηνῶν τὴν σελήνην. ἐκ δὲ τούτων συμβαίνει τὰς μὲν ἰσχυροτάτας μεταβολὰς εἶναι τὰς

diſtinguntur. Rurſus et alio modo. Quemadmodum ſeptimana acutorum morborum decretoria eſt, ſic temporis annui mutatio diuturnorum morborum erit ſolutoria, ut in hieme quidem conſtitutum morbum ver ſolvat, in vere conflatum aeſtas, ſimili ratione per aeſtatem contractum autumnus, in hoc paratum hiems. Caeterum ſingularum partium biſariam diviſarum partes menſis quaternariis proportione reſpondent. Quin aſtrologis etiam dicitur, quem in modum anni temporis cujusque et initium et finis ſiderum clarorum ortu et occaſu deſcribitur, in eundem quoque cujusque medietas, alterius rurſus ſideris exortu diſtinguitur. Itaque univerſas particulares morborum mutationes vel tanquam ad proprium ipſorum principium, vel tanquam ad ambientis nos aëris converſionem evenire neceſſe eſt. Quae igitur ceu ex proprio ipſorum principio fiunt, lunam ſequuntur, quae vero ab aëris nos ambientis converſione, in toto quidem anno ſolem, in ſingulis autem menſibus lunam. Ex his jam accidit mutationes validiſſimas eſſe, quae

Ed. Chart. VIII. [499.] Ed. Baſ. III. (446. 447.)

ἰδίας ἑκάστῳ καθ' ἑβδομαδα δηλονότι γιγνομένας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συνεπιμίγνυσθαί πως αὐταῖς τὰς ἐκ τοῦ περιέχοντος, ὥστ' εἰκότως ἐκ τοῦ διὰ παντὸς ὡσαύτως γίνεσθαι, μεταπίπτουσιν οὕτως εἰς τὸ πλειστάκις. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιταράττει τὴν τάξιν αὐτῶν ἥ τε βία τῶν παροξυσμῶν ἀναγκάζουσα προεκρήγνυσθαι τὰς κρίσεις, ὡς ἐφεξῆς ἐροῦ(447)μεν, ἥ τ' εἰς τοὺς νοσοῦντας πλημμέλεια πολυειδὴς γινομένη αὐτῶν παρά τε τῶν ἰατρῶν, εἴ γε χρὴ καλεῖν ἰατροὺς, οὐ λυμεῶνας τῆς τέχνης, τούτους δὴ τοὺς νῦν ἐπιπολάζοντας, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὧν οἱ κάμνοντες ἁμαρτάνουσιν καὶ διὰ τὴν ὑπηρεσίαν δ' ἐνίοτε καὶ δι' ἄ τι τῶν ἔξωθεν, ὡς πρόσθεν εἴρηται. θαυμάζειν οὖν χρὴ τῶν ἑβδομαδικῶν περιόδων τὴν δύναμιν, εἰ τοσούτων αἰτίων διακοπτόντων αὐτὰς, ὅμως ἐπικρατέστεραι πολὺ τῶν ἄλλων εὑρίσκονται. κατὰ μὲν τὰς ὀξείας νόσους, αἳ παρεμπίπτουσαι κρίσιμοι πλείους εἰσὶν, ὅτι καὶ τὸ σῶμα πρὸς μεταβολὴν ἐπιτήδειον, ἐν κινήσει τε καὶ ταραχῇ μεγάλῃ καθεστηκός· ἐν δὲ ταῖς χρονιωτέραις ὁδῷ καὶ τάξει μᾶλλον πρόεισιν ἡ τῶν ἑβδομάδων περίοδος.

videlicet cuique per ſeptenos dies proprie contingunt, quamvis etiam ipſis quodammodo commiſceantur, quas aër excitat. Quare merito inde quod ſemper eodem modo accidant, in id ut in plurimis morbis fiant, decidunt. Adhuc autem magis ipſarum ordinem perturbat acceſſionum violentia, criſes praerumpere compellens, ut in ſermonis proceſſu dicemus. Ad haec varius in aegrotis admiſſus error tum ab ipſis medicis, ſi medici appellandi ſint, non artis corruptores, qui hoc ſeculo permulti ſunt, tum nihilominus ex iis quae laborantes peccant, quin et propter miniſterium quandoque, et propter aliquod eorum quae extrinſecus accidunt, uti prius diximus. Igitur ſeptimanoruum virtutem mirari convenit, ſi tot cauſis eos interrumpentibus, multo tamen aliis ſortiores inveniuntur. In acutis quidem morbis coincidentes decretorii plures ſunt, quoniam et corpus mutationi accommodum eſt, in motu et perturbatione vehementi conſtitutum, in longioribus via et ordine magis ſeptimanarum circuitus procedit.

Ed. Chart. VIII. [499.] Ed. Baſ. III. (447.)

Κεφ. η'. Ἀρκτέον οὖν αὖθις ἀπὸ τῶν ὀξέων ἁπασῶν, ἐφεξῆς τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν τὰς αἰτίας ἐξιχνεύοντας. ἐν μὲν δὴ τῇ πρώτῃ τοὺς ἐφημέρους λύεσθαι συμβαίνει πυρετούς, οὐ μὴν ἤδη μετ' ἀγῶνός τε καὶ ταραχῆς ἀξιολόγου. καίτοι νομίζουσιν ἔνιοι καὶ Ἱπποκράτην τὰς κρινούσας ἡμέρας ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν καταλέγοντα καὶ τῆς πρώτης μεμνημονευκέναι, κατὰ διττὸν τρόπον ἁμαρτάνοντες. περίοδος γὰρ πρώτη καὶ οὐχ ἡμέρα πρώτη γέγραπται σαφῶς ἐν τῷ τῶν περιττῶν καὶ ἀρτίων καταλόγῳ. καθάπερ οὖν ἐν τῷ τῶν ἀρτίων περίοδον πρό τὴν εἰπὼν ἐπιφέρει τὴν τετάρτην ἡμέραν, οὕτως ἐν τῷ τῶν περιττῶν τὴν τρίτην. ἔτι δὲ μᾶλλον ἀγνοοῦσι τὸ κατ' ἀρχὰς τοῦ προγνωστικοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τοῦ νεκρώδους προσώπου, τὸ κρίνεται ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτί, ἣν διὰ ταύτας τὰς προφάσιας τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, μή πω γινώσκοντες ὡς ἐπὶ τοῦ δοκιμάζεται καὶ ἀναγνωρίζεται λέλεκται. τούτους μὲν οὖν ἐατέον. ἀρχὴν δὲ τῶν μετὰ σάλον τινὸς ἀλλυιουσῶν ὀξέως τὰς νόσους ἡμερῶν τὴν τρίτην ἀπὸ τῆς ἀρχῆς θετέον, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, μηδεμίαν ἔχουσαν ἤδη

Cap. VIII. Quapropter ab acutis denuo incipiamus omnium conſequenter decernentium dierum cauſas inveſtigantes. Jam quidem in primo febres diarias ſolvi contingit, non tamen jam cum certamine et perturbatione effatu digna, quamquam nonnulli Hippocratem quoque dies decretorios in epidemiῶn primo enumerantem et primi meminiſſe putant, duplici nomine errantes. Circuitus enim primus et non dies primus, manifeſto ſcriptus eſt in parium impariumque dierum catalogo. Quemodmodum igitur in parium enumeratione primum circuitum praefatus, quartum diem inducit, ita in mentione imparium tertium. Adhuc vero magis ignorant quod ſtatim initio prognoſtici ſcriptum eſt de facie cadaveroſa. Quod ſi ob hujusmodi cauſas haec faciei ſpecies orta eſt, una die nocteque judicantur, non intelligentes loco verbi probatur et cognoſcitur dictum eſſe. Hos igitur miſſos faciamus. Principium autem dierum, qui cum agitatione quadam acute morbos mutant, tertium a principio ſtatuere oportet, veluti prius etiam dictum eſt, qui nul-

Ed. Chart. VIII. [499. 500.] Ed. Baſ. III. (447)

πρὸς τὴν πρώτην ἑβδομάδα κοινωνίαν, ἀλλ' ἐκ τῶν παρεμπιπτουσῶν ὑπάρχουσαν. ἡ μὲν γὰρ τετρὰς [500] ὅτι διχῇ τμηθείσης τῆς ἑβδομάδος ἀποτελεῖται καὶ διὰ τοῦτο μεγάλην ἔχει δύναμιν, ἔμπροσθεν εἴρηται. κρίνουσι δ' οὐχ ἧττον τῆς τετάρτης ἡμέρας ἥ γ' τε καὶ ε', καίτοι παρεμπίπτουσι δι' οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅτι μετὰ τῶν παροξυσμῶν αἱ κρίσεις γίνονται. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ αὐτὸ πρός τε τῆς ἐμπειρίας μαρτυρεῖται καὶ τῷ λόγῳ σκοπουμένοις οὐκ ἄδηλος ἡ αἰτία. τὸ γὰρ τῆς ταραχῆς βίαιον ἀναγκάζει τὴν φύσιν ἀποτρίβεσθαι τὰ λυποῦντα καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ. δύναμις μὲν γάρ ἐστιν αὐτὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐκκριτικὴ, καθότι δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν. ὁ καιρὸς δὲ τῆς ἐνεργείας ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεώς ἐστι. τότε γὰρ ἐνεργεῖν ἐδείκνυτο κατὰ φύσιν ἁπάντων ἐπιτελουμένων, ὅταν ἐκείνη παύηται, ἀλλ' ἀναγκάζηταί ποτε πρὸ τῆς τελείας πέψεως ἀποτρίβεσθαι τὰ λυποῦντα, ὥσπερ ἐνίοτε συμπεπληρωμένης ἤδη τῆς πέψεως ἔτι μένει καὶ βραδύνει δι' ἀῤῥωστίαν. ἄμφω δ' ἔστιν αὐτὰ θεάσασθαι σαφῶς ἐπὶ τῆς γαστρός. ἐρεθισθεῖσά τε γὰρ οὐχ

lam jam cum prima ſeptimana communionem habet, ſed ex coincidentibus exiſtit. Siquidem quaternarius quod ſeptimana in duas partes ſecta abſolvitur, ideoque permagnam facultatem obtinet, in priore ſermone dictus eſt. Tertius vero et quintus dies non minus judicant quam quartus, quamvis coincidant nulla alia ratione quam quod cum acceſſionibus criſes fiunt, hoc enim ipſum et ab experientia teſtimonium habet et ratione contemplantibus non obſcura ejus cauſa eſt. Nam perturbationis violentia naturam ea quae moleſtant etiam ante tempus propulſare compellit, quippe virtus ipſa eſt aliorum expultrix, quemadmodum in opere de naturalibus facultatibus antea demonſtratum eſt. Tempus autem actionis poſt finem alteratricis facultatis eſt, tunc enim functionem obire omnibus ſecundum naturam abſolutis oſtendebatur, quum illa ab actione deſtiterit. Verum ante perfectam coctionem interdum quae offendunt amoliri cogitur, ut interdum concoctione jam abſoluta moratur adhuc et lente propter imbecillitatem munus ſubit. Utrunque autem in

Ed. Chart. VIII. [500.] Ed. Baſ. III. (447.)

ὑπομένει τὸν τῆς πέψεως χρόνον, ἀλλ' εὐθὺς ἐκκρίνει σὺν τῷ λυποῦντι καὶ τὸ χρηστὸν, ἤδη τε πεπεμμένον αὐτάρκως ἐνίοτε βραδύνει τε καὶ μέλλει τὸ περιττὸν ἐκκρῖναι δι' ἀῤῥωστίαν. ἐν δέ γε τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν ὁ τῆς παντελοῦς πέψεως καιρὸς ὅρος ἐστὶν αὐτῆς τῆς τῶν περιττωμάτων ἀποκρίσεως, ὃν οὔτε προελάμβανεν οὔτ' ἔμελλεν ἔτι παρόντος, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τῆς γαστρὸς, οὕτω καθ' ὅλον ἐδείκνυτο τὸ σῶμα δύναμις ὑπάρχειν ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων ἀποκριτικὴ τῶν ἀλλοτρίων, ἥτις, οἶμαι, καὶ τὰς κρίσεις ἐν ταῖς νόσοις ἀπεργάζεται, καὶ διὰ τοῦτο ἄρισται γίνονται κρίσεις, ὅταν ἤδη πεπεμμένα τὰ κατὰ τὸ ζῶον ὑπάρχῃ πάντα. τὸ δὲ προεκρήγνυσθαι, καὶ γὰρ οὕτως ὀνομάζειν εἰώθεν Ἱπποκράτης, αὐτὸ μοχθηρόν ἐστιν. ὁμοῦ γὰρ τοῖς λυποῦσιν ἐκκρίνεται τὰ χρηστὰ καὶ γίνεται τοῦτο τῆς φύσεως ἐρεθισθείσης ἤτοι πρός τινος τῶν ἔξωθεν ἢ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἐμπεριεχομένων. ἔξωθεν μὲν οὖν ἐστιν ὅ τ' ἰατρὸς οὐκ ὀρθῶς τι πράξας ὅ τε κάμνων, οἵ θ' ὑπηρέται, τά τ' ἄλλα τὰ ἰδίως ἔξωθεν ὀνομαζόμενα, τὰ δ' ἐν τῷ σώματι τά τε νοσήματά ἐστιν αὐτὰ καὶ τὰ τούτων αἴτια

ventriculo clare licet comtemplari; inſtigatus enim concoctionis tempus non expectat, ſed protinus etiam utile cum eo quod moleſtat excernit, et ubi jam ſatis concoxerit, interdum cunctanter ſuperfluum, imbecillitatis vitio, expellit. At quum ſecundum naturam ſe habet, perfectae concoctionis tempus ipſius recrementorum expulſionis terminus eſt, quae neque praevertit, neque praeſentem adhuc moratur. Caeterum ut in ventriculo, ſic in ſingulis totius corporis partibus alienorum expultrix facultas eſſe oſtendebatur, quae meo ſane judicio et criſim in morbis efficit, atque propterea optimae fiunt criſes quum jam omnia in animantis corpore concocta fuerint. Praevenire autem criſim, ſic enim Hippocrates appellare conſuevit, malum eſt, nam utilia ſimul cum iis quae laedunt, excernuntur, fitque hoc natura incitata vel ab exteriore quodam, vel ab iis quae in ipſo corpore continentur. Extrinſecus igitur eſt medicus qui parum recte quippiam fecerit, aeger, famuli atque alia, quae proprie exteriora nominantur, in ipſo autem corpore ſunt

Ed. Chart. VIII. [500.] Ed. Baſ. III. (447.)

καὶ οἱ παροξυσμοί. νόησον δή μοι τοιοῦτόν τι συμβαῖνον ἐπὶ τῆς φύσεως, οἷον ἤδη συνέπεσεν ἀνθρώποις ἀσθενέσι προπηλακισθεῖσιν ὑπό τινων ἰσχυροτέρων ἐξορμῆσαι πρὸ τοῦ δέοντος, ἀπαρασκευάστοις τε μαχομένοις ἡττηθῆναι. καὶ μὴν καὶ φορτίον ἀποθέσθαι τις βουλόμενος ἄκων ἐνίοτε συγκατέπεσεν αὐτῷ, καί τις σφοδρότερον θέων, εἶτ' οὐκ ἐπισχεῖν ἑαυτὸν δυνηθείς, ἄκων ἠνέχθη κατὰ φάραγγος. ἅπαντα ταῦτα παραδείγματα κακῶν ἐστι κρίσεων, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ πλέον μὲν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἐροῦμεν, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ἀναγκαῖον, οἷόν τι καὶ τῷ προεκρήγνυσθαι βούλεται δηλοῦν ὁ Ἱπποκράτης, ἐξηγήσασθαί μου προελομένου. καὶ γὰρ ἀδύνατόν ἐστι περὶ κρισίμων ἡμερῶν ἐπιχειρήσαντά τι διέρχεσθαι μὴ καὶ περὶ κρίσεως εἰπεῖν τι, ἢ καὶ περὶ κρίσεως διδάσκοντα μὴ καὶ περὶ κρισίμων ἡμερῶν διελθεῖν, ἀλλ' ἐπανάγειν χρὴ τὸν λόγον ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀεὶ καὶ τοσοῦτον ἅπτεσθαι τῶν παρακειμένων ὅσον ἀναγκαῖον. ἐν δή τι τῶν ἐρεθιζόντων τὴν φύσιν ἐστὶ καὶ οἷον προπηλακιζόντων ὁ παροξυσμὸς, οὐκ ἐπιτρέ-

morbi ipſi eorumque cauſae et acceſſiones. Conſidera jam mihi tale quid in natura accidiſſe, quod hominibus infirmis contigit, qui a fortioribus quibusdam intempeſtive ad congreſſum irritati, imparati, pugnando ſuperantur. Quinetiam onus deponere quis volens interdum vel invitus cum eo concidit. Item vehementius quis currens, deinde ſe ipſum retinere nequiens, invitus in convallem delatus eſt. Omnia haec exempla ſunt malarum criſeon, de quibus in opere de criſibus copioſius dicturi ſumus. Sed nunc quoque neceſſarium dicetur, quum inſtituerim, quidnam verbo προεκρήγνυσθαι Hippocrates ſibi velit interpretari. Etenim fieri non poteſt ut qui de diebus decretoriis quippiam referre aggreſſus ſit, nihil de criſi etiam dicat, vel qui de criſi doceat, non etiam de diebus decretoriis verba faciat. Verum ſermo ad propoſitam inſtitutionem ſemper revocandus eſt, et tantam adhaerentium mentionem facere oportet, quanta neceſſaria eſſe videtur. Unum jam ex illis quae naturam ſtimulant et veluti provocant, acceſſio eſt, nullam

Ed. Chart. VIII. [500. 501.] Ed. Baſ. III. (447.)

πων ἡσυχάζειν οὐδὲ μένειν, ἀλλ' ἐπεγείρων τε καὶ κινῶν καὶ ὡς ἂν εἴποι τις εἰς διαμάχην προκαλούμενος· ὅθεν ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἐν περιτταῖς ἡμέραις ἡ κρίσις. οὕτω γὰρ καὶ παροξύνεται. τίς μὲν οὖν ἐστιν ἡ αἰτία δι' ἣν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι διὰ τρίτης οἱ παροξυσμοὶ γίνονται τοὐπίπαν, ἐν δὲ τοῖς γε χρονίοις ἤτοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν [501] ἢ διὰ δ' οὐκ εὐπετές ἐστιν εὑρεῖν, οὔτε νῦν ἀναγκαῖόν ἐστι ζητεῖν. ὅτι δ' οὕτως συμβαίνει, φαίνεται καὶ πρὸς τὰ παρόντα λόγον ἀρχῆς ἔχει. θεμένων γὰρ, ὥσπερ καὶ φαίνεται, ὁ δεύτερος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς παροξυσμὸς εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν ἐκπεσεῖται, τρίτος δ' εἰς τὴν πέμπτην, τέταρτος δ' εἰς τὴν ζ, πέμπτος δ' εἰς τὴν θ', εἰς περιττὰς δὲ σύμπαντες. ἐπεὶ τοίνυν ἡ φύσις οὐκ ἀεὶ τοῖς προσήκουσι καιροῖς ἐξορμῶσα κρίνει τὰς νόσους, ἀλλ' ἐρεθιζομένη πολλάκις ἄλλοτε πρὸς ἄλλων αἰτίων, ἀφ' ὧν ἔστι συνεχέστατα γινόμενος ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν ὁ παροξυσμὸς, ἐδείχθη δ' οὗτος εἰς περιττὰς ἐμπίπτων, εὐλόγως ἐν περιτταῖς αἱ πλεῖσται κρίσεις γίνονται τῶν ὀξέων νοσημάτων, οὐκ αὐτῶν τῶν ἡμερῶν πρώτως τὴν τοῦ κρίνειν ἐχουσῶν δύναμιν, ἀεὶ γὰρ τούτῳ

quietem nec moram concedens, verum incitans movensque et veluti dixeris pugnam indicens. Unde acutorum morborum in diebus imparibus judicium contingit, in his enim et acceſſiones ſunt. Quae igitur cauſa ſit, ob quam in acutis morbis tertio quoque die plurimum acceſſiones fiant, in longis autem vel quotidie, vel quarto quoque die, non promptum eſt invenire, nec in praeſentia disquirere neceſſarium, quod vero ſic eveniunt, apparet, et ad praeſentia rationem ex principio habet; ſi enim ponamus, ut etiam apparet, ſecunda ab initio acceſſio ad tertium diem delabetur, tertia ad quintum, quarta ad ſeptimum, quinta ad nonum, omnes autem in impares incidunt. Quum ergo natura non convenienti ſemper tempore de morbis decernat, ſed concitata plerumque alias ab aliis cauſis, a quibus acceſſio in morbis acutis maxime continua redditur, oſtenſa vero eſt in impares incidere, in imparibus acutorum morborum plurima judicia fieri ratio eſt, non quod dies ipſi primariam

Ed. Chart. VIII. [501.] Ed. Baſ. III. (447. 448.)

χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν, ἀλλὰ κατά τι συμβεβηκὸς οὕτως ἁπαντῶντος. προείρηται δὲ, ὡς οἶμαι, σαφῶς ἤδη τὸ συμβεβηκὸς τοῦτο. διότι γὰρ ἐν παροξυσμοῖς αἱ κρίσεις τῶν νοσημάτων γίνονται τοὐπίπαν, εἰς τὰς περιττὰς δ' ἡμέρας ἐμπίπτουσιν οὗτοι, διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν αἱ κρίσεις ἐν περιτταῖς. εἰ δέ γε ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς ἦν αὐτὸς ὁ τὴν δύναμιν ἔχων τοῦ κρίνειν, οὐκ ἐχρῆν πολλάκις μὲν ἐν ταῖς περιτταῖς, ὀλιγάκις δ' ἐν ταῖς ἀρτίαις, ἀλλὰ διὰ παντὸς μὲν ἐν ταῖς περιτταῖς, μηδέποτε δ' ἐν ταῖς ἀρτίαις κρίνεσθαι τὰς ὀξείας νόσους. οὐδὲ γὰρ ὁ τῆς ζ ἀριθμὸς, ἢ ὁ τῆς δ αἱ(448)τιοι τῆς κρίσεώς εἰσιν, ἀλλ' ὅτι τῆς σελήνης νεωτεροποιούσης καὶ μεταβαλλούσης τὰ περὶ τὴν γῆν συμβέβηκε, καὶ τὰς τῶν κινήσεων περιόδους εἰς τούτους πρώτους ἔξήκειν τοὺς ἀριθμοὺς, εἰκότως ἐν αὐταῖς αἱ προθεσμίαι τῶν ἀλλοιώσεων εὑρίσκονται. οὐ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀριθμῶν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σελήνης αἱ μεταβολαὶ τοῖς ἐπιγείοις. τῷ δ' εἶναι τὸ μεταβάλλον ἐν κινήσει χρόνος ἀναγκαίως ἔζευκται ταῖς μεταβολαῖς, ὥστε ἐξ ἀνάγκης καὶ ὁ ἀριθμός. οὔκουν ὅτι θῆλυς

decernendi virtutem habeant, ſemper enim huic animum adhibere oportet, ſed quia per accidens aliquod ſic eveniat. Praedixi autem, opinor, manifeſto jam hoc accidens, ſiquidem ratione qua morborum judicia frequentiſſime in acceſſionibus accidunt, hae autem in dies impares incidunt, eadem in morbis acutis imparibus diebus criſes contingunt. At ſi dierum numerus ipſe decernendi facultatem haberet, non frequenter diebus imparibus, raro paribus, verum perpetuo imparibus, nunquam paribus de acutis morbis judicium fieri oporteret. Neque enim ſeptimi vel quarti numerus criſis auctor eſt, ſed quod luna innovante et immutante terrena, motuum quoque circuitus ad hos principes numeros venire contingat, merito in ipſis tanquam ſtata alterationum tempora inveniuntur. Quippe non a numeris, ſed a luna mutationes terrenis adveniunt, at quum in motu mutans conſiſtat, tempus mutationibus neceſſario conjunctum eſt, quare etiam numerus neceſſario. Non igitur

EdChart. VIII. [501.] Ed. Baſ. III. (448.)

μὲν ὁ ἄρτιος ἅπας ἀριθμὸς, ἄῤῥην δ' ὁ περιττὸς, αἱ κρίσεις τῶν ὀξέων ἐν περιτταῖς· οὔτε γὰρ ἁπλῶς ἰσχυρότερος ὁ περιττὸς τοῦ ἀρτίου οὔτ', εἰπερ ἰσχυρότερος, ἤδη θῆλυς ὁ ἀσθενέστερος, οὔτ', εἰ θῆλυς μὲν οὗτος, ἄρσην δ' ὁ ἕτερος, εὔλογον ἐν μὲν τοῖς ἄῤῥεσιν ἀριθμοῖς τὰς ὀξείας κρίνεσθαι νόσους, ἐν δὲ ταῖς θήλεσι τὰς χρονίας. ἅπαντα γὰρ ὅσα ληροῦσιν ὑπὲρ ἀριθμῶν δυνάμεως οὕτως εὐφώρατον ἔχει τὴν ἀτοπίαν, ὥστε μοί γε πολλάκις θαυμάζειν ἐπῆλθεν, εἰ οὕτως ὁ Πυθαγόρας ἐκεῖνος ἅμα τε σοφὸς ἦν ἀνὴρ ἅμα τε τοσοῦτον ᾤετο δύνασθαι τοὺς ἀριθμούς. ἀλλ' οὐ νῦν καιρὸς ἀντιφλυαρεῖν αὐτοῖς. ἱκανὸν γὰρ εἰς τὰ παρόντα τό τε τὴν σελήνην ἀλλοιοῦν τὰ περίγεια καὶ μάλιστα μὲν καθ' ἑβδομάδα τὰς μεγάλας ἐργάζεσθαι μεταβολὰς, ἐφεξῆς δ' αὐτῶν κατὰ τετράδα τὰς μικρὰς, ὅτι τε παροξυσμοῦ δεῖται τοὐπίπαν ἡ κρίσις, ὅτι τε διὰ τρίτης ἐν τοῖς ὀξέσιν οἱ παροξυσμοί. τούτων γὰρ ὑποκειμένων ἀναγκαῖον ἔσται τὰς ὀξείας νόσους ἐν περιτταῖς μᾶλλον ἡμέραις κρίνεσθαι. διὰ τοῦτο οὖν ἡ τρίτη

quod omnis par numerus foeminam, impar masculum referat, acutorum judicia imparibus diebus accidunt, neque enim impar abſolute pari fortior eſt, neque, ſi fortior, jam foemininus imbecillior, neque, ſi foemininus quidem hic, masculus alter ſit, acutos morbos in masculis numeris judicari, diuturnos in foemininis, rationi conſentaneum eſt. Omnia ſiquidem quae de numerorum virtute nugantur tam facile abſurda eſſe deprehendimus, ut mihi ſubinde mirari ſubeat, an Pythagoras ille ita et ſimul ſapiens eſſet vir et ſimul tantum poſſe numeros exiſtimaret. Atque nunc adverſus ipſos etiam nobis nugari non vacat, nam ſatis eſt ad rem inſtitutam terrena lunam alterare et in ſeptimanis potiſſimum magnas parere mutationes, poſt in quaternariis exiguas, ad haec criſim acceſſione plurimum indigere, item acceſſiones tertio quoque die in morbis acutis evenire, his etenim poſitis acutos morbos in imparibus diebus magis ad judicium tendere neceſſitas erit. Hujus rei gratia tertius et

Ed. Chart. VIII. [501. 502.] Ed. Baſ. III. (448.)

τε καὶ ἡ ε΄ κρίνουσιν εὐλόγως, οὐκ ἐκ τῆς σεληνιακῆς περιόδου λαβοῦσαι τὸ κρίνειν, ἀλλ' ἤτοι τὴν μέλλουσαν ἐν τῇ δ΄ κρίσιν ἀπαντήσεσθαι τῆς τρίτης προλαβούσης τῇ βίᾳ τοῦ παροξυσμοῦ, ἢ καὶ νὴ Δία τῆς φύσεως ὑπὸ καμάτου τε ἅμα καὶ τοῦ μὴ βιασθῆναι κατὰ μὲν τὴν δ΄ ἡμέραν ἡσυχίαν ἀγούσης, κινηθείσης δ' ἐπὶ τὴν κρίσιν ἐν τῇ ε΄. φαίνεται γὰρ αὕτη μὲν ὀλίγον ὑστερίζειν τῆς ὄντως κρισίμου, προλαμβάνειν δ' ὀλίγον ἡ τρίτη καὶ τὸ κρίνειν ἐσχηκέναι, διότι πλησίον οὖσαι τῆς ὄντως κρισίμου τοὺς παροξυσμοὺς ἐδέξαντο. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἡ θ΄ τῶν ἡμερῶν ἐν τῷ μέσῳ τεταγμένη δύο κρισίμων, ἑβδόμης τε καὶ ια΄, ἤτοι τὴν οὐ γεγενημένην ἐπὶ τῆς ζ΄ ἡμέρας κρίσιν ἢ τὴν ἐπὶ τῆς ια΄ ἐσομένην αὐτὴ ἀφετερίζεται κρίσιν· σπανιώτερον μὲν τὴν τῆς ζ΄, πολλάκις δὲ τὴν τῆς ια΄. [502] ἡ μὲν γὰρ ἰδία τῆς ἑβδόμης ἡμέρας κρίσις οὐκ ἂν εἰς τὴν θ΄ ποτ' ἀφίκοιτο μὴ πολλῶν ἁμαρτηθέντων, δειχθήσεται δὲ τοῦτο ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ὑπομνήμασιν, ἡ δὲ τῆς ια΄ ἐμπαλιν, ὅταν ἀκριβῶς τε πάντα πραχθῇ καὶ βίαιος ὁ τῆς ἐννάτης ἡμέρας γένηται παροξυσμός. ἀπόδειξις δ' ἐναρ-

quintus merito decernunt, non ex lunari circuitu decernendi potentiam ſortiti, ſed vel quod violentiam acceſſionis tertius criſim quarto die futuram praevertet, vel et per Jovem, quod natura dum quarto die laſſa nec incitata conquieſcit, quinto ad judicium commoveatur; nam hic quam vere decretorius magis paulo tardare videtur, tertius paulo magis anticipare conſpicitur, atque ambo criſim obtinuiſſe, quod vicini ambo vere decretorio acceſſiones ſuſceperint. Jam vero et nonus inter duos decretorios ſeptimum et undecimum medius, vel non factum in ſeptimo die judicium, vel undecimo futurum, ipſe ſibi vendicat, rarius quidem ſeptimi, ſaepe undecimi criſim aſſumit. Etenim ſeptimi diei propria criſis non ad nonum, modo pauci errores commiſſi ſint, unquam pervenerit, ſed hoc in libris de criſibus declarabimuus, undecimi vero e contrario, quum et exacte omnia geſta ſint, et violenta noni diei acceſſio invadat. Porro propter acceſſionum vehementias hujusmodi coinci-

Ed. Chart. VIII. [502.] Ed. Baſ. III. (448.)

γεστάτη τοῦ διὰ τὰς σφοδρότητας τῶν παροξυσμῶν τὰς τοιαύτας παρεμπίπτειν ἡμέρας τὸ μηκέθ' ὁμοίως ἐπὶ προηκόντων γίνεσθαι τῶν νοσημάτων· ὡς γὰρ καὶ τὰ τῆς σφοδρότητος, οὕτω καὶ τὰ τοῦ πλήθους ἐκλύεται τῶν παρεμπιπτουσῶν ἡμερῶν. οὕτω δὲ δή τι βίαιον ἔχει σφοδρότης παροξυσμοῦ πρὸς κρίσιν, ὥστ' ἐν ἁπάσαις σχεδόν τι ταῖς ἡμέραις ἔστιν ἰδεῖν κρινόμενα τὰ κατόξεα νοσήματα· τό τε γὰρ πέρας αὐτῶν ἡ ζ' τῶν ἡμερῶν ἐστι, κρίνειν δή που πεφυκυῖα, καὶ πρὸ τεύτης οὐχ ἡ δ' μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ γ' καὶ ἡ ε' καὶ ἡ στ', δέχονταί ποτε κρίσεις. ἐζήτηται δ', ὡς ἐλέγετο, καὶ περὶ τῆς α' εἰ κρίνει. λοιπὴ τοίνυν ἡ δευτέρα βεβαίως τοῦ κρίνειν ἐκπέπτωκεν. ἔστω δ', εἰ βούλει, καὶ ἡ α', ἀλλὰ καὶ ἡ τρίτη γε καὶ δ' καὶ ε' καὶ στ' καὶ ζ' κρίνουσιν ἅπασαι. καὶ πᾶσαι αἱ μετὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος ἐν τοῖς κατόξεσιν ἡμέραι κρίνουσαι φαίνονται διὰ τὴν σφοδρότητα τῶν παροξυσμῶν. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἡ στ' τῶν ἡμερῶν οὔτ' ἐκ τῶν κατὰ περίοδον οὖσα κρισίμων οὔτ' ἐν ἀριθμῷ περιττῷ, διὸ τοῦτο καὶ αὐτὴ δέχεται κρίσεις παμπόλλας, ὅτι τῆς ὑστάτης τῶν κατοξέων ἐντός ἐστιν. ἅπαντα

dere dies clariſſime demonſtratur, quod videlicet in diuturnis morbis non ſimiliter evenit. Sicut enim acceſſionum vehementia, ita dierum quoque coincidentium numerus in illis exolvitur. Adeo autem ſane violenti quid habet vehementia acceſſionis ad criſim, ut in omnibus fere diebus peracutos judicari videre liceat; nam ultimus ipſorum dies, qui eſt ſeptimus, judicandi vim obtinet, et ante hunc non quartus modo, ſed et tertius et quintus et ſextus criſes quandoque excipiunt. Quin et de primo an decernet, ut dicebatur, quaeſitum eſt. Reliquus itaque ſecundus ordine decretorio indubie elapſus eſt, ſit autem, ſi vis, et primus; ſed tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus omnes decernunt. Ac omnes dies poſt morbi principium in peracutis propter acceſſionum vehementiam decernere videntur Ergo ſextus etiam, etſi nec inter decretorios, qui circuitu conſtat, nec impari numero aſcribatur, tamen et ipſe perſaepe decernit, quoniam intra peracutorum terminum continetur. Univerſi

Ed. Chart. VIII. [502.] Ed. Baſ. III. (448.)

δὲ τὰ τοιαῦτα δυοῖν θάτερον, ἢ σύνοχον ἔχει τὸν πυρετὸν, οὕτω δ' ὀνομάζουσι τὸν ἀπὸ τῆς πρώτης συστάσεως ἄχρι τῆς κρίσεως ὁμότονον, ὡς εἴρηται, χωρὶς αἰσθητῆς παρακμῆς, ἢ εἰ καὶ σαφεῖς ἔχει τάς τε παρακμὰς καὶ τοὺς παροξυσμοὺς, οὐ διὰ τρίτης μόνον ἔχει σαφεῖς, ἀλλὰ κἂν ταῖς μέσαις αὐτῶν, ὥσπερ καὶ ὁ ἡμιτριταῖος. ἡ μὲν οὖν πρώτη διαφορὰ τῶν κατοξέων οἷον εἷς τίς ἐστι παροξυσμὸς, ὥστ' οὐδὲν ὅσον γε ἐπὶ τῷ παροξυσμῷ πλεονεκτήσουσιν αἱ περιτταὶ τῶν ἀρτίων, ὁμοίου γε τοῦ πυρετοῦ κατὰ πάσας τὰς ἡμέρας ὑπάρχοντος. ἡ δευτέρα δὲ κἂν διὰ τρίτης ἔχῃ τοὺς μεγάλους παροξυσμοὺς καὶ τὰς οἷον ἀρχὰς τῶν περιόδων, ἀλλ' ἥ γε μέση τηλικοῦτον καὶ αὐτὴ φέρει πολλάκις ἐν τοῖς κατόξεσι τὸν παροξυσμὸν, ὡς τῶν ἐν ἄλλοις τισὶ νοσήμασι μεγάλων παροξυσμῶν μηδὲν ἀποδεῖν. ὅταν οὖν ἐπείγηται μὲν ὡς ἐπὶ τὴν ἑβδόμην τὸ νόσημα καὶ κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐν ταύτῃ κριθήσεσθαι μέλλῃ, τὸ δὲ μέγεθος τοῦ μέσου παροξυσμοῦ καταναγκάσῃ τὴν φύσιν ἐξορμῆσαι πρὸς τὴν κρίσιν, οὐ περιμείνασαν τὸν οἰκεῖον καιρὸν, ἀλλὰ πρὸ τούτου, τὸν ἑβδομαῖον ἐπιλαβοῦσαν, ἐν τῷ μέσῳ τῶν παροξυσμῶν ἡ κρίσις ἔσται.

autem tales morbi alterum duorum habent, vel ſynochum febrem, ita enim appellant quae a prima conſtitutione eundem tenorem ſine manifeſta declinatione ad criſim usque, uti diximus, ſervat, vel febrem aliam, quae etſi manifeſtas habeat declinationes et acceſſiones, non tamen tertio quoque die manifeſtas tantum habet, verum in ipſorum dierum quoque mediis, quemadmodum et ſemitertiana. Proinde prima peracutorum differentia velut una quaedam eſt acceſſio, quamobrem nihil, quantum ad acceſſionem pertinet, impares paribus praeſtabunt, quum febris ſingulis diebus aequalis exiſtat. Secunda etſi per triduum magnas habeat acceſſiones et veluti principia circuituum, tamen medius ipſorum dies tantam et ipſe in peracutis morbis acceſſionem frequenter affert, ut etiam magnis aliorum quorundam morborum acceſſionibus nihilo ſit inferior. Quum igitur morbus velut ad ſeptimum feſtinat et ſecundum ipſius rationem in eodem judicandus eſt, mediae vero acceſſionis magnitudo naturam ad criſim ante ſuum tempus venire compellit, vel

Ed. Chart. VIII. [502.] Ed. Baſ. III. (448)

ρὸν, ἢ καί τι προσγένηται τῶν ἔξωθεν ἐρεθιζόντων αὐτὴν, οὕτως ἡ κρίσις ἐν τῇ σ΄ προεκρήγνυται. αὕτη μὲν οὖν τοσούτῳ χείρων ἐστὶ τῆς ἐσομένης ἐπὶ τῆς ζ΄ ὅσῳ καὶ φθάνει. χειρίστη δὲ κρίσις ἡ ἑκταία καθ' ἕτερον γίνεται τρόπον, ὃν ἐπὶ πλέον μὲν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἐροῦμεν, ἐκείνης γάρ ἐστι πραγματείας οἰκεῖον ἀγαθὰς καὶ κακὰς διελέσθαι κρίσεις· ἐνταῦθα δὲ πρόκειται μόνον ὑπὲρ τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν διελθεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ κατέστην ἅπαξ τὰ περὶ τῆς σ΄ ἡμέρας εἰπεῖν ἅπαντα, καὶ τοῦτ' ἔτι προσθήσω διὰ κεφαλαίων. εἰσβάλλει τινὰ νοσήματα τὴν δευτέραν τῆς πρώτης ἔχοντα βαρυτέραν καὶ τὴν δ΄ τῆς γ΄, καὶ ὅλους τοὺς παροξυσμοὺς ἐν ἀρτίοις, ὄντα μὲν, ὡς ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἀποδειχθήσεται, τῆς τῶν χρονίων φύσεως, φθάνοντα δ' ὡς ὀξέα κρίνεσθαι διὰ σφοδρότητα· ταῦτα καὶ δευτεραίους μὲν ἀναιρεῖ καὶ τεταρταίους, ἑκταίους δὲ πλείστους. ἐπὶ μὲν γὰρ δὴ τῆς δευτέρας ἡμέρας ἰσχύει πως ἡ φύσις ἔτι, κατὰ δὲ τὴν δ΄ ἰσχύει μὲν ἔτι κἀπὶ ταύτης μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν σ΄, ἀλλ' οὔπω διαγωνίζεσθαι τολμᾷ· κατὰ δὲ τὴν σ΄ ἡ σφοδρότης τοῦ παροξυσμοῦ πολλάκις ἐκκαλεῖται μὲν αὐ-

extrinſecus aliquid evenit ipſam irritans, ſic criſis ſexto die paerumpet. Atque haec tanto pejor eſt ea, quae ſeptimo futura erat, quanto magis ipſam praevertit. Peſſima vero criſis ſecundum aliam rationem ſexto die accidit, quam in opere de criſibus plenius enarrabimus, quippe ad illud proprie pertinet bona malaque judicia diſtinguere, hic tantum de diebus decretoriis differere ſtatuimus. Sed quia ſemel de ſexto die univerſa dicere paravimus, hoc quoque adhuc ſummatim adjungemus. Invadunt quidam morbi ſecundum diem primo graviorem habentes, quartum tertio et totas acceſſiones in diebus paribus, qui longorum quidem morborum naturam, quemadmodum in commentariis de criſibus oſtendemus, habent, judicium tamen praevertunt ut acuti, propter acceſſionis vehementiam, hi etiam in ſecundo die interficiunt et quarto, ſed ſexto plurimos. Etenim in ſecundo die natura quodammodo valida adhuc eſt, item in quarto adhuc valida magis quam in ſexto, ſed nondum in certamen venire audet, at in ſexto acceſſionis vehementia

Ed. Chart. VIII. [502. 503.] Ed. Baſ. III. (448. 449.)

τὴν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. [503] δυοῖν δὲ θάτερον, ἢ κατέπεσεν αὐτῇ καὶ κατεσβέσθη πρὶν ἐκκριῖναι τὰ λυποῦντα, ἢ τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν ἐξέκρινε, τὸ λοιπὸν δ' οὐκ ἔτι ἴσχυσεν, ἀλλ' ὑπ' ἀῤῥωστίας τε καὶ καμάτου τελέως καταπίπτει καὶ κεῖται πάρετος. εἶτ' εἰ μὲν ἐν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ δυνηθείη πως ἑαυτὴν ἀνακτήσασθαι, κατὰ βραχὺ πέττει τὴν νόσον· εἰ δ' εἴη τὰ λείψανα τῆς νόσου μείζω τοῦ κατ' αὐτὴν τόνου, τοσοῦτον ἐπιβιοῖ χρόνον ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ὅσον ἐξαρκεῖν ἡ φύσις ἔτι δύναται· τεθνήξεται δὲ μετὰ ταῦτα. περὶ μὲν δὴ τῶν παρεμπιπτουσῶν ἡμερῶν αὐτάρκως εἴρηται.

Κεφ. θ'. Διὰ τί δ' ἅμφω κρίνουσιν, ἥ τε εἰκοστὴ καὶ εἰκοστὴ πρώτη, πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ εἰκοστή; πρῶτον μὲν ὅτι χρόνιον ἤδη τὸ τοιοῦτον νόσημα καὶ τοὺς παροξυσμοὺς αἱ ἀρτίαι λαμβάνουσιν, εἶθ' ὅτι καὶ ἡ ἑβδομὰς οὐκ ἔστιν ὁλοκλήρων ἡμερῶν ἑπτά, καθότι καὶ πρόσθεν εἴρηται, καὶ τοῦτο ἠπίστατο καὶ Ἱπποκράτης. εἰπὼν γὰρ ἐν τῷ προγνωστικῷ· αὗται μὲν οὖν διὰ τεσσάρων εἰς τὴν εἰκοστὴν ἐκ προσθέσιος ἀφικνέονται· μετὰ ταῦτα ἐπήνεγκεν· οὐ δύνα(449)ται δὲ ὅλη-

frequenter eam ad certationem provocat. Quare alterum e duobus ſuſtinet, vel in ea concidit et prius quam quae offendunt excreverit, extinguitur, vel plurimum ex eis propulſat, reliquum vero adhuc non poteſt, verum imbecilla et defatigata prorſus cadit et languida jacet. Deinde ſi quomodo poſtero tempore recreari ac refici potuerit, paulatim morbum concoquit, quod ſi morbi reliquiae ejus robore majores ſint, tam diu aeger ſupervivet, quamdiu natura adhuc ſufficere poteſt, morietur tamen poſtea. Jam vero de diebus coincidentibus abunde dictum eſt.

Cap. IX. Cur autem et vigeſimus et vigeſimusprimus, multo magis vigeſimus decernat, explicabo. Primum quoniam hujusmodi morbus diuturnus jam eſt, ipſas acceſſiones dies pares excipiunt, deinde quod ſeptimana non integris ſeptem diebus conſtet, veluti prius expoſitum eſt, novit hoc quoque Hippocrates. Quum enim dixiſſet in opere prognoſtico: *Hi ergo ex acutiſſimis morbis per quatuor in viginti ex additione perveniunt*, his ſubjungit: *Verum hu-*

Ed. Chart. VIII. [503.] Ed. Baſ. III. (449.)

σιν ἡμέρῃσιν οὐδὲν τούτων ἀτρεκέως ἀριθμέεσθαι. οὐδὲ γὰρ ὁ ἐνιαυτός τε καὶ οἱ μῆνες ὅλῃσιν ἡμέρῃσι πεφύκασιν ἀριθμέεσθαι. ὡς οὖν ὁ ἐνιαυτὸς μὲν ἐπὶ ταῖς τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις ἐπικείμενον ἔχει μόριον ἡμέρας μεῖζον ἢ τέταρτον, ὅ τε μὴν ἥμισυ τῆς μιᾶς ἡμέρας ἀπολείπεται τοῦ τριακονθήμερος ὑπάρχειν, οὕτως καὶ ἡ ἑβδομὰς ἕκτῳ μάλιστα μέρει μιᾶς ἡμέρας ἀπολείπεται τὸ τέλεον ὑπάρχειν ἡμερῶν ἑπτά. συμβαίνει τοιγαροῦν οὐ μιᾶς καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν γίνεσθαι τὰς τρεῖς ἑβδομάδας ὁλοκλήρων, ἀλλὰ ἀπολείπεσθαι σχεδὸν ὅλῳ τῷ ἡμίσει μέρει τῆς μιᾶς ἡμέρας καὶ διὰ τοῦτο ἐπαμφοτερίζειν τὸν ἀριθμὸν, οὐ μᾶλλόν τι τῶν εἴκοσιν ἐγγὺς ἢ τῶν ἑνὸς καὶ εἴκοσιν ὑπάρχοντα. τῆς γὰρ ὅλης σεληνιακῆς περιόδου ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν οὔσης καὶ προσέτι τρίτου μέρους μιᾶς ἡμέρας καὶ διὰ τοῦτο ἑκάστης ἑβδομάδος ἑπτὰ γινομένης ἡμερῶν ἀπολιπουσῶν ἕκτον, αἱ τρεῖς ἑβδομάδες ἡμερῶν εἴκοσι καὶ ἡμισείας ἔσονται. πλησίον οὖν ὑπάρχουσαν αὐτῇ τὴν ἀκριβῆ περίοδον ἡ εἰκοστὴ σφετερίζεται τῷ χρονίζειν ἤδη τὰ τοιαῦτα νοσήματα καὶ τοὺς παροξυσμοὺς ἐν ἀρτίαις ἴσχειν. ὧν

jusmodi ſupputatio per integros dies nimirum fieri non poteſt, quippe quum nec annus, nec menſes ipſi integris diebus numerari poſſint. Ut igitur annus ad trecentos ſexagintaquinque dies particulam diei majorem quarta adjectam habet, tum menſis ad triginta dies abſolvendos unius dimidium deſiderat, ſic et ſeptimana ſexta maxime diei parte, ut ſeptem integros habeat, indiget. Quamobrem fit ut tres ſeptimanae non unum et viginti dies integros, ſed minus fere tota dimidia parte unius conſequantur. Ob quod etiam numerum hujusmodi non magis viginti quam uni et viginti diebus vicinum utrique parti invenire videas. Nam quum totus lunaris circuitus ſeptem et viginti diebus et adhuc tertia unius parte abſolvatur, ideoque ſeptimana quaelibet ſetem diebus minus ſextante conſtet, tres ſeptimanae viginti dies et dimidium habebunt. Igitur vigeſimus exactam periodum propinquam ſibi vindicat, quoniam tales jam morbi diuturni evadent et acceſſiones paribus diebus accipiunt, quorum vero acceſſiones in imparibus eveniunt, horum et

Ed. Chart. VIII. [503. 504.] Ed. Baſ. III. (449.)

δ' ἐν περιτταῖς οἱ παροξυσμοὶ, τούτων καὶ αἱ κρίσεις εἰς τὴν εἰκοστὴν πρώτην ἐμπίπτουσιν. ἐπεὶ δ' οὐ μόνον ἡ περίοδος τῆς σελήνης, ἀλλὰ καὶ ὁ μηνιαῖος χρόνος ὁ τῆς φάσεως ἔχει τινὰ δύναμιν, ὡς ἐλέγομεν, αὕτη μὲν γὰρ ἡ κατὰ τὸν ζωδιακὸν περίοδος οἰκειοτάτη ἐστὶ ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς ἑκάστου τῶν πραγμάτων, ὁ δ' αὖ μηνιαῖος χρόνος ὁ τῆς φάσεως ἀλλοιῶν τὸν περίγειον ἀέρα κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν διαφέρει, ἐδείχθη δὲ καὶ οὗτος ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν ὡς ἔγγιστα δεόντως, διὰ τοῦτ' εἰκότως ἡ ἑβδομὰς ἔτι μικροτέρα γενήσεται τῆς ἔμπροσθεν εἰρημένης. εἴτε γὰρ ἀπὸ τῶν τριάκοντα βουληθείης ἀφελεῖν τὰς τρεῖς ἐκείνας ἡμέρας τὰς περὶ σύνοδον, ἐν αἷς ἔτ' ἄκριτον ἦν τὸ περιέχον, εἴτ' ἀπὸ τῶν κθ' καὶ ἡμισείας, ὁ λοιπὸς χρόνος, ἐν ᾧ σαφὴς ἔχει φῶς ἡ σελήνη, κατὰ μὲν τὸν πρότερον ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν γενήσεται, κατὰ δὲ τὸν δεύτερον εἴκοσι καὶ ἓξ καὶ ἡμισείας. ἐπεὶ τοίνυν ἀλλοιώσεις ἔφαμεν γίνεσθαι τοῖς σώμασιν ἡμῶν τὰς μὲν ἰδίας, τὰς δὲ κοινὰς, [504] ἰδίας μὲν ὡς πρὸς τὰς ἰδίας ἀρχὰς, κοινὰς δὲ τῷ συναπολαύειν τοῦ περιέχοντος, εἰς ταὐτὸν δὲ συμβαίνειν

judicia ad vigeſimumprimum delabuntur. Sed quoniam non ſolum lunae circuitus, verum et menſtruum tempus apparitionis virtutem quandam in nos poſſidet, uti prius docuimus, ipſe etenim ſigniferi circuitus accommodatiſſimus eſt unicuique rei propriis principiis, menſtruale vero tempus, quo luna conſpicitur, ambientem nos aërem immutans omnibus ex aequo hominibus communem effectum oſtendit. Demonſtratum eſt autem et hoc tempus viginti et ſeptem dies propemodum continere, ideoque ſeptimana ejus minor adhuc prius dicta merito evadet. Sive enim a triginta tres illos qui circa coitionem ſunt dies, in quibus nihil adhuc de aëre decernitur auferre cogites, ſive a vigintinovem et dimidio, reliquum tempus quo luna manifeſtum de ſe lumen praebet, priore modo ſeptem et viginti dies, altero vigintiſex et dimidium habebit. Quoniam ergo mutationes corporibus noſtris accidere diximus quasdam proprias, quasdam communes, proprias, quae tanquam ad propria principia ſpectent, communes, quae ad communem ambientis uſum,

Ed. Chart. VIII. [504.] Ed. Baſ. III. (449.)

ἑκατέρας τῆς σελήνης τὰς περιόδους καὶ βραχεῖ τινι λείπεσθαι τὰς κοινὰς τῶν ἰδίων, ἀφαιρεθήσεται δή τι καὶ κατὰ τοῦτο τοῦ τῆς ἑβδομάδος ἀριθμοῦ. συνεπιμιγνυμένης γὰρ τῆς κοινῆς τῇ ἰδίᾳ καὶ οὔσης ὀλιγοχρονιωτέρας, ἀνάγκη καὶ κατὰ τοῦτο παραθραύεσθαί τι τοῦ τῆς ἑβδομάδος ἀριθμοῦ καὶ οἷον ἐν μεθορίῳ γίγνεσθαί τινι τοῦ κοινοῦ καὶ τοῦ ἰδίου. καλῶ δ' ἴδιον μὲν τὸν ἐκ τῆς ζωδιακῆς περιόδου γινόμενον, ἑκάστῳ γὰρ ἡμῶν αὐτὸς διαφέρει, κοινὸν δὲ τὸν ἐκ τῆς μηνιαίας, ὃν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείξα μηδ' ὅλως ὑπάρχειν ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν. ἐὰν γὰρ ἀπὸ μὲν τοῦ μηνιαίου χρόνου τοῦ ἀκριβοῦς, ὃς ἀπολείπεσθαι τῶν τριάκονθ' ἡμερῶν ἡμίσει μάλιστα μιᾶς ἡμέρας ἐλέγετο τὰς τρεῖς ἀφέλῃς ἡμέρας τὰς περὶ σύνοδον, αἱ λοιπαὶ δηλονότι τῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν ἔσονται μείους ἥμισυ τῆς μιᾶς ἡμέρας. ἀλλ' οὗτος οὖν ὁ χρόνος ὁ διαιρούμενος εἰς τὰς ἑβδομάδας, οὐχ ὁ σύμπας μηνιαῖος. ὥσθ' ὁ κοινὸς χρόνος τῆς ἑβδομάδος, ὁ τὸ περιέχον ἀλλοιῶν, ἐλάττων ἔσται τοῦ καθ' ἕκαστον ἰδίου. δύνασθαι δὲ καὶ οὗτος ἐλέγετο καὶ διὰ τοῦτο παραθραύειν τι τοῦ χρόνου τῆς ἑτέρας ἑβδομάδος,

in idem autem utrosque lunae circuitus fieri contingit, et communes propriis paulo breviores esse. Atque sic jam ex septimanae numero quippiam auferetur. Nam quum propriae communis admiscetur, sitque paulo brevioris temporis, ita quosque aliquid de septimanae numero confringi et veluti in medio quodam proprii et communis consistere necesse est; voco autem proprium, qui ex Zodiaci circuitu proficiscitur, nam is cuique nostrum virtutem affert, communem, qui ex circuitu menstruo fit, quem supra recensui nequaquam septem et viginti dierum esse. Nam si a menstrui tempore exacto, quod ad triginta dies integros unius dimidium maxime requirere dicebatur, tres qui circa coitum sunt dies ademeris, reliqui videlicet vigintiseptem minus diei dimidio erunt. Itaque hoc tempus non menstruale totum in septimanas dividitur. Quare commune tempus septimanae quod aërem immutat, minus erit eo, quod singulis est proprium, quanquam et hoc virtutem habere dicebatur ideoque nonnihil ex alterius septimanae tempore confringere, ut medium utriusque tem-

Ed. Chart. VIII. [504.] Ed. Baſ. III. (449.)

ὥσθ' ὁ μέσος ἀμφοῖν ὁ οἷον μικτὸς ἐξ αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἀφαιρήσει τῆς ἑβδομάδος ἕκτου μέρους. τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς ἢ τῆς μίξεως ἢ τῆς ἀφαιρέσεως ὁ θεὸς οἶδεν· ὅσον δὲ ἀνθρωπίνῳ στοχασμῷ συμβάλλειν ἐγχωρεῖ, πιθανώτερόν ἐστι μέσον ἀμφοῖν ποιῆσαι τῶν περιόδων τὸν ἐξ ἀμφοῖν κοινόν. ἐπεὶ τοίνυν ὁ μὲν τῆς φάσεώς ἐστι τῆς ἐναργοῦς καὶ δραστηρίου χρόνος εἴκοσιν ἓξ ἡμερῶν καὶ ἡμισείας, ὁ δὲ τῆς ζωδιακῆς περιόδου εἰκοστὸν καὶ ἕβδομον καὶ τρίτον, δῆλον ὡς ὁ μέσος αὐτῶν κ' καὶ στ' ἡμερῶν ἔσται καὶ προσέτι μάλιστα μορίου μιᾶς ἡμέρας ἡμίσεος τρίτον καὶ ιβ. συνθεὶς γὰρ ἀμφοτέρους τοὺς χρόνους, εἰ τὸ ἥμισυ λάβοις, εὑρήσεις τὸ μέσον. ἀλλ' οὗτος ὁ χρόνος ὁ μέσος ἀπολείπεται τῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν δωδεκάτῳ μάλιστα μέρει μιᾶς ἡμέρας. εἰ μέντοι τέμοις αὐτὸν εἰς τέτταρα, τὸν ἀκριβῆ χρόνον εὑρήσεις τῆς ἑβδομάδος οὐχ ἕκτῳ μόνον μιᾶς ἡμέρας ἀπολειπόμενον, ἀλλ' ἔτι πλέον. λαμβανέσθω γὰρ τῶν κστ' καὶ ἡμίσεος τρίτον, ιβ' τὸ τέταρτον μέρος, ἔσται δὲ χρόνος ἡμερῶν στ' ἡμίσεος πέμπτον καὶ προσέτι μορίων ἄλλων ἐπικειμένων μικροτέρων, ἅπερ ἐστὶν ἑξήκοντα πρῶτα καὶ ἑκα-

pus, quod velut mixtum ex eis eſt, plus ſexta parte ſeptimanae demat. Ac exactam quidem vel mixturam vel ablationem deus tantum novit, quantum vero humana conjectura aſſequi licet, praeſtat circuitum earum communem medium inter utrasque collocari. Quum ergo apparitionis manifeſtae et efficacis tempus ſit dies vigeſimusſextus et dimidius, Zodiaci vero circuitus expleant vigintiſeptem dies cum tertia unius parte, liquet medium ipſorum fore vigeſimumſextum diem, ad haec dimidium et tertiam maxime duodecimam unius diei partem, ſiquidem ubi utroque tempore conjuncto dimidium acceperis, medium ipſum invenies. At hoc tempus medium a vigintiſeptem diebus duodecima maxime unius diei parte deficit, quia ſi in quatuor ipſum dividas, exactum ſeptimanae tempus offendes, non ſexta modo unius diei parte, ſed etiam majore mutilum. Sumatur enim ex vigintiſex diebus et dimidio tertia et ex duode-

Ed. Chart. VIII. [504.] Ed. Baſ. III. (449.)

τοστὰ εἰκοστά· τὰ δεύτερα διακόσια δὴ καὶ τεσσαράκοντα. ὁ δ' αὐτὸς χρόνος καὶ οὗτος ἂν λέγοιτο ἡμερῶν ἓξ καὶ ἡμίσεος καὶ ἕκτου καὶ εἰκοστοῦ τετάρτου καὶ τεσσαρακοστοῦ ὀγδόου. ὁ δὲ τηλικοῦτος χρόνος ἀπολείπεται τοῦ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τετάρτῳ μέρει μιᾶς ἡμέρας καὶ ἔτι πρὸς τὸν ἀκριβῆ λόγον ἑξήκοντά τε καὶ ἑκατοστὰ εἰκοστὰ καὶ σμ', καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων αἱ τρεῖς ἑβδομάδες ἡμερῶν εἴκοσιν ἔσονται καὶ προσέτι μορίου τινὸς ἡμέρας α' ἕκτου, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἀκριβολογουμένοις ὀλίγον ὑπερβάλλει τῆς εἰκοστῆς ἡμέρας ὁ τῶν τριῶν ἑβδομάδων ἀριθμὸς, καὶ ταύτης ἔσται πολὺ μᾶλλον ἢ τῆς εἰκοστῆς πρώτης οἰκεῖος. ἐμοὶ μὲν δέδεικται κατά τε τὸ ἀληθὲς αὐτὸ καὶ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους γνώμην ὅτι μηδὲν τούτων ὅλῃσιν ἡμέρῃσιν ἀτρεκέως ἀριθμεῖσθαι δύναται, τουτέστιν ἀπηκριβωμένως τε καὶ ἀπηρτυσμένως, οὔθ' ἡ ἑβδομὰς οὔθ' ἡ τετρὰς οὔθ' ὁ μὴν οὔθ', ὁ ἐνιαυτὸς, οὔτ' ἄλλο τῶν ἁπάντων οὐδέν.

cim quarta pars, erit autem tempus dierum ſex dimidii quinta pars, et particulis aliis minoribus inſuper adjectis, quae ſunt ſexageſima prima, dein centeſima vigeſima, ducenteſima quadrageſima. Idem tempus et hoc dici poſſit dierum ſex et dimidii et ſextae partis diei vigeſimae quartae et quadrageſimaeoctavae. Abeſt autem hujusmodi tempus a ſeptem diebus unius diei quadrante, et ſi exacte computes, ſexageſima parte, centeſima vigeſima et ducenteſima quadrageſima. Quae quum ita ſe habeant, tres ſeptimanae viginti diebus et ſexta unius diei parte comprehendentur. Proinde ſi hunc in modum exacte rationem ineamus, trium ſeptimanarum numerus paululum viginti dies excedet, atque his multo magis quam viginti et uni erit proprius. Jam ſane oſtendi ſecundum rerum veritatem et Hippocratis ſententiam, nullam horum ſupputationem per dies integros fieri poſſe, hoc eſt abſolute citraque diviſionem, neque ſeptimanam neque quaternarium neque menſem neque annum neque alium quemvis numerum.

Ed. Chart. VIII. [505.] Ed. Baſ. III. (449.)

Κεφ. ι'. [505] Ὅστις δὲ τῇ τῶν λόγων ἀκριβείᾳ δυσχεραίνει, τοῦτον οὐδεὶς ἀναγκάζει μανθάνειν αὐτούς, ἀλλ' ἀρκεῖ τὸ πρῶτον αὐτῷ τῆσδε τῆς πραγματείας ὑπόμνημα. εἰ δὲ μὴ πάνυ τις ἀργὸς εἴη, προστιθέτω μὲν καὶ τὸ δεύτερον, ἀπεχέσθω δὲ τοῦ τρίτου. ἡμεῖς γὰρ ταῦτα καὶ αὐτοὶ γινώσκομεν, ὀλίγοις παντελῶς γεγραφότες, οὐδὲ τούτοις γε ἑκόντες, ἀλλ' ἴσασι γὰρ θεοὶ καὶ καλείσθωσαν μάρτυρες, ὅτι πολλὰ βιασθέντες ὑπό τινων ἑταίρων ἠναγκάσθημεν αὐτοῖς γράψαι ταῦτα.

Κεφ. ια'. Μωροί τ' ἂν εἴημεν, εἰ δημόσιον ἄκουσμα νομίζοιμεν εἶναι λόγον τοιοῦτον. ὅτι γὰρ τοῖς πολλοῖς ἀκούειν ἡδιον ἀμήτορα μὲν τὴν μονάδα, τολμᾷν δὲ τὴν δυάδα καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἰδέαν μὲν τὴν μονάδα, τὴν δυάδα δὲ ὕλην ἄπειρον, εἶθ' ἑξῆς τὴν τριάδα πεπερασμένην ἁρμονίαν, ἢ τέλειον ἀριθμὸν καὶ α', ἢ στερεὸν, ἢ ἐπίπεδον. ὅτι γὰρ ἄν αὐτοῖς δόξῃ λέγουσιν ἄλλοι ἄλλο, καὶ Ἀθηνᾶν γε τινὰ καλοῦσιν ἀριθμὸν, ἕτερον δ' Ἄρτεμιν, Ἀπόλλωνα δ' ἄλλον. ὥσπερ οὖν οὐκ

Cap. X. Qui jam diſputationis hujus ſubtilitati ſuccenſet, ac difficilem eam exiſtimat, hunc nemo ipſam addiſcere cogit, verum primus hujus operis liber ei ſufficit. Quod ſi quis non admodum ſegnis fuerit, ſecundum quoque adjiciat, a tertio autem abſtineat. Nos ſiquidem haec paucis plane iisque invito ſcripſiſſe affirmanus. Vos o dii immortales noviſtis, vos in teſtimonium voco, haec me amicorum quorundam precibus vehementer adactum ſcriptis mandaſſe.

Cap. XI. Nam ſtulti nimirum eſſemus, ſi hujusmodi ſermonem vulgo convenire arbitremur, quoniam illi unitatem matris expertem, dualitatem numerum inaudire ſuavius eſt, et alia ratione unitatem formam eſſe, dualitatem materiam infinitam, deinde trinitatem abſolutam harmoniam, vel perfectum numerum et primum aut ſolidum aut planum. Quicquid enim in mentem ipſis venit dicunt, alii aliud, et Minervam aliquem numerum appellant, alterum Dianam, alium Apollinem. Quemadmodum igitur

Ed. Chart. VIII. [505.] Ed. Baf. III. (449. 450.)

ἀγνοοῦμεν, οὕτως οὐδὲ λέγειν ὑπομένομεν, οὐδεμίαν ἐπιστημονικὴν ἀπόδειξιν ἐπάγειν τοῖς λόγοις αὐτῶν δυνάμενοι. καὶ τοῖς γε φίλοις ἐδείξαμεν ἔργῳ πολλάκις ὡς ταῖς τοιαύταις τις χρώμενος ψυχρολογίαις, εἴτ' ἐπαινεῖν ὁντιναοῦν ἀριθμὸν, εἴτε καὶ ψέγειν βούλοιτο, πρόχειρον αὐτῷ. κινδυνεύουσι γὰρ εἰς τοσοῦτον ἥκειν ἠλιθιότητος οἱ τὰ τοιαῦτα ληροῦντες ὡς ἐπειδὰν ἢ περὶ τῆς ἑβδομάδος, ἢ περί τινος ἄλλου λέγωσιν, οὐκ ἀρκεῖσθαι μόνοις τοῖς τοιούτοις ψυχρεύμασιν, ὥστε Πλειάδες ἑπτὰ καὶ τῶν ἄρκτων ἑπτάστερος ἑκατέρα, καὶ γὰρ καὶ ὀνομάζουσιν οὕτως, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑπταπύλων Θηβῶν μνημονεύουσι καὶ δηλονότι τῶν ἐπὶ Θήβαις ἑπτά. καίτοι τί πρὸς ἔπος, εἰ Πλειάδες ἑπτὰ, Δίωνα πλευριτικὸν γενόμενον ἑβδομαῖον κριθῆναι; καὶ γὰρ ἄλλοτε μὲν ἐνναταῖος, ἄλλοτε δὲ δεκαταῖος ἐκρίθη. τί δ' ὅμοιον, εἰ ἑπτὰ Νείλου στόματα, Θέωνα περιπνευμονικὸν γενόμενον ἑβδομαῖον κριθῆναι; καὶ γὰρ ἄλλοτε μὲν τεταρταῖος, ἄλλοτε δὲ πεμπταῖος ἐκρίθη. ἀλλ' ὥσπερ κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασι διττὴ τῶν φαύλων ἁπάντων ἐστὶν ἡ φύσις, ὑπερ-

hoc non ignoramus, ita dicere dedignamur, quum nullam demonſtrationem ſcientificam hujusmodi placitis adducere queamus. Et amicis frequenter ipſa re oſtendimus hujusmodi frigidis ſermonibus utendi, ſive quemvis numerum laudare, ſive reprehendere voluerit, proclive eſſe. Nam periculum eſt ne eo ſtupiditatis ſveniant, vel de alio quovis dixerint, non contenti ſolis hujusmodi ineptiis, addant Plejades ſeptem et utramque urſam ſeptiſtellam, etenim ſic nominant, imo et Thebarum ſeptiportarum meminerunt. At quid ad rem propoſitam ſpectat, ſi Plejades ſeptem ſint, Dionem laterali morbo laborantem ſeptimo die de morbo judicium ſuſtiniſſe? etenim alias nono, alias decimo die criſim habuit. Quid autem ſimilitudinis eſt, ſi ſeptem Nili ſint oſtia, Theonem pulmonis vitio aegrotantem ſeptimo die judicatum fuiſſe? nam aliquando quarto, interdum quinto, morbi judicium accepit. Verum ut in aliis omnibus duplex vitii cujusque ac pravitatis natura eſt, exceſſus et

Ed. Chart. VIII. [505. 506.] Ed. Baſ. III. (450.)

βολή τε καὶ ἔλλειψις, οὕτω κἀνταῦθα. τινὲς μὲν ὅλως μισοῦσι καὶ τοὺς τἀληθῆ λέγειν ὑπὲρ ἑβδομάδος ἐπιχειροῦντας, ἐσχάτως ὄντες μισολόγοι τινὲς δὲ εἰς τοσαύτην ἐμπίπτουσι φλυαρίαν, ὡς καὶ τῶν μηδὲν προσηκόντων μνημονεύειν. ἑκατέρα, φασὶ, τῶν ἄρκτων ἀστέρων ἐστὶν ἑπτά. πρῶτον οὐκ ἀληθὲς, ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἐσχάτην αὐτῶν ἀμαθίαν κατηγορεῖ. κείσθω γοῦν ἀληθές. ἀλλ' οὔθ' ὁ Βοώτης οὔθ' ὁ δι' αὐτῶν τῶν ἄρκτων δράκων ἀστέρων ἐστὶν ἑπτά. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον οὔθ' ὁ στεφανὸς οὔθ' ὁ ἐγγόνασις οὔθ' ὁ ὀφιοῦχος οὔτε καρκῖνος, ἢ λέγω, οὔθ' ὅλως οὐδὲν τῶν ιβ' ζωδίων, ἐν οἷς οἱ πλανῆται φέρονται. καίτοι ὅτι τὰ τῇδε κοσμοῦσιν οἴδε καὶ διατάττουσιν, οὐ τοῖς ἀστρονόμοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀρίστοις ἅπασιν ὡμολόγηται φιλοσόφοις. [506] οὔτ' οὖν τοὺς φλυαροῦντας ἀποδέχεσθαι χρὴ, καὶ τοὺς ἀποδιδράσκοντας ἀεὶ τοιαύτην θεωρίαν μὴ προσαναγκάζειν.

Κεφ. ιβ'. Ἐμοὶ δ' οὖν αὐτὸ τὸ ἀληθὲς εἰς ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν εὑρῆσθαι νομίζω, γιγνωσκόμενον μέν που

defectus, ita hic quoque. Nonnulli eos qui veritatem de ſeptimana dicere conantur, prorſus adverſantur, quippe qui ſermonem quemlibet ſummo odio proſequuntur. Nonnuili in tantam nugacitatem incidunt ut etiam ea quae ad rem nihil pertinent commemorent. Utrique, urſae, inquiunt, ſeptem ſtellae ſunt. Primum ſane verum non eſt, ſed hoc extremam eorum inſcitiam coarguit. Eſto jam verum, ſed neque Bootes, neque qui per ipſas urſas tranſit draco ſeptem ſtellas obtinet. Pari modo nec engonaſis nec corona nec ophiuchus nec cancer vel leo, nec omnino ullum ex duodecim ſignis, in quibus planetae feruntur, etſi illa terrena exornare atque etiam diſponere non aſtronomis modo, ſed etiam philoſophis clariſſimis in confeſſo habetur. Quamobrem nec recipiendi ſunt nugatores, nec cogendi, qui hujusmodi ſpeculationem ſemper refugiunt.

Cap. XII. A me itaque veritatem ipſam quantum homini licet inventam eſſe puto, quam quidem et Hippo-

Ed. Chart. VIII. [506.] Ed. Baf. III. (450.)

καὶ πρόσθεν Ἱπποκράτει, καθότι διὰ τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως ἐνεδείξατο, ῥαθυμίᾳ δὲ τῇ τῶν πολλῶν σιωπηθέν. ἐγὼ δ' οὔτ' ἄλλο τι παρ' Ἱπποκράτους μάτην εὑρίσκω γεγραμμένον, οὔθ' ὅτι μηδὲν τούτων ὅλησιν ἡμέρησιν ἀτρεκέως ἀριθμεῖσθαι δύναται, καὶ λαβὼν ἀρχὴν ὁμολογουμένην οὐκ ἀστρονόμοις μόνον, ἢ φυσικοῖς φιλοσόφοις, ἀλλὰ καὶ γεωργοῖς καὶ ναύταις καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἡ σελήνη τὸν περίγειον ἐπιτροπεύει τόπον, οἷον ὕπαρχός τις οὖσα μεγάλου βασιλέως τοῦ ἡλίου, ταῖς ταύτης περιόδοις ἐπέδειξα τὰς κρινούσας ἡμέρας ἑπομένας· ἐπέδειξα δὲ καὶ τῶν παρεμπιπτουσῶν ἡμερῶν τὰς αἰτίας καὶ διὰ τί τὰς τρεῖς ἑβδομάδας οὐκ εἰς τὴν κά, ἀλλ' εἰς τὴν κ' μᾶλλον ὁ Ἱπποκράτης ἀξιοῖ περιάγεσθαι. τούτων δ' ἀποδεδειγμένων οὐδὲν ἔτι χαλεπὸν εὑρεῖν οὐδὲ διὰ τί τὴν μὲν πρώτην ἑβδομάδα τῆς δευτέρας διαζεύγνυσι, συνάπτει δὲ ταύτην τῇ τρίτῃ, οὔτε γὰρ τὴν δευτέραν τῇ πρώτῃ συνάπτειν εὔλογον ἦν, εἰς τὴν ιδ' ἀφικνουμένης τῆς κρίσεως, οὔτε τὴν τρίτην τῇ δευτέρᾳ διαζευ-

crates prius cognoverat, ſicut et praeſcriptis verbis indicavit, vulgare autem medicorum genus prae ſegnitie eam ſubticuit. Enimvero nec aliud quippiam ab Hippocrate fruſtra ſcriptum invenio nec illud, quod *ulla horum computatio totis diebus fieri nequit.* Atque principium non aſtronomis tantum, vel naturalibus philoſophis, ſed agricolis quoque et nautis, hominibusque omnibus receptum aſſumi, lunam videlicet terreſtrem plagam veluti hyparchum quendam magni regis ſolis gubernare. Hujusce circuitus dies decretorios ſequi monſtravimus, ad haec coincidentium dierum cauſas indicavimus, item cur tres ſeptimanas ad vigeſimum, non ad vigeſimum primum, potius Hippocrates voluerit deducere. Caeterum his demonſtrantis nullum adhuc negotium eſt invenire quare primam ſeptimanam a ſecunda ſeparet, hanc autem tertiae conjungat. Neque enim ſecundam primae, criſi ad quartumdecimum diem perveniente, conjungere ratio poſtulabat, neque tertiam a ſecunda removere

Ed. Chart. VIII. [506.] Ed. Baſ. III. (450.)

γνύναι τῆς κ' μᾶλλον ἢ τῆς κα' ἐκδεχομένης τὰς κρίσεις. ἐπεὶ δὲ τῶν ἑβδομάδων αὐτῶν αἱ δύο μόναι πρῶται διαζεύγνυνται, συνάπτεται δ' ἡ τρίτη, δῆλον ὡς καὶ τῶν τετράδων ἔνιαι μὲν ἐξ ἀνάγκης συναφθήσονται, διαζευχθήσονται δ' ἕτεραι. ἡ μὲν οὖν δευτέρα τετρὰς καὶ ἡ πρώτη συναφθήσονται, διότι μιᾶς ἑβδομάδος τῆς πρώτης διχῇ τμηθείσης ἑκατέρα μόριον ἐστιν. ἡ δὲ τρίτη τῆς δευτέρας διαζευχθήσεται, διότι καὶ ἡ ἑβδομὰς ἡ δευτέρα τῆς πρώτης διεζευγνυτο. συναφθήσεται δὲ ἡ τρίτη τῇ τετάρτῃ, διότι τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ἑκατέρα μόριόν ἐστιν. αὕτη δ' οὖν πάλιν ἡ τετάρτη τῇ ε' συναφθήσεται διὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα συναφθεῖσαν τῇ δευτέρᾳ. συναφθήσεται δε καὶ ἡ στ' τετρὰς τῇ ε' κατὰ τὴν ιζ ἡμέραν, ὡς ἂν τῆς τρίτης ἑβδομάδος ἑκατέρα μέρος ὑπάρχουσα.

Κεφ. ιγ'. Εἰς μὲν οὖν τὸ καλῶς διαιτῆσαι χρησιμώτατόν ἐστι προγνῶναι τὸν χρόνον τῆς κρίσεως. εἴτε δ' ὀξὺ χρὴ καλεῖν, εἴτε χρόνιον, εἴτ' ἄλλως πως ὀνομάζειν

quum vigeſimus magis quam vigeſimusprimus judicia excipiat. Quoniam vero inter ſeptimanas ipſas duae quidem primae ſeparantur, tertia vero copulatur, perſpicuum eſt quaternarios quoque nonnullos neceſſario conjungi alios, ſeparari. Itaque ſecundus quaternarius et primus conjungentur, quod unius ſeptimanae primae bibariam diviſae particula uterque ſit, tertius a ſecundo disjungetur, quoniam et ſeptimana ſecunda a priore ſeparata eſt. Tertius autem quarto copulabitur, quoniam ſecundae ſeptimanae uterque particula eſt. Hic itaque rurſum quartus propter tertiam ſeptimanam ſecundae conjunctam quinto copulabitur. Adjungetur etiam ſextus quaternarius quinto, in decimoſeptimo die, tanquam tertiae ſeptimanae pars uterque exiſtens.

Cap. XIII. Quapropter ad bonam victus rationem inſtituendam utiliſſimum eſt judicii tempus praecognoſcere, num vero acutum, vel diuturnum, vel aho modo morbum

Ed. Chart. VIII. [506. 507.] Ed. Baf. III. (450.)

τόδε τὸ νόσημα, τὸ κατὰ τὴν κ' ἡμέραν, εἰ οὕτως ἔτυχε, κριθησόμενον, οὐδεν ὠφελεῖ τὸν κάμνοντα. δύναται γάρ τις, μηδὲν φθεγξάμενος, ἀλλὰ μηδὲ νοήσας ὅλως ὅ τι ποτὲ χρὴ καλεῖν αὐτὸ, καλῶς διαιτῆσαι τὸν νοσοῦντα, μηδέν γε τῶν ἄλλων παραλιπὼν ἃ πρὸς τοῦτο διαφέρει. τὸ μὲν ἀληθὲς ἅμα καὶ χρήσιμον εἴρηταί μοι, τὸ δὲ τοῦ σοφιστικοῦ λήρου περαινέσθω, μετὰ ταῦτα δεικνύντων ἡμῶν κἀνταῦθα, πόσον ἀγνοοῦσι τοῦ προσήκοντος οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν. οἴονται γὰρ ὀξὺ μὲν καλεῖσθαι [507] νόσημα τὸ ταχέως κρινόμενον, ἐναντίον δ' ὑπάρχειν αὐτοῦ τὸ χρόνιον. ἔχει δ' οὐχ οὕτω τἀληθὲς, ἀλλ' ἔστι γάρ τι νόσημα βραχυχρόνιον μὲν, οὐ πάντως δ' ὀξύ. καὶ τούτῳ μὲν ἐναντίον ἐστὶ τὸ χρόνιον, ἢ πολυχρόνιον, ἢ ὅπως ἄν τις ἑτέρως ἐθέλῃ καλεῖν αὐτό. τῷ δ' ὀξεῖ φύσις ἑτέρα νοσήματος ἀντίκειται, οὐδὲν ἴδιον ὄνομα κεκτημένη. καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐγένετο· τοῦ γὰρ ὀξέως νοσήματος, ὡς ὁ μὲν Ἀρχιγένης ὑπεγράφετο, τοῦ διὰ συντόμως κινδυνώδους· ὡς δ' Ἱπποκρά-

nominare conveniat, qui vigeſimo die verbi gratia judicandus eſt, id nihil aegro praeſidii affert; poteſt enim quispiam ne locutus quidem, imo qui nec prorſus cogitaverit, quinam ipſe vocandus ſit, probam victus legem aegro inſtituere, modo nihil ex aliis praeterierit, quae huc conferre videntur. Jam ſane veritatem ſimul et utilitatem expoſui; ſophiſticarum autem nugarum finis jam eſto, poſt haec oſtendentibus nobis hoc in loco quantum plerique medici ea quae conveniant ignorent. Putant enim acutum vocari morbum qui celeriter judicatur, contrarium hujus diuturnum. At veritas non ita habet: eſt ſiquidem morbus quidem brevi tempore durans, non tamen omnino acutus. Huic contrarius eſt morbus diuturnus, vel multo tempore durans, vel quomodocunque aliter quis vocare ipſum malit; acuto, alia morbi natura nullum proprium nomen ſortita, oppoſita eſt, idque merito evenit; nam acuti morbi, qui, ut Archigenes quidem deſcribebat, cum velocitate eſt periculoſus, ut Hip-

Ed. Chart. VIII. [507.] Ed. Baſ. III. (450.)

της ἔλεγε, τοῦ μετὰ πυρετοῦ συνεχοῦς γιγνομένου, συμβεβηκὸς ἐξ ἀνάγκης ἔσται τὸ ταχέως κρίνεσθαι. κατὰ μὲν γὰρ τὸ τῆς κινήσεως εἶδος ὀξὺ προσηγόρευται, παύσασθαι δ' ἀναγκαῖον αὐτὸ διὰ ταχέων, ὡς ἂν ἐπειγομένῳ πρὸς τὴν οἰκείαν τελευτήν. αὐτὸ γὰρ τοῦτ' ἔστι τὸ ταχέως κινεῖσθαι, τὸ συῤῥεῖν ἐπὶ τὸ πέρας. ἔσται δὴ πάντως βραχυχρόνιον μὲν κατ' ἄλλο μέν τι καὶ ἄλλο τῶν ἐν αὐτῷ, τό τ' ὀξὺ καὶ τὸ βραχυχρόνιον εἰρήσεται. διὰ μὲν γὰρ τὸ τῆς κινήσεως ἠπειγμένον ὀξύ, διότι δ' οὐχ οἷόν τε χρονίζειν αὐτῷ ταχέως κινουμένῳ, βραχυχρόνιον ὀνομασθήσεται. φύσις δ' ἄλλη νοσήματος αὐτῷ παράκειται βραχυχρονίου. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν διά τινα ψύξιν, ἢ ἐγκαυσιν ἐπιπόλαιον, ἢ κάματον βραχὺν, ἢ ἀγρυπνίαν, ἢ λύπην, ἢ μέθην, ἢ θυμὸν, ἤ τι τοιοῦτον, ἐγένοντο μικροί τε ἅμα καὶ βραχεῖς καὶ τελέως ἀκίνδυνοι, καὶ τούτους οὐδεὶς οὔτε ἰδιώτης οὔτε ἰατρὸς ὀξὺ νόσημα καλεῖν εἴθισται. τὸ μὲν οὖν ὀξὺ τοῦ βραχυχρονίου σαφῶς ἐν αὐτοῖς τούτοις διακέκριται, τὸ δὲ βραδὺ τῷ πολυχρο-

pocrates autem, cum febre continua evenit; accidens neceſſario erit ut celeriter judicetur, etenim ex motus ſpecie acutus nuncupatur, Quieſcere autem celeriter ipſi eſt neceſſe, ut qui ad proprium finem properet nam idem eſt celeriter moveri ac ad terminum conſuere. Erit jam omnino brevis temporis, alia tamen atque alia ratione et acutus et brevis temporis dicetur; nam propter motus celeritatem acutus, quod vero diu morari is qui celeriter movetur non poteſt, brevis temporis appellabitur. At ei adeſt alia morbi natura multae ſiquidem febres diariae ex frigore quodam, vel aduſtione partium exteriorum, vel labore brevi, vel vigilia, vel triſtitia, vel ebrietate, vel ira, vel id genus ſimilibus, proveniunt, parvae ſimul et breves et periculis prorſus vacuae, atque nemo has vel idiota, vel medicus acutum morbum vocare conſuevit. Itaque acutus a brevi morbo his ſignis manifeſte diſtinctus eſt, tardus autem cum diuturno

Ed. Chart. VIII. [507.] Ed. Baſ. III. (450.)

νίῳ συνεχύθη, καίτοί γ' οὐ τὴν αὐτὴν ἔχον ἔννοιαν, εἴ γε τὸ μὲν ὀξὺ τῷ βραδεῖ, τὸ δ' ὀλιγοχρόνιον τῷ πολυχρονίῳ κατ' ἀντίθεσιν εἴρηται. πᾶν μὲν οὖν ὀξὺ πάντως ὀλιγοχρόνιον, καὶ πᾶν χρόνιον ἐξ ἀνάγκης βραχύ, οὐ μὴν οὔτ' εἰ βραχυχρόνιον, ὀξὺ πάντως, οὐδ' εἰ βραδύ, πολυχρόνιον. ἐξ οὖν τῆς τοιαύτης ὑπαλλάξεως, οὐ πάνυ τι σαφοῦς ὑπαρχούσης τοῖς πλείστοις τῶν ἰατρῶν, οὐ μόνον αἱ προσηγορίαι συνεχύθησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν αἱ διαγνώσεις.

confuſus eſt, quanquam non eandem notionem obtinet, ſiquidem acutus tardo, exigui temporis, diuturno oppoſitus eſt. Omnis ergo acutus plane exigui temporis morbus eſt et omnis diuturnus neceſſario tardus, non tamen ſi brevis temporis, acutus ſtatim eſt, neque ſi tardus, longi temporis. Proinde ex tali immutatione non admodum manifeſta compluribus medicis, non appellationes tantum, ſed rerum quoque ipſarum dignotiones confuſae fuerunt.